





The Dibner Library
of the History of
Science and Technology

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES



BYBEL DER NATUURE,
D O O R
JAN SWAMMERDAM,
A M S T E L D A M M E R.
O F
HISTORIE DER INSECTEN.

TOT ZEEKERE ZOORTEN GEBRACHT: DOOR VOORBEEDEN,
ONTLEEDKUNDIGE ONDERZOEKINGEN VAN VEELERHANDE
KLEINE GEDIERTENS, ALS OOK DOOR KUNSTIGE
KOPERE PLAATEN OPGEHELDERT.

*VERRYKT MET ONTELBAARE WAARNEMINGEN VAN NOOIT
ONTDEKTE ZELDZAAMHEDEN IN DE NATUUR.*

Alles in de Hollandsche, des Auteurs Moedertaale, beschreven.

*HIER BY KOMT EEN VOORREEDEN, WAAR IN HET LEVEN
VAN DEN AUTEUR BESCHREVEN IS DOOR*

HERMAN BOERHAAVE,
PROFESSOR IN DE MEDICYNE &c. &c.

DE LATYNSCHE OVERZETTING HEEFT BEZORGT

HIERONIMUS DAVID GAUBIUS,
PROFESSOR IN DE MEDICINE EN CHEMIE.

I I D E E L.



T E L E Y D E N,
By { I S A A K S E V E R I N U S,
B O U D E W Y N V A N D E R A A,
P I E T E R V A N D E R A A.

M D C C X X V I I I.

f QL
362
596
t. 2
RB
MHT

JOANNIS SWAMMERDAMMII,
AMSTELÆDAMENSIS,

BIBLIA NATURAE;

S I V E

HISTORIA INSECTORUM,

IN CLASSES CERTAS REDACTA, NEC NON EXEMPLIS, ET
ANATOMICO VARIORUM ANIMALCULORUM EXAMINE,
AENEISQUE TABULIS ILLUSTRATA.

*INSERTIS NUMEROSIS RARIORUM NATURÆ
OBSERVATIONIBUS.*

Omnia Lingua Batava, Auctori vernacula, conscripta.

*ACCEDIT PRAEFATIO, IN QUÀ VITAM AUCTORIS
DESCRIPSIT*

HERMANNUS BOERHAAVE,
MEDICINAE PROFESSOR &c. &c.

LATINAM VERSIONEM ADSCRIPSIT

HIERONIMUS DAVID GAUBIUS,
MEDICINAE & CHEMIAE PROFESSOR.


T O M U S I I.




L E Y D A E,

APUD { ISAACUM SEVERINUM,
BALDUINUM VANDER AA,
PETRUM VANDER AA.

M D C C X X V I I I.





JOANNIS SWAMMERDAMMII

TRACTATUS

VERHANDELING

DE

VAN DE

APIBUS B Y E N.

sive

of

Descriptio accurata Ortus, Generationis, Sexus, Oeconomiae, Operum, atque Utilitatis

Naukeurige Beschryving van den Oorsprong, Voortteeling, Geslagte, Huishouding, Werken, en Nuttigheid der

A P U M.

B Y E N.

Pfalm. LXVI. 5.

Pfalm: LXVI. 5.

Venite & videte opera DEI; reverendus est actio erga filios hominis.

Koomt en ziet GODS daden: Hy is vreeslyk van werking aan de Menschē Kinderen.

INTRODUCTIO.

INLEIDING.

Quemadmodum immortalis Numinis majestas, natura mortalibus oculis inaccessa, aeterna potestas, atque Divinitas ex quibuscunque rebus creatis evidentissime intelliguntur, & nudissime perspiciuntur; ita tamen aliae Creaturae prae aliis multo apertius atque clarius DEUM invisibilem offerunt contemplandum: uti ex subsequente de Apibus tractatu manifestum fiet. Quandoquidem igitur sapientissimo illi atque ter optimo DEO clementer placuit, indefessos & assiduos meos labores felici successu beare atque co-

De heerlykheid des onverderfelyken GODS, syne onsenelykheid, syn eenwige kragt ende Goddelykheid, gelyk die baarblykelyk nyt alle de schepselen verstaan, ende naaktelyk doorsien werd: soo is het nogtans, dat het eene schepsel veel naakter ende klaarder den onsenelyken GOD schynt te vertoonen als het andere. Gelyk door de navolgende verhandeling van de Byen dat klaarelyk blyken sal. Waarom alsoo dien alwysen ende goeden GOD myn onverdrietelyken ende gestadigen arbeit goetgunstigh heeft gelieven te seegenen

ronare; hinc & spero, infinitam DEI potentiam, & immensam sapientiam, aequae ac tenuissimam nostram imbecillitatem, adeo sole meridiano clarius per eos iri patefactum, ut, quisquis hunc tractatum evoluit, materiam inveniat atque stimulum, ad exclamandum DEI magnificentiam, intelligentiam Ejus demirandum, & inexhaustae Ipsius abundantiae benedicendum. Quod si exiguae hae pagellae, quae non nisi umbram, multisque defectibus limitatas operum DEI arcanorum, investigatu difficiliorum, impenetrabilium, descriptiones exhibent, eo Lectorem manuducant; labores, quos impendi, non solum compensatos, sed etiam abunde prosperatos, atque Divina gratia fecundatos existimabo.

Si quis indolem & fabricam Animantium minutissimorum atque maximorum accurate ponderando inter se contulerit, ei innotescet, utraque non solum indolis & structurae ratione penitus convenire; verum etiam similibus omnino ex principiis, quae aequae in minimis ac maximis Animantibus Ova sunt, oriri. Atque uti ova haec, in Animantium maximis, ex minutissimis quasi punctis, & visum veluti fugientibus particulis accrescunt, & perficiuntur; ita eadem, in exilissimis Animalculis, modo haud absimili ad incrementi sui plenitudinem pertingunt. Neque sane ullum eorum, quae creata sunt, Animantium hinc excipitur: quum vel nobilissima omnium creatura, Homo, Animal ratione praeditum, suos quoque ortus ex ovo sortiatur; & propterea, ratione primi sui initii, Animantium minimis sive Insectis semet praepone, aut ratione dispositionis suae naturalis atque structurae praefectorum vilissimis, uti v. g. est Pediculus, aut Acarus, primum dignitatis gradum sibi adtribuere haud quaquam valeat. In Homine verissimum id esse, anno 1667. mihi juxta ac Cl. van Horne experiundo innotuit; uti in libro meo, Miraculum Naturae inscripto, est videre. Praeterea circa minorum majorumque Animantium principia id animadverti meretur, quod magis conspicua atque clarius discernenda in suis rudimentis sint minora, quam majora Animalia. Accedit etiam, quandoquidem DEUS Animantium minoribus certos magnitudinis limites statuit, quos ultra nequeunt increfcere; quique limites forte in fabrica & infirmitate cordis, cujus vi membra omnia contra atmosphaerae prementis gravitatem debent extendi, siti sunt; quod ideo pariter

ende te kroonen. Soo hoop ik ook, dat door de selve syne Goddelyke almagtigheit, ende onbepaalde wysheid, neffens dan onse seer swakke onmagtigheit, soo middaghklaar sal nytblinken, dat yder, die deese volgende verhandeling sal ter hand komen, GODS beereyktheid daar in, ende daar door, zeer sal nytkrygen, syn verstant verwonderen, ende syne algnoegzaamheid verbeerlyken: Waar toe soo den Leefser, deese myne schaduwten, gepoogde omtrekkingen, en swakke beschryvingen van GODS onnavorschelyke, ende gansch ondersockelyke, ende endoorgrondelyke werken komen te leyden, soo sal ik mynen arbeit niet alleen wel betaalt, maar ook ten vollen gesegent, ende van Goddelyke genaade vrugtbaar aghten.

Soo men nu den aard ende het maaksel van de alderminste Schepselen wel overweeght tegens die van de aldergrootste, soo sal men bevinden, datse in aard ende in structuur niet alleen overeenkomen, maar dat se daar by oek eevngelyke begintelen hebben; dewelke en in de grootste ende in de kleenste Dieren beyde te gelyk a?Eieren syn: dewelke gelyk sy als nyt seer kleene punten, ende als nyt onsightbaare deelen, haare aangroeying ende volmaking in de grootste schepselen neemen; ende op deselke wyse voltrekken sy haare volwassing inde kleenste Dieren. Synde hier alsoo geen Dier of Schepsel van nyt gesendert; want oek het alderedelste der Schepselen, ik meen den Mensch, dat redelyke Dier, neemt syn begintel nyt een Ey, ende kan alsoo ten aansien van syn eersien vorsspronk niet boven de kleene Dieren ofte de Insecten sich verheffen, ofte oek ten aansien van syn natuurelyke stant ende structuur, boven de alderveraghtste van deese kleene Dieren, als by voorbeeld den Luys, of het kleene Dierken Acarus, sich in rangh van waardigheid stellen. Gelyk ik dat van de Menschen, neffens den Heer van Horne, in 't jaar 1667 ondervonden hebbe, als in myn boek, Wonder der Natuur genoot, nate sien is. Noch isser ontrent de begintelen der kleene ende in die der groote Dieren aan te merken; dat de kleene Dieren in haare begintelen merkelyker ende kennelyker syn als de groote. Waar by noech komt, dat alsoo GOD de kleene Dieren een perk van niet grooter te kunnen groeyen gestelt heeft; ende het welk perk mogelyk bestaat in het maaksel ende de swakte van het Hart, dat alle de leeden tegens de
swaar-

riter Animantia parva, suo etiamnum in ortu constituta, majoribus perfectiora existant.

Verum ut propius ad institutum meum perveniam: quum in libro meo de Insectis, anno 1669 edito, figillatim aliquando de structura Insectorum agere, & ibidem simul peculiarem Apum historiam tradere promisi, in antecessum tunc dicens, Regem Foemellam esse, Fucum Marem, vulgaresque Apes neutrum ad genus pertinere; propterea nunc praecipue fabricam, indolem atque principia trium horumce, diversorum quidem, at ejusdem tamen speciei, Animalculorum exponam. Intermiscebo autem, pro renata, nonnullas adhuc observationes de membris aliorum quorundam Insectorum, quorum totam constructionem, alio tempore, si DEUS annuerit, plene pertractabo atque describam.

Cum 22do Augusti ann. 1673. alveare Apum, quae examinaverant, aperirem, inveni in eo millia aliquot Apum vulgarium, aliquot centenos Fucos, unumque Regulum. Verum quandoquidem, uti modo indicatum est, proprie nec Regulus unquam, neque Fuci, in alvearibus reperiuntur; & pessimo atque inexcusabili errore factum est, ut memoratis Animalculis isthaec nomina fuerint assignata; ideo haec mox in principio monitos velim Lectores, quod, per universum hunc tractatum meum deinceps, fictitium illum Regulum nomine Apis Foeminae, Fucum vero vulgo creditum nomine Apis Maris, vulgaresque tandem Apes, distinctionis gratia, titulo Operariarum sim insigniturus. In subsequentibus autem argumenta, quae me ad novationem hanc moverunt, clarissima atque evidentissima proponam, demonstrabo, atque stabiliam.

Memorato igitur tempore cum aperuissem alveare atque destruxissem; praeter Mares, Foeminam, & Operarias Apes in eo adhuc inveni tres diversas species domuncularum, aedicularum, five cellularum, quas generali nomine Favos, a fovendo, uti perhibent, ita dictos, appellat. In centenis aliquot harumce domuncularum Mares enutriti fuerant atque accreverant; in paucis quibusdam generatae fuerant Foemellae; & in reliquis, quarum millena aliquot erant, Apes vulgares exeluae, nutritae, educatae fuerant, suasque subierant mutationes. Marium acque ac Foemellarum Favi penitus erant vacui. At Apum vulgarium aedicularum, quamvis pro parte ma-

xima parte van de omringende persende Lucht moet uytsetten; dat daar door de kleine Dieren volmaakter ende volkomender in haare beginselen als de groote syn.

Maar om nader tot myn voorstel te komen; soo ist dat hebbende, in myn boek van de Insecten in't jaar 1669 uytgegeven, bysonderlyk beloof van de structuur der Insecten te handelen; ende dat ook te gelyk van de Byen aldaar gedaan en beloof hebbende, alwaar ik dan den Koning een Wyfken, den Hommel een Manneken, ende de gemeene Byen geen van beyden te syn, geseght hebbe, soo ist dat ik nu voornamentlyk de structuur, aard ende beginselen van deese drie onderscheide eensoortige Dierkens sal ahandelen: sulende na gelegentheid daar tusschen in noch van eenige andere Dierkens haare leeden spreken, welkers Structuur ik in haer geheel, op een ander tyt, soo het GODS wil is, sal ahandelen ende beschryven.

Als ik op den 22 August. 1673 een korf met Byen, die geswermt had, quam te openen, soo vond ik daar in eenige duysende gemeene Byen, eenige honderde Hommels of Broeybeyen, ende een Koning: maar gelyk effen geseght is, alsoo daar eygentlyk geen Koningh, noch ook geen Hommels, inde korven der Byen ooit of ooit te vinden syn: ende dat door een seer groot, ende geheel onverschoonelyk misverstant, de geseide Dierkens de voorige namen gegeven ende toegheeygent syn; soo sal ik alhier nu in het begin vermaanen, dat ik overal in myn volgende werk den gefingeerden Koning, het Wyfken der Byen sal noemen, ende den gemeenden Broeyby sal ik het Manneken der Byen heeten; ende ten laetsten de gemeene Byen, sal ik Werkbyen tot onderscheit noemen, waar van ik dan van alles de reeden in het vervolg klaarelyk ende onwederprekelyk sal geeven, toonen, ende bewyzen.

Op de geseide tyt dan een korf met Bijen openende ende destrueerende, soo vond ik daar noch binnen in, behalven de Mannekens, het Wyfken, ende de Werk-Bijen; noch drierhande ende onderscheidelyke huyskens, kamerkens, ofte cellekens, in't generaal het Wasch, of het Honingraat, anders broeyhuisjens, van broeyjen, gelyk men voorgeeft, genoemt. In eenige honderden van deese Huyskens daar in waren de Mannekens opgequeekt ende voortgegroeit, in eenige weinige waaren de Wyfkens voorgeteelt, ende in het grooter getal, dat wel eenige duysenden beliep, daar in waren de gemeene Byen uytgebroeit, opgevoet, voortgequeekt, ende verandert. De Huyskens der Mannekens, als ook die der Wyfkens, waaren geheel leedig: maar die vande gemeene Byen, hoewel daar het meeste gedeelte als leedig van was, soo was echter

xima viderentur inanes, haud paucae tamen etiamnum plenae erant, ceraque adglutinata consignatae; in quibus equidem, aciculâ bacillo infixâ effractis five resignatis, nonnullos Apum Vermiculos, crectos, offendi, qui nulum penitus motum edebant. In aliis autem figillatis ejusmodi favis Nymphae delitebant, five Apum Vermiculi, qui Apum inde nasciturarum formam vi accretionis jam acquisiverant. In aliis porro consignatis cellulis Mel reperiebatur. Favi reliqui aperti erant, & minime signati; horumque nonnulli continebant Ovula; alii Vermiculos novissime ovis suis exclusos, ad latera & circa se undique reposito alimento instructos. Alii iterum Vermiculos gerebant adultiores; alii tandem Vermes incrementi plenitudinem adeptos, qui ab Apum Cultoribus Proles, Progenies, Juventus, vocantur, & flava subter se excrementa monstrabant.

Intermedio inter Ovula illa atque Progeniem loco aediculae quaedam conspiciebantur obfirmatae, quas cum aperirem, melle plenas deprehendi. Neque enim Apes ullum unquam in suo alveari loculum vacuum relinquunt; verum mox ac Vermiculus quidam in Apem mutatur, cellulam hujus alia quampiam re ilico replent. Hinc sicubi favi in superiore alvearis parte exclusis ocyus apiculis inaniuntur; Apes primo in hos mel suum reponunt: si vero favi in medio alveari siti praec aliis citius maturescunt; hos prius melle replent: tandemque ubi favi infimi alvearis primum vacui sunt; hos quoque, ante alios, melle oncrant. Attamen mel huc repositum deinceps rursus transferunt in alvearis superiora; uti Clutius animadvertit: quod interim videre mihi nondum contigit. Hac nimirum ratione procedunt Apes, cum annus fertilis est; ut tempus compendifaciant, quo majorem mellis copiam possint colligere; aut etiam quando numerosiores in alveari Apes existunt: tum enim mel, qua primus datur locus, confestim exonerant, & postmodum, mellificandi tempore elapso, aliorum transferunt.

Alveare igitur isthoc, tanquam communis & fraterna habitatio, rudimenta continebat & Juventutem, Mares & Foemellas, Famulos five Ancillas, id est, Apes vulgares, tandemque annonae affluentiam: atque hinc optime instructum erat, ut concinno sub ordine vel disciplina instantis hyemis inclementiam perferre intemeratum posset. Ordo autem, quem Apes in-

een groot getal der selve nog vol, ende toegesegelt, of overkleest met wasch; in welke, als ik se met de punt van een naalt, in een Stoxken gestookt, quam te breeken ofte te ontsegelen; eenige over eynd staande Wurmen van Byen, die gansch geen beweging toonden, waaren. In andere toegesegelde huyskens waaren Popkens, of Wurmen van Beyen, die na de gedaante van het toekomende maaksel der Beyen baden aangenomen, of daar in verandert waaren. In andere toegesegelde huyskens was Honing. De rest van de huyskens waaren open ende niet gesegelt, en eenige daarvan waaren vervult met Eyeren, andere met Wurmkens effen uyt haar Ey gekroopen, hebbende aan haare syden, en rontsom haar, byleggend voetsel. Andere huyskens wederom waren voorsien met volwassender Wurmen; andere vorders met heel volwasse Wurmen, Broet of Broetsels van de Byenbouders genoemd, dewelke onder haar geel uytwerpselen hadden.

Midden selfs tussen deese Eyeren ende het Broetsel in sag men eenige toegesegelde huyskens, dewelke, als ik quam te openen, ik vol Honing te syn vernam: synde hier van de reeden, dat de Bijen in haaren korf geen plaats ydel laten: maar soo dra daar een Wurm in een Bye komt te vergroeyen, soo vullen sy datelyk dat huysken weer met iets anders. Waarom soo de huyskens boven inden korf eerst uytgebroeit syn, soo brengen sy den Honing eerst boven in den korf: soo deselve midden in den korf eerst uytgebroeit syn, soo brengen sy den Honing in het midden: en soo de huyskens aan het eynde van den korf eerst leeg sijn, soo brengen sij den Honing aan het eynde; diese dan, als Clutius aanmerkt, ende dat ik noch niet gesien hebbe, weer verdraagen boven in den korf. Dan dit doen se in vruchtbaare jaren, ende om tijt te winnen van meer Honing te vergaren, en ook als 'er overvloedige Bijen in den korf sijn, als dan plaatsen sij die Honing, daar sij zig die maar ten eersten quyt maaken kunnen, en de vergaartyd opboudende, soo verdragen sij die.

Siet soo was dan deese korf, deese gemeene ende broederlyke woning, versien met Jongen en begint-selen, met Mannkens ende Wyskens, met Knechten of Maagden, dat is gemeene Bijen; ende dan met overvloed van voorraat, ende alsoo seer wel gestelt, om, tegens de strengheid van de aanslaande winter, in goede welgestelde ordere of discipline over te blyven. In het welk overblyffel de Bijen deese order in

tervallo quatuor mensium hyemalium superstites observant, is est: quod Mel in ima Alvearis regione depositum prius resignent atque confumant, paullatim versus Alvea superiora adscendentes; quo videlicet mutuum pulchrius calorem inter se sustentare queant: quae vero interea cellulae evacuantur, in has Foemella sua deponit Ovula. Unde sub initium Martii progeniem jam atque Nymphas in Alvearibus detexi. Neque id mirum videatur cuiquam: quandoquidem sub finem Augusti aliquot millia Ovulorum, in corpore Foemellae, intra Ovarium conclusa vidi; ut adeo Apes quocumque anni tempore semen suum egerere, atque familiam multiplicare aptae natae sint. Haud igitur solo examinandi tempore duntaxat generationem perficiunt Apes; imo vero tantum non continenter: quum & quotidie per imbrium ventorumve injurias, aliaque incommoda & morbos, jacturam civium quarundam faciant, quarum in locum juvenulas vi partus assidui jugiter substituere coguntur.

Apum Cultores sequenti proverbio indicare solent, quam mature Apiculae excludantur: dum ajunt, quod prima Hirundo & prima Apicula sese mutuo praemoncant. Sunt equidem, qui putant, id de Apum evolutu intelligendum esse: at non videtur propria haec esse istius proverbii significatio.

Haec nunc animadvertendum est, quod illarum cellularum nonnullae materie fuerint repletae variorum colorum, quae per strata veluti coacervata erat; quemadmodum Harengi in cadum repositi, aut aliae merces, quae paullatim, atque diversis temporibus, supra se invicem aggestae compinguntur. Porro granulata erat haec materies, & gustata dulcedinis quidpiam intermistum exhibebat. Cellularum eam continentium nonnullae obfignatae erant; aliae vero apertae atque semiplenae; aliae vixdum inchoatae; aliae iterum intus nonnihil mucescere incipiebant. Cultoribus Apum materies isthacc Panis sive Cibus Apum audit, quo Apes alvi fluxu laborantes sibimet mederi dicuntur. Verum quandoquidem credulitas errorum mater est; ideo, de veritate receptae istius opinionis ambigens, variis materiem hanc modis exploravi atque examinavi: videbatur enim potius Cerac esse rudimentum. Principio igitur eam injeci aquae; in qua celeriter quidem solvebatur, at granosa tamen semper permanebat: id quod & contingit, cum linguae eam imposuissim. Deinde ubi tenuis vitri fragmento commissa prunae, cineribus

de winter maanden onderhouden, datse den Honing, die onder in den Korf is, eerst ontseegelen ende verteerren, klimmende allenckens, om haar beeter onder een te verwarmen, hooger en hooger opwaarts in den Korf, alwaar soo daar eenige huyskens leedig raaken, het wyske dan haare Eyeren inset; soo dat ik in 't begin van Maart in de Korven al jong Broet en Popkens gesien hebbe. Het welk niemant vrecmt moet dunken, alsoo ik in 't laast van Augustuseenige duysenden van Eyeren, in het liebaam van het Wysken, binnen haar Eyerstok aldaar beslooten, gesien hebbe; soo dat se tot allen tyden van het jaar bequaam syn om haar saet te setten, ende haar familie te vermeerderen. Soo dat het alleen inde swermtyt niet en is, dat de Bijen vermeerderen, maar sy doen dat haast geduurigh; want se ook gestadig in regen, wint, en door ongemak en siekten van de baare komen te verliefen, die sy dan door het geduurig teelen weer aanfokken.

Ontrent het vierig voortkomen der Bijen hebben de Byenhouders dit spreekwoort, te weeten, dat het eerste Swaluwke ende het eerste Beyke malkanderen waarschouwen; dat andere weer van het uytvliegen der Bijen verstaan, hoewel dat soo eygentlyk door dit spreekwoort niet verstaan word.

Hier dient nu aangemerkt, dat eenige onder deese huyskens gevult waaren met een stof van verscheiden couleur, met laagen op een gelegert, gelyk de Haaring in den ton, of andere waaren, die men na vervolgens ende op verscheide tyden inpakt. Het was een korf of kruymelachtige stof met eenige soetigheid als men se proefde vermengt. Eenige Huyskens hier van waren toegesegelt; andere open en half vol; andere effen begonnen; andere wederom begonnen van binnen een weinig te schimmelen. Deese stof noemen de Bijenhouders Bijen-broot, waar meede de Bijen zig geneesen alsse den buyk loop hebben. Maar alsoo die licht geloost, licht bedroogen wort, soo heb ik aan dit seggen twyffelende, ende ook oordeelende, dat deese stof een beginsel van Wasch was, deese stof op verscheide wysen beproeft ende ondersoght. Eerst heb ik se in het water geworpen, waar in se vaardig smelt, dan altyt grein of kortlichtig blyvende, gelyk se ook doet op den tong gelegte sijnde. Ten anderen, als men se op een dun stukken glas, op een kool vuur, daar de asch nog om is, legt, soo roostertse metter tyt, sy droogt, sy wort hart ende ten laast ten swart. Op dese manier op het vuur leggende soo

tectae, imponitur; paulatim tunc torreri cam, arefcere, indurari, tandemque nigram evadere observavi. Neque unquam diffluit hac ratione igni exposita: imo vel nuda si in ignem conjicitur, aut candelae accensae admovetur; nec sic quidem unquam ardet. Ex hisce experimentis videbatur mihi parum admodum de matrici; istius pinguitudine, cujus examinandae gratia ea institueram, constare: praesertim quia animadvertentiam, illam valde similem esse isti materiei, quam Apes, in quinto posteriorum suorum pedum articulo defixam, suis jugiter Alvearibus inferunt, & quae ab omnibus Apum Cultoribus pro Cera habetur. Propterea & materiem hanc, quam suis in pedibus Apes portant, examini subjiciens deprehendi, quod prorsus eadem sit Pani illi medicato Apum. Factum hinc est, ut vix ac ne vix quidem persuadere mihi possim, quod Apes Ceram, sine alia intercedente praeparatione, perfectam e campis in Alvearia sua deferant: quemadmodum pariter induci haecenus haud queo, ut simile quid de Melle credam; qui potius existimo, id in Apum Ventriculis in dulcius magisque temperatum & spissius liquidum coctione transmutari: quamvis tamen etiam fieri possit, fertilibus praesertim atque ferventioribus aestatibus, ut Mel, quale a natura paratum inveniunt Apes, intra cavum Proboscidis suae colligant: verum, quia plena est granulis, & quasi glandulis obsita Proboscis; hinc sequitur, Mel in ea pariter nonnullam mutationem subire. De Cera saltem nullus dubito, quin ipsis ab Apibus praeparata sit. Quidquid denique hujus rei sit: quum postmodum dubia isthaec mea intelligentibus Apum Cultoribus objicerem; uno omnes ore id mihi concedere fuerunt coacti, quod nullum animadverti possit discrimen inter Panem seu Cibum Apum, & inter Ceram, quam Apes, pedibus suis adglutinatam recens in Alvearia detulerunt.

Propterea Panem istum cum Melle miscui; ut ipse viderem, ane quid inde possem conficere: verum experimenti eventus me docuit, quod ratiocinando minus recte calculum posuerim. Principio quidem, cum miscetur, valde tenax evadit & glutinosa massa; quin magis etiam, quam ante, diffluit, & subactu facilius fit, quando igni exponitur: at vero ubi paullo diutius ignis vim patitur, pristinam denuo naturam suam prodit. Liquefcit itidem in aqua, nec multum a priore sua indole recedit.

Attamen experimento isthoc inducor, ut aliquo modo credam, quod haec materies sit e qua Apes

en diffluert sy nooit, nog sy en brand ook ooit, in vuur geworpen synde, ofte met de kaars aangestoken wordende. Uyt deese experimenten dogt my dat men ten aansen van de vertigheid van deese stof, die ik daar in sogte, seer weinig kon cordeelen. Te meer om dat ik sag, dat deselve soo seer overeenkomt met het geen de Bijen, op het rysde lit van haare achterste beenen, geduurig aan in hare Korven draagen, ende het geen by jaer een voor Wasch geoordeelt wort. Waarom ik dan ook deese stof, die se op haare beenen draagen, meede heb onderfugt, ende ik bevinde dat se even deselve is, als dit gesegt medicinaal broot der Bijen. Het welk my eene seer groote zwaarigheid veroorzaakt heeft om te gelooven, dat de Bijen het Wasch onmiddelyk uyt de velden in haars Korven souden draagen, gelyk ik ook dat selve soor van den Honing niet en geloof, menende, dat se die tot een soeter ende gematigder vogtigheid en harder consistentie in haare Maagen hebbende verkooken; hoewel se egter den Honing, soonatuurelyk afsegevallen is, meede wel soude kunnen in haare Snuytken vergaaren; ende dat in vrugtbare ende heete somers, maar alsoo het Snuytke vol greynkens, en als met klierkens beset is, soo moet den Honing dan ook daar in eenige verandering ontfangen. Dan wat het Wasch aangaat, daar en twyfel ik gansch niet aan, of het is een bereiding der Bijen selver. Watter van sy, als ik naderhand deese zwaarigheden verstandige Bijenbonders quam voor te werpen, soo hebben sy my eenpaarigh moeten toestaan, dat men geen onderscheit tusschen het Wasch ende het Byenbroot, wanneer de Bijen dat in den Korf op haare beenen gekleeft dragen, kan merken.

Hierom heb ik dit Bijenbrood met Honing gaan mengen, om alsoo selvs te sien, of ik daar wat van kon maaken, dan de uytkomst leerde my, dat ik niet wel geredeneert had. In 't eerste mengen word het wel seer taay, en kleeverig; het veroloeit ook meer als te vooren op het vuur getoed synde, en het word handelbaarder om te kneden, maar egter, als het wat lang op het vuur staat, soo vertoont het syn eersten aard. Het smelt ook in het water, en verscheeld niet veel van syn oude natuur.

Egter soo doet my dit experiment eenigfins gelooven, dat dit de stof is, dien de Bijen tot Wasch

Ceram praeparant. Existimo autem, ipsas talivae suae, aut excreti coctique Mellis adminiculo, hoc opus perficere. Unde, quamvis forte verum quoque sit, quod dicitur, Apes materie hac, loco remedii, uti; attamen nullus dubito, quin urgente affluentiae tempore eam colligant, ut deinceps, cum penuria, tempestas humida, sterileque & tenebricosi dies instant, aut quando evolare haud possunt, eidem perficiendae operam navent. Quod quidem an ita se habeat, experiri levi negotio quis possit. Videntur igitur Apes eodem fere modo circa hanc materiem gerere, ac ipsis circa Mel usitatum est: hujus enim itidem plus colligunt, quam opus habent; ut inopia urgente inde vivere possint. Aequat superpondium istud aliquando 30, 40, 50, vel 60 libras. Imo vel eousque nonnunquam ipsarum in colligendo Melle studium procedit; ut & progeniem suam Alvearibus ejiciant, cellulafque sic evacuat Melle repleant: attamen crediderim aliam adhuc subesse hujusce actus rationem, quae etiamnum animadvertenda atque expiscanda superest.

Ita igitur sentio, quod Apes dictam materiem forte coacervent; ut eam, penuriae atque sterilitatis tempore, in Ceram perficiant, tum cellulas Favorum ea obfignent, & super texta Vermium, qui fila duxerunt, eam adglutinent: quemadmodum postea accuratius exponam. Praeterea crediderim, hanc materiem quoque ostio Alvearis, cum hyems instat, obfignando, aut potius contra frigoris inclementiam angustando, inservire: nisi quis verosimilius esse putet, ipsas, quam huic operi impendunt, materiem de reliqua Cera abradere; aut potius propolim hanc per menses autumnales de Betullis & Populis colligere, qua deinde, uti Apum Cultores perhibent, non ostium dumtaxat Alvearis angustius efficiunt; verum & quandoque totam Alvearis partem inferiorem, marginem, & asserem investiunt, atque intrinsecus obducunt. Panis ergo Apum, juxta ac Apum Cultoribus videtur, diversum quid a Cera foret: at, meo quidem iudicio, ipsa est Ceramateries, nondum tamen praeparata. Ad Panis Apum fabricam pulcherrime contemplandam atque investigandam, accomodatius nihil est, quam microscopium sequenti modo adhibere. Immittitur Apum Panis in vitrum aqua pura plenum, tumque concutitur nonnihil, ut in tenuem pulverem separetur: quod, ubi forte haud satis expedite succedit, exiguo & subtili

verwerken. Het welk ik geloof, dat sy dan doen met haar speeksel, ofte uytgespogen ende verkookte Honing: waarom ik dan niet en twyffel, hoewel de Bijen niet konst dese stof tot haare siekten, als men segt, souden kunnen gebruyken; of sy vergaderen deselve in den tyd van overvloed, om se in tyd van noodt, nat weer, ende onvrugtbare duystere dagen te verwerken, en op die tyd, als sy niet uyt kunnen vliegen: waar van men ook ligt de proef sou kunnen neemen. Soo dat de Bijen dan hier in souden volgen haar manier, die se hebben, om ook wel meer Honing, als se wel van doen hebben, om in tyd van nood van te leven, intesamen, dat wel somtyds tot 30, 40, 50, en 60, ponden toeloopt. Jaa sy sijn somtyds soo yverig om Honing te vergaaren, dat se haar Broet wel uyt de Korven werpen, en de leege huyskens daar van dan wel met Honing oprullen: dan ik geloof, dat dat ook nog een andere reden heeft, die nog te bemerken staat, ende te ondersoeken is.

Siet soo geloof ik dan, dat de Bijen de geseyde stof souden kunnen vergaderen, om in tyt van noodt, ende schaarsheid, deselve tot Wasche te verwerken, ook om de Huyskens van het Honingraat toe te segelen, en te kleeven over het spinsel der Wurmen; die gesponnen hebben; als onder nader sal gesegt worden. Nog geloof ik, dat dese stof dient in de wintertyd om het gat van de Korf toe te segelen; of liever tegens de koude naauwer en enger te maaken. Ten sy men liever wil gelooven, dat se dat van het andere Wasch afschrabben: of liever dat se dit voorwasch; in de herfstmaanden, van Berkenboomen, en Populierboomen weeten af te haalen, waar mede sy, soo de Bijenhouders seggen, niet alleen het gat van de Korf naauwer maaken, maar ook somtyds den gantschen Korf van onderen, en den rand, en den plank, bekleeden, en ook van binnen overtrekken. Soo dat dan het Bijenbrood wat anders nog by haar als Wasch sou sijn: synde het by my de stoffe van Wasch, maar ongewerkt. Om het maaksel van het Bijenbrood het bequaamste te beschouwen, en te ondersoeken, dat selve kan men niet beter doen als met een vergrootglas, op dese wys. Men neemt een glas met schoon water, waar in men dan het Bijenbrood leggen moet, ende dan wat omschommelen, soo sal het als een fyn poeyer van een gedeeld werden: dan soo het dat niet vaardig genoeg en doet, soo kan men een sijn en kleyn penselken daar toe nog gebruyken. Dit poeyer moet men dan op een stuksken glas, soo

tili penicillo accelerari valet. Pulvis isthic deinde vitri frustulo, quantum ad lampadis flammam fieri potest, tenuissimo imponitur; tum vitrum, interventu amyli, particulae suberis adglutinatur, haecque postea in aculae cuspidis defixa microscopio objicitur. Ita patebit, Panem Apum nonnisi subtilibus constare globulis, aequali magnitudine & forma praeditis, plerumque trigonis aut quadrigonis, semper tamen globosis: quin angulata isthaec figura forte duntaxat nascitur a congestione & compactione harum particularum, quam Apes dentibus suis perficiunt. Nonnunquam has inter particulas quaedam nonnihil minores reperiuntur. Quamvis autem subtilissimae sint, e quibus Panis iste constat, particulae; nihilo tamen minus admodum manifeste eas linguâ discernere licet: quum enim Apum hicce Panis degustatur, aut commanducatur; subtile semper fabulum in ore & super lingua dispersum, aut saccharum quasi haud dissolutum, sed in granula tantum sua sive angulares crystallulos divisum, refert. Pariter cum in aqua liquefcit ille Panis; vera nunquam fit dissolutio aut colliquatio minorum ejus globulorum, sed hi duntaxat, retentis constanter pristinis suis figuris, a se mutuo separantur atque dividuntur. An vero globuli hi, quando in Ceram elaborantur, binis Apum dentibus commolantur, subigantur, & cum saliva misceantur, an vero cum pinguitudine aut liquore Apum venenato condepsantur, indagandum adhuc superest.

Miratu dignum est, pinguedinem in Homi nibus aequae ac Brutis itidem ex minutis ejusmodi granulis atque particulis constare: quod ubi distincte videre cupiam volupe est, supradicto pariter modo eam tractare atque contemplari oportet. Attamen aquae interventu pingue separari in particulas haud potest: unde, ut pinguitudo, quantum par est, subigatur; cum spiritu vini paullum concutere eam convenit: ita enim facillime in particulas secedet. Hoc facto si vitro deinde imponitur, dictoque modo examinatur, spectaculum praebet visu quamelegantissimum.

Atque hanc quidem encheiresin, qua parvas ejusmodi & subtiles res, vitro impositas, adglutinamus, ut arefcetes deinceps ope microscopii perlustrari queant, haud sane aliam ob rationem heic propono; quam quia infinitis pbbet usibus: plurima enim, quae alioqui nec tractari nec examinari possunt, huncce in modum facillime deteguntur; quemadmodum in sequentibus passim innotescet clarius.

dan men het by de lamp blasen kan, leggen. Dit stuksken glas moet men verder met styffel aan een stuksken kurk kleeven, en dat dan op de punt van een naalt gestooken hebbende, onder het vergrootglas besigtigen. Soo sal men sien, dat het Bijenbroot niet als uyt subtile klookens sal bestaan, van een groote ende figuur, gemenelyk drie ende vierhoekigh, dan altyt bolrond, ten sy men wilde seggen, dat deese hoekige figuur van het vergaderen ende op een pakken deeser deelkens, dat door de tanden der Bijen geschiet, syn oorspronk sou neemen. Somtyts vind men onder deese deelkens wel eenige, die wat kleiner als de andere sijn. Hoewel nu dit Bijenbroot uyt seer subtile deelkens bestaat, soo kan men nogtans haar seer merkelyk op de tong onderscheiden, want als men dit Bijenbroot proeft, of kauwt, soo is het altyt in den mond ende op de tong als een subtiel verspreit sand, ofte suiker die niet gesmolten is, en alleen maar in syn greintkens of hoekige cristallekens verdeelt. Van gelyken wanneer het smelt in het water, soo en is dat smelten anders niet als een scheidings of verdeling in syn subtile klookens, sonder dat de selve in 't geheel smelten, ofte tot een loopen, maar sy behouden altyt haar figuur. Of nu deese klookens, alse tot Wasch verwerkt worden, door de twee tanden der Bijen vermaalt, werkneet, ende vermengt met speeksel worden, ende alsoo in Wasch verandert, ofte met vettigheid of veryn vermengt, dat staat nog te onderzoeken.

Het is verwonderlyk, dat het Vet in de Menschen ende in de Beesten meede uyt diergelyke kleene grynken ende deelkens bestaat. Het welke soo men distinct weeten wil, soo moet het meede op de geseide wyse besigtigt worden, ende behandelt; dan met water en is het vet niet van een te scheiden, waarom men dan dat selve, om syn vettigheid, soo veel als mogelyk is, te hulp te komen, in Brandewyn wat moet omschommelen, waar in het seer ligtelyk van een sal scheiden; het welk dan op glas geleis synde, op de geseide wyse moet besien worden, dat een aardigh gezigt geven sal, 't geen seer fraay is.

De geseide wyse, om diergelyke kleene ende subtile dingen op glas te leggen, en die daar dan op vast te kleeven ende te laten droogen, om se naderhand met een vergrootglas te besigtigen, die stel ik hier voor om het oneyndig nut, dat daar in is. Want seer veel dingen, die anders ondoorsoekelyk ende ook onhandelbaar sijn, die worden daar door ligtelyk ondekt, gelyk dat in 't vervolg hier en daar meerder blyken sal.

Verumtamen ut ad Apum Panem revertamur; notandum est, quod variae Acarorum species eidem avide inhient: atqui & adipem nondum liquatam hae ipsae admodum in deliciis habent; quod forte inde derivandum est, quia plurimum pelliculis adhuc interseptum est pingue, quae inter liquandum consumuntur, & Animalculis istis potissimum in escam cedunt. Caeterum in Cera etiam, qua Apum cellulae obthurantur, & obfignantur, nonnullas quandoque globosas particulas animadvertere licet: quo quidem novo argumento exposita ante opinio mea, quod Panis Apum sit Ceræ materies, confirmatur. Ubi Cera aliquo tempore in spiritu Vini macerata fuit, admodum quoque friabilis ea evadit, & in glebulas secedit; quae itidem contuso Apum Pani quodammodo similes esse videntur: at vero experimentum isthoc cum Cera Virginea instituire oporteret; quod haecenus, aliunde impeditus, exequi haud potui.

Omnibus interim hisce non obstantibus, quandoque tamen cernimus, quod Apes veram in Alvearia Ceram deferant, itidem ex globulis compositam, sed vel quadruplo, sextuplo, imo decuplo majoribus, quam sunt Panis Apum granulae: sunt & globuli illi figurae irregularis, & alii alii majores. At vero dubio procul Apes Ceram hanc praedantur, suisque dentibus de Cera alia, jam perfecta, demorsam, ad posteriores suos pedes adplicant atque accumulunt, ut suis deinde Alvearibus importent. Quapropter glebulae istae mensurae atque magnitudini inorsus Apum congruunt, sive & moli proportionatae sunt, quam Apes de Cera, caloribus activorum mensum emollita, demordere valent.

Quod si exposita haecenus circa Panem Apum experimenta attento animo perpendimus, simulque granosam ejus compagem consideramus; haud admodum credibile videtur, quod Apes eo per hyemem vesci queant: Apes namque materiem tantum, ipso Melle haud spissiore, in corpora sua ingerere valent; quandoquidem lingua sive proboscide gaudent admodum angusta. Hinc etiam Apum Cultores granosum, sive in crystallos concretum, Mel, ut Apibus nutriendis ineptum, rejiciunt, neque unquam ipsis comedendum praebent; sed potius tempore hyberno bacillos Sambuceos, excavatos, liquido Melle replent, atque per Ceram, ab uno ad alterum usque Alvearis latus, transfadigunt. Si quis autem forsitan regerit, quod Apes dentibus suis hunc Panem commolere, atque deinde deglutire valeant; is hoc sibi denuo respon-

Maar om weer tot het Bijenbroot te keeren, so is nog te weten, dat verscheide soorten van Myt het selve graag eten, gelyk ook het ongesmolten vet graag van haer gegeten word, het welk mogelyk daar nyt komt, om dat het als dan met verscheide vlieskens, die door het smelten verteert worden, nog omvangen is, en welke vlieskens sy verteeren. Vorders in het Wasch, daar de Bijenwyskens meede toegheleest ende versogelt worden, siet men somtyts meede eenige rondigheeden, dat myn gevoelen, dat het Bijenbroot daar de stof van sou sijn, vermeerdert. Wederom als het Wasch eenigen tyt in Brandewyn geleegen heeft, soo is het meede seer brieselig of brokkelig, welke deelkens als dan ook eenigsins schynen overeen te komen met gekuust Bijenbroot; dan deze proef moet ontrent Maagden Wasch genoomen worden, dat ik tot nog toe, door iets anders belet, niet gedaan hebbe.

Evenwel dit alles niet tegenstaande, soo siet men somtyts, dat de Bijen Wasch selve in de Korven draagen, dat dan ook rondagtig is, maar wel vier, en zes, entienmaal groeter, als de greinkens van het Bijenbroot: ook is het irregulier van figur, synde ook het eene deelke veel groeter als het andere; dan het welk Wasch sy sonder twyfel rooven, ende met haare tanden van ander Wasch, dat alreede gemaakt is, afbyten, ende dat dan alsoo op haare agterste voeten op een stapelen, om in haare Korven te draagen. Soo dat dan deese klootkens sijn na de maate ende de grootheid van haare beet, ofte na die grootte, op de welke sy byten kunnen, als het Wasch weck is in de somermaanden.

Deese ondervindingen van het Bijenbroot soo men die wel overweegt, ende te gelyk sijn greinagtigheid aanmerkt, soo vind ik eenige swarigheid om te gelooven, dat de Bijen het selve in den winter soude kunnen eten: myne redenen sijn, dat de Bijen niet, als dat soo dun als Honing selvs is, in haare lichamen kunnen inswelgen, ende dat door reeden van de engte ofte de nauwte van haer Snuyken of Tongeken. Waaron ook de Bijenbouders den gegreinden of gecristalliseerden Honing, als onnut tot voetsel van de Bijen, verwerpen, ende de selve haer nimmer geeven; maar sy neemen in de winter tyd uitgeholde Vlierstokken, die sy met vloeyenden Honing vullen, en door het Wasch van de eene syde der Korf tot de andere doorstecken. En of men al op deese swarigheid kon antwoorden, datse met haare tanden dit Bijenbroot konden vermalen, en soo souden opeeten, soo sou ik daar op weer kunnen

sponsum habeat, quod Apes simili modo granosum Mel tractare possent. Quapropter difficultas mea haecenus indissoluta manet: nisi cui fingere placuerit, quod Apes Panis hujusce granula suis mandibulis commolant, & cum saliva, aut crustato, five recenti Melle commista deinde per proboscidis suae angustias fugendo adtrahant; quandoquidem, praeter proboscidem, alius quidam introitus, os, aut fauces hunc in finem ipsis concessa non sunt. Hinc sane vel nunc etiam hac in re maxime haereo; quum ostiorum proboscidis tam incomprehensibiles sint angustiae, ut vix ampliora mihi videantur osculis venarum Meseraicarum, aut Lactearum, in intestina hiantibus, quae nonnisi subtilissimos & ad ultimum tenuitatis gradum eventos liquores admittunt.

Possemus haec nunc ulterius inquirere, quoniam modo Panis Apum subrotundam suam figuram nanciscatur? tum anne Ros sit; an florum fructuumque effluvia, prius in vapores resoluta, dein rursus condensata, eum constituent; an vero alia quaedam concreta materies, quae ob fluorem suum, vi atmosphaerae prementis, in formam globosam coacta est, ipsi originem det? Verum experimentis haecenus destituimur ad haec determinanda necessariis: namque, juxta ac rectissime ait Bacon, non fingendum aut excogitandum, sed inveniendum, quid Natura faciat aut ferat. Attamen haud raro simile quidpiam in rerum natura semet visui offert; quemadmodum praecipue in Gummibus observare licet: quin inter Lupuli florum petala ingens ejusmodi granulorum numerus conspicitur, quae amari sunt saporis.

Venerandus Pater meus suo in horto nonnullos Vitis ramos, ut citius maturas obtineret uvas, per effractum vitrum intra domunculam ibi exstructam deduxerat; circum quos ramos infinitum saepius numerum globulorum, instar crystalli pellucidorum, alborum, subhumidorum & nonnihil lentescentium observavi: neque potui unquam globulos hosce penitus liquare, aut in vapores resolvere; quia semper aliqua remanebat materies, quae exsiccando indurabatur. Id autem eum praefertim in finem quoque haec commemoro, ut naturam Sitûs, cui Apum etiam Panis obnoxius est, tanto explicare possim accuratius: quamvis enim particulae pilosae, plumatiles quasi, & lanuginosae, five, ut Cl. Hooke in Micrographia sua, nunquam satis laudanda, depinxit, flosculi veluti conniventes atque sperti Situm videantur constituere; at-

tamen

voorwerpen, dat se den gegreinden Honing ook alsoo souden kunnen doen. Waarom myne swaarigheid onoplosselyk blyft, ten sy men zig wilde inbeelden, dat se de greinkens van het Bijenbroot met haare kaakebeenen quamen te vermaalen, ende die dan met opgerispte Honing, of Speeksel, of versche Honing vermengt behbende, quamen door de engte van haar snuit op te suygen; want sy anders geen opening, mont of keelgat daar toe hebben. Waarom my dat egter nog al een groote swaarigheid maakt, ende dat om de onbegrypelyke nauwte van den ingang van de Snuit, die ik haest soo nauw en eng aanmerke, als de mondekens van de scheyt of melk Aders van de Darmen, alwaar niet, als dat ten alderuytersten dun ende subtiel is, kan ingaan.

Men sou hier nu kunnen ondersoeken, op wat wyse het Bijenbroot syn rondagtige figuur verkrygt, en of het dan uytgewaasende, ende dan weer verdikte uitvloeyfels der bloemen ende vrugten waaren, of te ook eenige andere samengelopene stoffe van de omringende luyt om haare vogtigheid tot rondheid gedwongen. Dan men moet daar meer proef van hebben: want men moet niet versieren of nittenken, maar uitvinden wat de Natuur doet, segt Bacon seer wel. Egter siet men dikwils soo iets in de natuur, als ontrent de Gommen voornamentlyk te bemerken is. Entusschen de bladeren van de Hop-bloemen siet men diergelyke greynkens, die bitter van smaak syn, in overvloed.

In myn waarde Vaders Hof, daar had by eenige takken van een Wyngaart, binnen in het tuynbuysken, om te eerder ripe vrugten te hebben, door een uytgebrooken glas ingelegt; om welke ranken ik dikmaals een ontallick getal ronde klookkens gemerke hebbe, doorlugtig en wit als Cristal, ende een weinig vogtig ende kleeverig: deselve heb ik nooit heel en al kunnen doen smelten of uitwaasemen, want daar bleef altyt over eenige stof, die droogde ende verhart wierd. Het welke ik voornamentlyk ook hier om bybreng, om de natuur van het schimmel beter te doen verstaan, dat het Rijenbroot ook onderworpen is: want hoewel het schimmelhayrige ende pluymagtige donselige deelkens schynen, of te als gestoote ende ontsloote bloemkens, als de Heer Hooke dat in syn nooit volpreeft Micrographia soo uytbeelt, dat seg ik het egter anders niet en is als een opeenstapeling van diergelyke ronde klook.

tamen in sola is accumulatione ejusmodi globulorum, qui alii aliis majores sunt, revera consistit: quod quidem, industrio Læwenboekio monstrante, opemicroscopii, ad modum ab amplissimo Consule Amstelædamensi, Hudden, excogitatum, constructi, Delphis primum conspexi. Propterea de hac re ita existimo, quod corpora, quando situm contrahunt, nonnisi effluvia & vapores emittant, qui fermentescantis & in calorem commotæ materiæ vi foras propulsi, ab atmosphaera frigidiorè denuò condensati, globosam induunt figuram; quia aëre æquabiliter premente undique ambiuntur: dum vero hujusmodi globulorum alii alios insequuntur, & sese mutuo altius jugiter, sursum in aëra, propellunt; hinc inæquales illæ, pilosæ, & oblongæ particulae tum nascuntur.

Porro & Cerae natura accuratius investiganda foret; ut innotescat, an forte ex corpore Apiculæ pingue aliquod, flammam concipere aptum, ei admisceatur: quod quidem e corporis partiumque adjacentium structura constare possit. Mirabilia enim sunt, quæ in corporibus secerantur; heic pingue, illic oleum; istic fel, ibi humores dulces; alibi aquosa, alibi lentescens & glutinosa materies; virosa alibi, alibi suaveolentia, aromatica & oleosa salia volatilia; cujusmodi est Zibethum, quo oblita charta etiam scriptionem fert: atque hocce indicio quam certissime dignoscimus, an Zibethum genuinum sit. Verum immensi temporis maximæque laboris isthæc forent scrutinia: namque & liber undequaque aditus ad omnia Naturæ arcana haud datur; & incomprehensibilis nostrarum virium tenuitas in passu quolibet statim suis limitibus extremisque finibus coërcetur.

Transeo ad Favum, five domunculas, aediculas, cellulas atque tubulos Apum, quos, de Cera effictos & fabricatos, Melle replent, Ceraque iterum obsignant: unde Favus proprie Ceram Melle factam significat. Primo de Apum Vulgarium, dein de Marium, tandemque de Foemellarum cellulis agam. Omnes Vulgarium Apum cellulae five domunculae, & supra, & infra, hexagonae sunt: anguli tamen partis superioris inter se sunt æquales, id est, æque ampli & alti; verum in parte ima anguli sunt inæquales: tres enim hujus partis anguli profundius demerguntur, quam tres reliqui; quod inde oritur, quia domuncula quævis, sicubi regulare est aedificium, tribus semper aliis domunculis fundata extruitur: quan-

klootkens, waar van de eene grooter nog is als de andere: gelyk my dat de naaukeurige Læwenhoek tot Delft het eerste onder een vergrootglas, naa de nitwinding van den Heer Burgermeester Hudde toe Amsterdam getoont heeft. Waarom ik dan oordeel, dat de deelen, die schimmelen, niet als uitvloeijingen ende Dampen opgeeven, die, door een gislende, ende tot hette beweegde stof uytwaars gedreeven synde, door de koude lugt dan verdikt worden, ende alsoo se rontsom van de selve lugt omvat worden, dan een klootagtige figure komen aan te neemen; volgende soohet eene klootken het andere, tot se hooger en opwaarts in de lugt gevoert ende gedreeven synde, als onessen bayrige ende langwerpige deelkens zig dan vertoonen.

Men sou vorder kunnen de natuur van het Wasch nader ondersoeken, om te sien, of 'er ook iets uyt het Lichaam van de Bye sou by gemengt worden, dat vetagtig was, en bequaam om te branden, dat men dan uyt de structuur van het lichaam, ende van synen byleggende deelen vinden moet: want wonderbaarelyke zaaken worden in de lichaamen afgescheiden, als hier vet, daar olie; hier gal, daar soete vogtigheeden; hier een wateragtige substantie, daar een kleevende ende lymagtige; hier weer qualyk riekende zaaken, daar welriekende ende olieagtige vlugtige sounten, gelyk het Civet soodanig is; en daar men ook op schryven kan, als het over een papier is gestreeken, dat syn proef is, die seker gaat. Dan dat sou veel tyt ende een groote moeyte met sig geeven, te meer nademaal de natuure in alles niet is na te spooren; alsoo onse onbegrypelyke onmagt op alle treden haare geheele bepalingen ende uysterste eynden heeft.

Maar ik sal voortgaan tot het Honingraat, dat de Huyskens, de Kamerkens, ofte de Cellekens en pypkens der Bijen syn, met Honing opgevult, ende versegelt met Wasch, daar se ook uyt gemaakt ende getimmert worden, soo dat het woort Honingraat, eygentlyk Wasch met Honing gevult betekent. Eerstelyk sal ik van de Cellekens der gemeene Bijen, dan van die der Mannekens, ende ten lautsten van die der Wyfkens spreekken. Alle de gemeene Bijen haare Cellekens, of Kamerkens, syn seshoekig, soo van boven als van onderen, synde de hoeken van boven gelyk, dat is even wyt en hoog, maar van onderen syn sy ongelyk, want van aldaar daalen drie hoeken lager neer als de andere drie; het welke komt, alsoo ieder Huyske, altyt, wanneer het werk geregelt is, op drie andere Huyskens staande gebouwt word, ende alsoo de fondamenteen der Huyskens schuyns ende driehoekig

quandoquidem igitur domuncularum fundamenta oblique, atque in modum trianguli deorsum vergunt; hinc anguli duo unum conficiunt angulum oblique descendentem. Interna ergo domuncularum basis constanter oblique deorsum tendit, atque in tres distincta est partes; quarum quaelibet binis respondet lateribus hexagoni ambitus domunculae. Tres hi modo memorati anguli, basin domuncularum constituentes, plerumque omnes quadrati sunt: & si quando acu vel acicula eorum quilibet transfadigitur, id est, si unusquisque fundamenti angulus perforatur, ut una domuncula tribus factis foraminibus pervia sit; tunc tria isthaec foramina ab altero latere in tres distinctas cellulas penetrant. Unde palpabili isthoc argumento certissime constat, cellulam quamvis seorsim aliis tribus cellulis fundatam esse, communemque ideo parietem cum illis habere: nulla enim domuncularum limitibus aut parietibus circumscripta est sibi soli propriis: quemadmodum & reliqua omnia inter Apes, veluti inter fratres, communia sunt. Sicubi vero aedificium irregulare fuerit; tunc equidem aliquando contingit, ut domunculae angulus quidam quartae insuper cellulae innitatur: attamen haud adeo frequenter id obtinet; quamvis vel nuperrime etiam in opere satis regulariter constructo observaverim.

Fundamentum itaque cellularum medio inter has omnes loco constitutum est, cellulaeque ab utroque latere fundamini huic innituntur. Id ipsum vero plerumque, parietis instar, ab Alvearis superioribus perpendiculariter versus inferiora exporrigitur: & utrinque dein contra hunc parietem collocatae sunt domunculae, oblique lateribus suis incumbentes. Finge tibi vacua quaedam vitrea vascula, quibus cerevisiam haurire solemus, contra utrumque tenuis cujusdam parietis latus, a solo ad tabulatum usque, supra se mutuo aggesta; & intelliges quodammodo cellularum compositionem. Ejusmodi autem parietes, cellulis instructi, quandoque 6, 8, & plures uno in Alveari reperiuntur; qui quidem tanto semper intervallo a se invicem distiti sunt, ut Apibus facilis inter eos concedatur transcursus. Ne autem Panes hi aut Favi, sicubi Melle pleni sunt, decidant; Cultores Apum in Alvearia, etiamnum vacua, bacillos defigunt, circum quos Apes cereas haec cellulas fabricantur.

Omnes hae Cellulae aequae, ac ipsum earum fundamentum, ex materie non contigua, sed continua, construuntur; ut adeo omnia inter se

neer gaan; soo maken twee boeken een boek die schuyns nedergaat. Het binnenste fondament der Huyskens is dan altyt schuyn neerwaarts gaande, en in drien gedeelt, voegende ieder van deese drie afdeelingen, op twee van de seshoekige syden van het Huysken. Deese geseide drie fondament-boeken der Huyskens syn gemenelyk alle vierkant, ende als men ieder van deselve met een spelt of naalt doorboort, dat is, als men door ieder fundament boek een gat steekt, ofte anders drie gaaten in een Huysken maakt, soo komen de selve gaten in drie verscheide Huyskens aan de andere syde nyt; dat een seker ende tastbaar bewys is, dat ieder Huyske in het byzonder op drie andere Huyskens gegrontvest is, ende daar eenen gemeenen muur alsoo meede heeft. Want daar en staat geen Celleke op syn eyge paalen of muragien; gelyk ook alles vorder onder de Bijen broederlyk ende gemeen is. Maar is het werk ongeregelt, soo gebeurt het wel, dat een Huyske met syn eene hoek, nog op het vierde komt te staan, dan dat gebeurt soo dikmaals niet, hoewel ik het nog onlangs onder een werk, dat redelyk geregelt was, gesien heb.

Het fundament dan der Huyskens is in het midden van al de Huyskens, ende de Huyskens syn aan weerkanten op het fondament staande. Dit fundament der Huyskens gaat gemenelyk van het boven end van de Korf, als een muure pas loot, naa onderen neer, en aan weersyden op en tegens dese muur syn de Huyskens schuyns op haar sy geplaatst. Op de manier of men eenige leege bierglazen, aan weersyden van een dunne muur, van de vloer tot de solder op malkanderen stapelde. En sulke muragien met kamerkens vint men somtyts 6. 8. en meer in een Korf, die dan soo ver van een geplaatst syn, dat de Bijen daar makkelyk tusschen deur kunnen loopen, en op dat dese Brooden, of dit Honingraat, niet souden vallen, alse vol Honing syn, soo steken de Bijenhouders stoxkens in de Korf, als sy nog leeg is, daar de Bijen dese Wasse kamerken dan om werken.

Alle deese Huyskens met haar fundament worden nyt een aaneenhangende ende niet aaneenstovende stofge-
maakt, soo dat alles continueel is, ende het eene Huys-
ken

continuata sint, neque ullo alio artificio, nisi fractione tantum aut sectione, cellulae se mutuo possint separari: quidquid sibi perperam imaginati fuerint nonnulli, existimantes, quod Apicula quaevis suam sibi seorsim extruat domunculam; qua de re suo deinceps loco prolixius agemus.

Quodsi aedificium hoc regulare est; tunc quinque harum cellularum quam exactissime pollicem aequant, & quinque supra quinquaginta Hollandicum pedem faciunt. Unde hoc animadvertens Vir quidam in Galliis, reputansque cellulas haece constanter ad eandem hanc normam fabricatas esse, censuit, se hanc mensuram invenisse sempiternam, quae, ut nunquam interitura, universim apud omnes Gentes introduci posset. Firmaretur profecto maxime hoc inventum, ejusque adstrueretur dignitas; si cellulae semper adeo exactissime forent constructae, Paviq; in regionibus omnibus eandem constanter obtinerent magnitudinem: at vero apud nos Pavi hi non semper tam exacte regulares sunt, ac quidem vulgo creditur; quamvis, si obiter tantum cellulas aspexeris, ne pilum quidem inter se discrepare videantur. Verum tamen si quis accuratius eas inter se contulerit, nonnunquam valde irregulares inveniet; praesertim ubi cum in finem ab Apibus fabricant, ut melli excipiendo inserviant. Tres oblique divergentes fundamenti cellularum partes, uti plerumque quadratae sunt, ita nonnunquam oblonga, nonnunquam rhombo simili figura gaudent: quin observavi alias aliis etiam humiliores aut altiores, tum & angustiores quandoque vel ampliores fuisse. Neque etiam cellula quaelibet tribus constanter cellulis innixa est; sed aliquando duabus & dimidia, nonnunquam tribus atque parti insuper cuidam cellulae quartae. Praeterea quoque cellulae quandoque duplo vel triplo sunt longiores solito, & nonnunquam etiam incurvae aut sinuatae: prorsus uti in domunculis Crabronum obtinet, quae plerumque nonnihil tortuosae evadunt; quia paullulum ultra fundamentum sive centrum suum exporriguntur. Attamen Apes nunquam hunc in modum aedificant, nisi cum uberrima Mellis copia colligenda venit: tum enim temporis domunculas vidi Melle plenas, obfirmatas, instar ingentium pugnorum atque glebarum in Alveari suspensas.

Circa Foemellae, perperam Regis dictae, domunculas, & qua haec aliis cellulis compa-

ken van het andere door geen kunst, als alleen door breeken of snyden kan gescheiden worden. Het geen eenige nogtans zig seer verkeerdelijk ingebeelt hebben, meenende, dat ieder Bye syn particuliere Huyskens bouwde, dan hier van op syn plaats breeker.

Wanneer dit werk regulier is, soo maaken vyf van deese Huyskens seer net een duym, ende vyfenvyftig een Hollantsche voet: het welk een Fransch Heer aangemerkt hebbende, en siende op de regulariteit van deese Huyskens, soo oordeelde hy aldaar een eeuwigduurende maat, die nooit en kon verlooren werden, ende in alle landen ontfankelyk sou syn, te hebben nytgevonden; welke regulariteit dan der Huyskens, soo die geduurig soo net was, ende het Honingraat in alle landen van eene grootte, de gezeide nytvinding seer sou styven, ende haare deftigheid bewysen. Dan onder onse Bijen syn deese Honingraaten soo regulier altyt niet, als men wel meent, hoewel uiterlyk aan te sien, de Huyskens in gelykheid malkaer niet een bayr en schynen te wyken: dan soo men se naby besiet soo synse dikmaals in een Korf seer irregulier, voornamelyk als se Huyskens timmeren, om de Honing in te ersamelen. De drie schuyn neergaande fondament deelen der Huyskens, die gemeenelyk vierkant syn, syn somtyts langwerpig, ende somtyts ruits gewys. Nog heb ik gemerkt, dat sommige korter, andere weer looger als de andere waaren, soo ook sommige wel wat naarwer, ende andere weer wat wyder. Van gelyken soo en staat niet altyt een Huyske op drie andere, naar somtyts optwee alleen, ofte op twee ende een half, of op drie en op een deel van 't vierde. Somtyts syn de Huyskens ook wel twee ende driemaal langer als gewoonlyk, ende ook krom ofte geboogen, even gelyk de Huyskens van de Horfels, die gemeenelyk soo een weynig bogtagtig gemaakt worden, om dat se wat buytenhaar fondament of middelpunt wyken. Dan dit doen de Honingbijen niet, soo ik meen, dan als 'er overvloedig Honing te vergaderen valt. Op welken tyt ik gesien heb, dat dese versgelde Huyskens met Honing, als groote vuisten en klonten in de Korf bingen.

Omtrent de Huyskens van het Wyfken, verkeerdelijk Koning genoemd, ende ook daar de selve Huyskens

ginantur, facpissime notabiles occurrunt anomaliae: quamvis generatim omnia, obiter inspecta, perquam regularia esse videantur.

Ulterius animadvertendum est, quod Apes cellulas suas haud seorsum singulas exstruant; ita nimirum, ut unam plane perficiant prius, quam alteram inchoent: imo vero insignem domuncularum numerum, una cum harum fundamento, simul eodem tempore construere adgrediuntur. Principio quidem trigonum illud oblique divergens, acute coeans, concavum fundamentum locant; deinde inferiora atque inaequalia latera hexagona construunt: ut adeo in Alveari unico, eodem tempore, & fundamenti initium, & rudimenta parietum hexagonorum cellulae ab uno latere, & eadem cellula ab altero latere, eodem super fundamento, altius educta, & alia rursus quaedam latera modo inchoata atque emergentia, simul videri queant. Praeterea circa hanc cellularum aedificationem mirabilissima quaedam & artificii plenissima Apum directio adhuc memoranda venit: eam nimirum utuntur ibi locorum, ubi assurgentia cellularum latera, hexagona, quam tenuissima sunt atque tenuissima; & sub id tempus, quo cellulas haec aliquamdiu imperfectas relinquere volunt: quod quidem obtinet, cum Focmella, semen vel Ovula sua deponendi gratia, aliam semet in Alvearis partem confert; quemadmodum infra prolixius explicabo. Hoc ubi contingit; Apes prius omnes hexagonorum & inchoatorum laterum oras muniunt, ne frangantur interea aut curventur; quod quidem frequenti Apum super eas discursu facile fieri possit. Latera igitur cellularum imperfectarum superne adglutinato instruant margine, de spissiore & solidiore Cera parato, atque super extrema laterum hexagonorum, in ambitu, marginem hunc cereum adplicant; ut ideo figura hexagona cellularum, jamjam elucescens, quodammodo rursus obscuretur. Quin simili nonnunquam ratione vel penitus elaboratas etiam domunculas suas praetextunt; tumque id praeterea boni inde in cas redundat, quod, sicubi cellula ejusmodi deinceps obfignanda est, haud tantum temporis & Ceræ requiratur impendendum. Apiculae ergo, ratione inchoatarum suarum cellularum, eandem hinc adhibent circumspeditionem, ac si quis tenerorum atque defractorum poculi cujusdam vitrei laterum oras extremas liquata Cera vulgari, sive sigillari, obduceret, ut firmentur, & minore cum periculo tractari possint.

Ma-

kens aan de andere vast gebouwt worden, daar siet men dikmaals ongeregeltheden, die merkelyk syn: hoewel egter in 't gemeen, ende in 't nyterlyk aansien, alles seer geregeld schynt te syn.

Nog soo is aan te merken, dat de Bijen haare Huyskens niet na vervolgens op en bouwen, dat is het eene Huysken eerst, ende geheel volmaakt, en dan het andere; neen: maar sy bouwen een seer groot getal Huyskens, te gelyk met haar fundament, ende op een tyt. Eerst bouwen se het driekantig schuyns neergaande, ende spits toelopende knylagtig fundament, dan de onderste ende de ongelijke seshoekige syden. Soo dat men in een Korf, ende op een tyt kan sien het begintfel van 't fundament, het begintfel van de seshoekige syden van het Huysken aan een syde, ende de hoger opbouwing van het geseide Huysken aan de andere syde, op het selve fundament; ende dan wederom eenige andere effen begonnen opgebaalde syden.

Omtrent dit bouwen der Huyskens is nog aan te merken eene seer wonderlyke konstige voorzigtigheid der Bijen: te weeten, dat ter plaatse, daer de opgaande seshoekige syden der Huyskens op haar alderdunste syn, ende seer toer; ende de Bijen nu deese Huyskens eenigen tyt willen laten ongebouwt staan, het welk geschiet, als het Wyfke op een ander oort van de Korf, om aldaar haar saet of Eyeren te setten, zig begeeft, als ik onder nader seggen sal. Als dit gebeurt, soo versorgen de Bijen eerst alle de randen van deese seshoekige en begonnen opgeboode syden, voor breeken of inbuigen, dat ligtelyk van haar door daar over en weer te loopen sou kunnengeschieden. Het selve doense dan, door boven op de syden der onvolmaakte Huyskens een rontagtigen rand, van dikker ende sterker Wasch te kleeven: deesen rand van Wasch klevense over de seshoekige syden in de rontte, soo dat de sigbaarheid van de seshoekigheid der Huyskens eenigstins daar door weg genoomen wert. Dit doense ook wel omtrent haare volkomen opgeboode Huyskens, daar se dan dit nut nog van hebben, dat, alsoe naderkant dit Huysken willen verseegelen, dat se dan daar soo veel tyt, nog ook Wasch toe hoeven te verbeesigen. Soo dat de Bijen omtrent haare onvolcome Huyskens hier deese voorzigtigheid gebruyken, als of iemand de teere afgebrooke syden van een roemer of glas, op syn kanten met gesmolten Wasch of lak overkleefde, om die sterker en bequaamer tegens het handelen te maaken.

De

Marium domunculae plus tertia parte majores sunt, quam Apum Vulgarium cellulae; at eundem tamen penitus in modum fabricatae, atque communiter in parte Favi infima collocatae: post reliquas enim omnes cellulas demum construuntur. Quandoque earum trecentae, quadringentae, & vel plures etiam numerantur; quandoque autem multo pauciores: hoc ficcae anni constitutioni acceptum referunt Apum Cultores; illud, numerosiores videlicet Marium cellulas, copiosis plaviis: unde etiam Marium in Alveari multitudo humidam anni constitutionem significari perhibent. At mera haec sunt phantasmata, non nisi inde prognata, quod opinentur, Apes, cum anni ficciores sunt, Meli duntaxat colligendo inhiare; humidis contra annis generationem curare. Verum, ut vel per quinquaginta nonnunquam annos Apum culturam exercuerint hi homines; necquicquam tamen de Generationis negotio intelligunt, & nequidem norunt, qualenam Animalculum sit Apicula illa incubans, quam Marem vocant. Nolim heic, Lector, ut, quam exhibeo, numeri cellularum determinationem credas absolutam & exactam esse: quandoquidem in genere tantum ex multitudo calculum posui; nec adeo accurate tum temporis omnes dinumeravi.

Foemellarum cellulae unico in Alveari quandoque triginta reperiuntur, pauciores tamen perfectae, imperfectae plurimae. Plerumque minus regularis earum fabrica est: plurimum tamen oblongae, subrotundae, & hinc pyriformes sunt; quandoque nonnihil rectiores & minus ventricosae piro; alias vero paullo iterum magis globosae. Externa earum superficies inaequalis est, aspera, foveolis atque extuberantibus jugis distincta, ad Favi figuram conformata. Intus quidem, uti cellulae priorum atque Vulgarium Apum, laevissima gaudent & penitus expolita superficie: at ab his tamen differunt rursus, quod ampullaceum veluti cavum, eraso vel excavato piro simile, constituent; adeoque capacissimae sint, & amplitudine tam Apum Communium, quam Marium, cellulas multum antecellant. Foemellis igitur longe insignius, quam Apibus reliquis, concessum est spatium, quò suis in cellulis semet convertere liberius queant: cujus discriminis rationem suo loco exponam. Foemellarum haec domunculae plerumque, & tantum non constanter, circa crepidines, extantesque margines & angulos Favi sunt collocatae; rariulque in centro, vel medio inter reliquas

De Huyskens der Mannekens syn ruym een derde part grooter als die der gemeene Bijen, ende even op de selve wys van maaksel, ende gemeenelyk heel onder aan het Honingraad geplaatst: want sy worden het laatste van alle de Huyskens gemaakt. Sy syn somtyts wel drie, ende vierhondert, ende ook meer in 't getal, somtyts synse merkelyk minder, dat de Bijenbonders de drooge jaaren toeschryven, ende de veelheid van de Huyskens der Mannekens de natte jaaren: willende daarom, dat veele Mannekens in de Korf een nat jaar souden betekenen, dan dit syn alles maar inbeeldingen, derwelke niet en stemmen, als op dit gevoelen, dat de Bijen in drooge jaaren niet en tragten, als om Honing te vergaaren, en in natte jaaren soo behartigen sy de voortteeling; van de welke saak der voortteeling nogtans, hoewel dese Bijenbonders daar somtyts wel vyftig jaar meede omgegaan hebben, sy egter niet het geringste weeten te seggen, nog ook wat het Broed-beyke, soo sy het Manneken noemen, voor een dier is. De leeser moet ook deese reekening van haar juist getal soo net niet zemen, alzo die in 't gemeen van my genomen wort uyt de veelheid, sonder dat ik het toen ter tyt naaukeurig getelt heb.

De Huyskens der Wyfkens, waar van men somtyts wel dertig soovolboude, die weinig syn, als begonnene, die het meeste getal maken, in een Korf telt, syn in 't gemeen ongeregeld van maaksel, egter synse meestentyt langwerpig, rondagtig, ende alsoopeersgewys. Somtyts synse wat regter, ende soo buykig niet als een peer, en op andere tyden synse weer wat ronder uytwykende. Van buyten synse ongelyk, rompelig, met knylkens ende uytspylende rantkens van maaksel, trekkende na de figuur van 't Honingraat. Van binnen synse als de Huyskens der andere en gemeene Bijen gansch glad ende effen van vlakke, maar tot onderscheyt rontagtig hol, als een uytgeschrapte of gehouden peer, ende alsoo heel en merkelyk wyt van spatie, overtreffende daar in seer verre de Huyskens der gemeene Bijen, als ook die der Mannekens. Soo dat de Wyfkens dan een veel aanmerkelyker ruymte hebben, om zig in haare Huyskens te keeren ende te wenden, als de andere Bijen, daar ik de reedenen van op syn plaats sul geeven. Deese Huyskens der Wyfkens syn gemeenelyk, ende haast altyt, op de kanten, ende de uytstaande randen of hoeken van het Honingraat geplaatst, ende alsoo seldom binnen ende in het midden van de andere Huyskens gebouwt, het welk alles syn reeden heeft, en

Tab.
XXIII.
fig. 1.

quas cellulas loco constitutae observantur: quae quidem omnia certos in fines collineant, adeoque haud absque consilio a Sapientissimo Conditore Animalculis haece sunt impressa. Jam ea, quae haecenus enarravi, iconibus aliquo modo illustrare conabor. Prima igitur figura regularem exhibet Favum Apum Communium; prout is, superna parte inspectus, hexagonas suas & regulares sectiones visui offert: neque tamen sectiones haec depingere potui, nisi juxta ductum quarundam inventarum linearum; quibus datis sectiones deinde sat facile est describere: quamobrem etiam harumce linearum nonnullas haec simul exaratas sisto.

Fig. II. a. Subsequens figura II^a, sub lit. a, tres exhibet peculiare Apum Communium cellulas, de reliquo Favo effractas, una cum triangulari b. sua basi, oblique divergente, depictas. Lit. b unam separatim cellulam repraesentat, penitus de reliquis omnibus effractam; in qua, praeter a. oblique descendens fundamentum triangulare c, duo etiam laterum cellulae hexagonorum anguli inaequales & productiores sub lit. d d b. conspiciuntur. Quasi nunc cellulam isthanc b a. cellulis a imponi fingas; fiet, ut tres ejus anguli obliqui ad tres harumce cellularum angulos congruant, atque his interpositi suffulcian-
Fig. III. Figura III^a cellulam monstrat per medium scissam; in qua triangulare fundamentum, aequae ac sex latera, conspici possunt: quidam ex tribus angulis obliquis dissectus est; uti ad
Fig. IV. lit. bb patet. Porro Fig. IV^a quindecim ostendit Cellulas, utrinque discissas; quas inter pars quaedam trigoni fundamini, oblique divergentis, in cellula qualibet, manifeste conspicienda offertur: innotescit haec etiam; quomodo cellulae a, b eidem fundamento d, inad-
Fig. v. ficatae sint, cui cellulae alterius lateris c innituntur. Ulterius lit. d fundamentum trigonum, oblique introrsum divergens, quam exactissime, uti revera se habet, expressum sistit: quod ipsum sub lit. g inter utriusque lateris cellulas quoque depictum cernitur, at sectione per duos angulos transeunte divisum. ffff. Lit. ffff deinde duo quaedam longissima cellularum latera exhibet; eeee vero duo breviora: quaelibet enim, ut ante dixi, domuncula, parte inferiore, tribus gaudet longioribus, totidemque brevioribus, divergentibus lateribus, quae parte superiore aequae longa sunt.

Fig. v. Quae postea sequitur, Figura V^a nonnullas repraesentat Marium cellulas, quae tertia parte majores sunt, quam Apum Communium domun-

alfoo niet sonder nadenken deese Dierkens van den Alderoppersten Maaker ingedrukt. 't Geen hier nu gesegt is sal ik eenigfins in figuur tragten te verbeelden. Deese eerste figuur verbeelt dan het geregeeld Honingraat der gemeene Bijen, soo als het fig, van boven besien synde, in sijn seshoekige, geregeelde verdeelingen vertoont, ende derwelke niet van my en hebben kunnen afgebeelt worden, als door middel van eenige nitbedagte lynen, waar op men se dan waardig genoeg kan teekenen, het welke de reeden is, dat ik eenige deeser linien hier meede afbeelde. De volgende figuur vertoont by de letter a drie byzondere Huyskens van de gemeene Bijen, uyt het andere Honingraat uytgebrooken, ende met haar driehoekig schuyns neergaande fondament afgebeelt. b vertoont een Huysken heel en al van de andere afgebrooken, alwaar behalven het schuyns neergaande driehoekige fondament c, nog twee ongelyke, en langere boeken van de seshoekige syden van 't Huysken vertoont worden, als by d. d. Soo men nu dit Huysken b. op de Huyskens a quam te plaatsen, soo sou het met syne drie schuynse hoeken drie boeken van de andere Huyskens beslaan, ende daar op en tusschen in rusten. De derde afbeelding vertoont een Huysken midden doorgesneeden, alwaar dan sijn driehoekig fondament, als meede de ses syden vertoont worden. Synde een vande drie schuynse boeken deurgesneeden, als by bb. Vorderen vertoont de vierde afbeelding vyftien Huyskens aan weersyden deurgesneeden, tusschen het welken een deelken van het driehoekig schuyns neergaande fondament seer klaar in yder Huysken te sien is; als ook hoe de Huyskens a, b op het selve fundament d staan, daar de Huskens van de andere sijde c. opgeplaatst sijn. Vorderen vertoont de letter d seer net nau't leeven het schuyns driehoekig inwaarts neergaande fundament, het welke de letter g tusschen de Huyskens aan weersyden ook vertoont, dan in twee boeken deurgesneeden. De letters ffff vertoonen vorder twee van de langste syden der Huyskens, gelyk e e e e twee der kortste vertoonen, want, als gesegt is, ieder Huyske heeft van onderen drie langer, ende drie korter deurgangende syden, die van boven even lang sijn.

De volgende vyfde figuur verbeelt eenige Huyskens der Mannekens, die een derde part grooter, als die van de gemeene Bijen sijn; deese heb ik

domunculæ. Ut autem discrimen hoc tanto magis conspicuum foret; nonnihil eas delineavi grandiores, quam revera sunt. Intra quamlibet harumce cellularum triangularis illa; oblique devergens, basis cernitur, cujus anguli duobus singuli cereæ cellulæ lateribus, descendibus, congruunt. Cellulas autem, ab altero latere huic basi inædificatas, haud depinxit; quia minus necessarium videbatur. Superne deinde parti harum cellularum adhaerens conspicitur aedificium piriforme cellulæ cujusdam, Foemellis destinatae; quod quidem superius irregulare est, foveolisque; hic illic Cerae impressis, quasi exornatum.

Quodsi descriptæ hætenus domunculæ etiamnum recens elaboratae sunt, & nondum Mel, vel Panem Apum, vel Ovula, vel Vermes, vel Prolem adultiorem continent; nec unquam ante continuerunt; tunc materies earum genuina est Cera virginea, quæ nullis penitus inquinata fecibus tota liquari potest. Cera contra, infolando dealbata, quæ titulo Cerae virgineae in officinis venditur; præter nudum ejus nomen habet nihil; quum Talco semper adulterata, Solisque vi candefacta, magnam sic virium suarum jacturam faciat.

Mel etiam, quod purum in puras hæc cellulas congeritur, & sine pressu, sponte, ex iis denuo stillat, verum est Mel virgineum, sive sincerum, quocumque alio Melle præstantius & perfectius.

Raro, juxta ac Apum Cultores perhibent, cernitur; quod domuncula Foemellæ Marium cellulis compaginata sit: quamvis contrarium me docuerit experientia; qui vel hodieque specimen ejusmodi adfero, in quo Foemellæ aedícula cellulis Marium proxime adstructa est. Verum uti plures alii, ita & hic error a regia dignitate, quam Foemellæ perperam adtribuerunt, originem duxit: inde enim factum est, ut crederetur; gratiam adeo prope ad Regem accedendi longe pluris esse faciendam, quam quæ Fucus concedatur. Atqui eousque necessarius tamen est Fucus ad Regem accessus; ut hic foecundari nequeat, nisi illius odore sive aura seminali fuerit delibutus: interirent igitur familiae omnes triplicis speciei Apum; quandoquidem Fucus, perperam ita vocatus, verus est Mas Apum, adeoque haud sane inferiorem in Alveari locum, quam Rex ipse, vel Foemella, sibi vendicat. Accedit, quod & Fucus longe sit tractabilior, moribusque & ingenio mitior, quam binæ reliquæ Apum species: soli enim

een weinig grooter, en het onderscheit soo veel te meer te vertoonen, als het leeven selve verbeelt. Binnen in ieder van deese Huyskens siet men het driehoekig schuyn neergaande fundament, waar van ieder deeser hoeken op twee voorgaande syden van het wassen kamerken overeenkomt. De Huyskens, die nu van de ander zyde op dit fundament staan, syn; als niet nodig, onafgebeelt gelaaten. Nu boven aan deese Huyskens siet men het peerwyse gebou van een van de Huyskens der Wyfkens, dat boven op irregulier is, ende hier en daar met kuykens, het Wasch in gedrukt, als verciert.

Als nu de geseide Huyskens effen volmaakt syn, ende daar geen Honing, geen Byenbroot, geen Eyeren, geen Wurmen, ofte ook volmaakter Broet, in is, ofte ooit in geweest is, soo is het opregt Maagdenwasch, dat suyver kan gesmolten worden, ende gansch geen onzuiverheden heeft. In tegendeel, het wit gebleekte Wasch, dat men in de winkels daar voor verkoopt, dat heeft alleen de naam daar van, alsoo het altyt met Talk vermengt wort, en ook door de Son gebleekt wort, waar door het veel van syne kragten verliest.

De Honing, die hier soo suyver in vergaart word, ende aldaar dan sonder persen uytduypt, is de regte Maagden ofte den ongepeinden Hooning, ende alsoo beeter ende volkomender als eenige andere.

Selden, soo de Byenbouders seggen, siet men, dat het Huyske van het Wyfken met die der Mannekens aan een gebout word, boewel ik anders ondervind, ende tegenswoordig nog diergelyk een Huysken bewaare, alwaar het Huyske van het Wyfken aan de Cellekens der Mannekens aan een gebout is. Dan gelyk alle andere doolingen van de Koninklyke waardigheid, soo is ook deese, als of het een te grooten eer sou syn voor den Broeibye soo dicht aan den Koning te naderen, dat nochtans moet geschieden, sou by vrugtbaar worden, dat is syn reuk of Saatlugt ontfangen: of alle de geslagten der drie soorten van Byen souden uytsterven, want de Broeibye, verkeerdelyk soo genoemt, is waarlyk het Manneke der Byen, ende daarom in den Korf alsoo aanmerkelyk als de Konink, ofte het Wyfke selve: synde daar by veel soet aardiger van ommegank, ende minnelyker in syne handelingen en manieren, als de andere twee soorten der Byen, want het is

E e e e e alleen

enim amori atque generationi omnem navat operam, nec formidoloso armatus aculeo, nec indole quovis modo maligna pertimescendus.

Verum quam denique ratione memoratas istas cellulas fabricantur Apes? Et quonam, quaeso, artificio stupendum adeo in modum, & tam regulariter, eas construunt; ut nonnisi magno labore, & juxta ductum aliquot tandem excogitarum linearum, imo ne sic quidem sine insignibus erroribus commissis, simpliciter saltem delinearari queant? Id profecto solus Ille novit, qui totus Oculus est, partumque Rupicaprarum promovet, pervidens omnia, quae sub universo coelo eveniunt. Attamen crediderim, hanc rem forte detegi, tandemque in lucem proferri posse, si indefessa quis sedulitate in ea elaboraverit. Quin confido fore, ut vel mihi met ipsi feliciter succedat isthoc scrutinium; modo per femestre spatium Apes alendi, vitaeque rusticae beatitudine fruendi, opportunitas mihi daretur. Ut denique res haec sese habeat; me, fateor, aequae, ac alios omnes, haecenus latet. Id saltem firmus credo, quod Apes ad hoc opus perficiendum suis praecipue Dentibus utantur: unde & Apibus communibus, quae solae domunculas omnes aedificant, multo majores imperititi sunt Dentes, quam vel Foemellis vel Maribus; imo Maribus adhuc minores, quam Foemellis: neque enim forte alios in usu dati sunt Maribus Dentes; nisi ut cellulas suas morsu aperiri valeant, cum incubando plene maturerunt; aut Favos resignare, quando cibum appetunt. Anne Apum Pedes, quorum inter unguiculos singularis quaedam mollicula materies extuberat, ad conficiendam atque defendendam Ceram itidem opis quidpiam praestent, mihi pariter haecenus ignotum est. Vix tamen dubito, quin humor ille, qui per Aculeum Apum transmeat, ad praeparationem Ceram, & domuncularum aedificationem quoque aliquid conferat: quae quidem omnia accuratius investigare operae pretium foret. Perquam mirabile est visu, quam expedite Apes, sicubi contrectantur, omne suum virus per Aculeum quasi emingant; quod ipsum deinde in apice Aculei, tanquam guttula quaedam ChrySTALLINA, sese manifestat. Si vero guttula haec, extremo Aculei etiamnum adhaerens, arefcere finitur; tunc pellucida permanens concrefcit, atque perinde se habet, ac cocta oculi Piscium lens Crystallina, adeoque perquam facile ab aere ambiente condensatur.

Quan-

alleen de liefde, ende de voortteeling, die by behartigt, sonder dat by met een gevreesden angel gewaarpent is, of eenigfins quaadwillig van aart.

Maar hoe bouwen nu deese Byen de geseide Huyskens, ende door welk een konst maaken sy deselve soo verwonderlyk en geregelt? ende dat soodanig, dat men niet als met groote moeyte, en door ondervinding, op eenige gereguleerden lynen deselve, ende dat nog niet sonder grove mislagen te begaan, eenvoudig kan afteekenen? Sekerlyk dat weet alleen de geheel Geoogde, derwelke het baren der Steengeiten bevordert, siende onder alle de Hemelen. Evenwel soo geloof ik, soo men syn uysterste neerstigheit daar toe deed, dat men daar mogelyk sou kunnen agter raaken, ende dat alsoo metter tyt ontdekken. Het welk ik dan geloof wel te sullen onderwinden, soo ik maar gelegentheid had om een half jaar Byen te houden, ende voor die tyt het gelukkig velt leeven te genieten. Watter dan van sy, het is my tot nog toe met alle andere onbekent. Hier twyffel ik niet aan, of de Byen gebruyken voornamentlyk haare tanden daar toe, welke tanden ook de gemeene Byen, die alle de Huyskens alleen optimmeren, veel grooter hebben als de Wyfkens, ende ook als de Mannekens, en die nog kleender Tandem hebben als de Wyfkens. Ende welke Tandem de Mannekens nergens anders mogelyk toe dienen, als om, alffe uytgebroeit syn, door hunne Huyskens te byten, ofte het Honingraat te ontfegelen, alffe willen eeten. Of de Voeten der Byen, die een bysondere wytpuyende zagtigheit tusschen haare Nagelen hebben, meede iets doen tot het Wasch te maaken, ende dat te kneeden, is my al meede nog onbekent. Nog twyffel ik haast ook niet, of de vogtigheit, die door haar Angel passeert, meede niet iets en doet tot het Wasch te maaken, ende de Huyskens te bouwen, dat alles naau onderfagt sou kunnen worden. 't Is seer aardig, als men de Byen vat, hoe vaardig sy al haar fenyn door den Angel heen als uitwateren; het welk fenyn, als een Crystalle druppel, dan aan den punt des Angels sig vertoont. Als men deese druppel op ende aan den Angel laat droogen, soo stolt by daar op, doorlugtig klyvende, even als de gekookte Crystallyne vogt uyt de ogen der Visschen, ende stremt al-
soo seer ligt van de omsweevende lugt.

For-

Quandoquidem vero heic nunc admiror Animalculi hujus industriam, quae tamen haud est insignior illa, quam quaecunque alia Insecta, pro suo quodlibet ingenio, commonstrant; non possum non, in summi Architecti atque Artificis glóriam, mirabile quoddam, hoc loco, commemorare artificium certi cujusdam Insecti, quod apud Goedartium in prima parte Metamorph. Natur. Exper. X. satis quidem nitide, at extrinsecus saltem descriptum est. Insectum hocce Papilio est nocturnus, qui Ovula sua ramis arborum, circulatim, adeo tenaciter & firmiter adglutinat; ut vel vestigia imprimant cortici; & incremento ramorum quandoque obsint. Maxime tamen extraordinarium, quod heic occurrit, in eo vertitur, quod Animalculi hujusce Ovula similem in modum figurata sint, ac caesi illi lapides, qui fornicibus, & arcubus aedificiorum construendis adaptati, latere altero acutiore, altero latiore gaudent; ut nimirum tanto exactius inter se committi; & ad se mutuo appositi formam arcuatam constituere queant. Lineis hinc circuli, e centro versus peripheriam ductis, quoque adsimilari possunt; quae tanto sibi invicem propiores sunt, quo centro magis accedunt, circumferentiam versus maxime a se mutuo divergentes. En! hunc in modum supremus Architectus; DEUS, haec Ovula comparavit, quae deinde ab Animalculo hocce, saepiuscule ramum circumambulante, artificiose, per curvaturam spiralem, tenellis arborum ramulis adfiguntur, atque tam firmiter inter se conglutinantur; ut nec pluvia, nec alio quocunque, quem adhibui, humore emolliiri queant. Ex Ovulis hujus, quae, juxta consuetum Naturae ordinem, (quo Papilionis Ovum nonnisi Eruca est suae testae inclusa), Erucas producere debuissent, aliquando immediate prodeuntes vidi Muscas mirae teneritudinis & parvitatís: quae quidem observatio omnium sane, quae in hac Physices parte habentur, maxime singularis mihi videtur: unde & spero fore, ut tandem aliquando, annuente DEO, peculiarem de ea tractatum mihi conscribere liceat. Ideo etiam hancce de annulo Ovulorum Historiam heic nunc interposui; quia postmodum, circa oculi structuram, loco similis adhibebitur, atque illustrandi gratia in medium proferetur.

Finem haud invenirem, si ingenium, industriam, atque artem minorum horumce Animalculorum describere; & vel rudiore tantum peni-

Vorder terwyl ik my hier verwonder over de vlyt van dit Beesken, het welke nochtans niet meerder is als van eenige andere Insecten, na zynen aard; soo moet ik alhier den grooten Boumeester ende Kunstenaar synen lof toebrengen, ende hier invoegen een verwonderlyke konst van een seker Insect, by Goedaert in syn eerste deel van syn Metam. Natural. in de tiende onderv. eenigfins net, dan maar wyterlyk, beschreeven. Dit Insect synde een Uylke of Nagtkapelleke, kleeft syn Eyeren ringwys om de takken der Boomen, ende dat soo vast en sterk, dat selfs haare tekenen den bast ingedrukt worden, ende het groeyen der takjens somtyts beletten. Maar hier in legt nu de zeldzaamheid, dat de Eyeren van dit Dierken gemaakt syn als de gebouwe Steenen, daar de gewelven, ende de bogen der gebouwen meede gemaakt worden, dewelke aan de eene syde dikker, ende aan de andere syde spitsersyn gebouwen, om te beeter in een te sluyten; ende als se na malkanderen gevoegt worden, een ronde bogt te maaken; of anders gelyk de lynen wyt het middelpunt van een cirkel na den omtrek getrokken, dewelke meede naa het midden digt aan een staan, ende van booven wyt van een wyken. Siet aldus syn deese Eyeren van GOD, den Oppersten Boumeester, toebereit, dewelke het Dierken dan kunstig, dikmaals den tak omklimmende, met een rond draajende bogt, rontsom de teere takkens der Bomen kleeft, ende die soo vast aan een lynt, daerde reegen nog eenige andere van my besogte vogtigt beeden die kunnen weeken. Ik heb wyt deese Eyeren, die, na den gewoonen natuurlyken loop, Rupsen moesten voortbrengen, (om dat het Ey van een Kapel een Rups in syn Schaal is;) eens onmiddelyk Vliegen, die wonder teer ende kleen waren, gekreegen; het welk ik houde voor een van de alderraarste ondervindingen ter weerelt, en waar van, soo het GODS wil is, ik een byzondere verhandeling t'eeniger tyt hoope te maaken. Myn oogmerk, waarom ik ook deese Historie van de Ring-Eyeren nu bybreng, is om naderbant als een gelykenis omtrent de structuur van 't oog te gebruyken ende te pas te brengen.

Ik sou oneyndig syn, soo ik het vernuft, den yver ende de kunst, van deese kleene Beeskens maar wilde tragten te beschryven, ofte eenigfins af

penicillo depingere adgrederer. Attamen continere me haud valeo, quin heic commemorem solertiam singularem, non quidem Insecti, sed sanguinei cujusdam Animalis, Catelli nimirum domestici, quem alo. Stillante is ulcere, sive fistula, conflatur, quae ad oculi inferiora, loco tam alto, sita est; ut lingua eoque pertingere eamque lingere haud possit. Propterea Catellus hic remedium sequens, pulchre excogitatum, & veluti ratiocinando inventum, isthuc malo adhibet: pedem videlicet suum prius salivâ humectat, humidumque dein mira quadam dexteritate ulceri affricat, hocce artificio sibimet medelam adferre contendens: quin etiam, sicubi fistulae ostium vi aëris ambientis aliquando concreverit, tamdiu illud pede suo fricat refricatque, ut pes ejus, sanguinis instar, ruberrimus evadat.

Verum redeo ad Apes. Hae quidem sub finem Augusti tanto incenduntur odio erga Mares; ut eos inclementer admodum, & extra omnem culpam, interficiant: cum tamen, exeunte Majo, & quandoque etiam maturius, domunculas ipsis construant, eos sollicitè nutriant, educant, &, quantum par est, omni modo eorum curam gerant. Rationem hujusce in odium mutati amoris suo deinceps loco, uti spero, exponam; quandoquidem constitui, historiam hanc in solius DEI gloriam, alio quocunque fine penitus excluso, pertexere.

Priusquam tamen ulterius progrediar; Marem, Foemellam, communisque Apes simul unâ describam, & quoad externa inter se conferam, initium facturum ab Apibus vulgaribus, utpote quae & dignotum facillimae, & communissimae, & a nemine non quandoque tractatae atque visae sunt. In vulgaribus igitur, aequè ac aliis omnibus, Apibus duodecim potissimum divisiones sive Annulos notare oportet; quinos nimirum circa Caput, Thoracem, teneramque illam & tenuem particulam, quae Abdomen cum Thorace connectit; septem vero deinceps in Abdomine.

Vulgarium Apum Caput oblongum est, superne subrotundum, infra acuminatum. Masculis ab omni parte subrotundum Caput est: at Foemellis pariter oblongum.

Oculi in capite Apum vulgarium ovatae veluti aut lunatae sunt figurae. In Maribus itidem sic se habent; at, quod probe notari meretur, duabus partibus tertiis sive duplo majores sunt, quam in Apibus vulgaribus: cujusmodi quidpiam & in Ephemero obtinet. Foemellarum Oculi paullo, quam Apum vulgarium

te maalen. Evenwel kan ik niet nalaten, zener nyverheid hier in te voegen, hoewel niet van een bloedeloos, maar van een bloetryk Dier, een klein Huys-bontken, dat ik hebbe: het welk een lopende ulceratie of Pypfweer onder syn oog heeft, maar soo hoog, dat de Tong daar niet by kan om te liken; het welke dan tot deese kwaal deese wel wytgewonden ende als geredeneerde hulpmiddel gebruykt te weten, dat het eerst syn poot met speeksel nat ende vogtig maakt, ende deseive dan aardig, ende seer wonderlyk tegens syn Zeer strykt, ende dat selve dan door die wytvindinge soo tragt te genesen. En somtyts als de opening door de lucht toeschroeyt, soo vryft hy die soo lang en dikmaals, dat syn poot bloet root wort.

Dan ik keer weder tot de Byen, dewelke in 't laast van Augustus soo baatende sijn op de Mannekens, dat se die ongenadig, ende gansch onverdient, om 't leeven brengen, daar se egter baare Huyskens in 't laast van Mey: en ook wel eer komen op te maaken, die sorgvuldig te voeden, ende te queeken, ende alle sorg ende moeite, die mogelyk is daar voor te neemen; waar van ik op syn plaats de reden van deese veranderende liefde in haat, soo ik hoop, sal geven; terwyl ik voor my neem deese beschryving, alleen tot GODS lof, ende sonder eenige andere de minste insigt te vervolgen.

Eer ik hier nu vorder ga, soo sal ik het Mannekens, het Wyfken, ende de gemeene Byen onder een beschryven, en die nyterlyk met malkander vergelyken; beginnende van de gemeene Byen, die het kenbaarste, ende het gemeenste syn, ende van yder gehandelt ende gesien syn. In de gemeene Byen dan, als ook in alle de anderen, daar in syn voornamentlyk te merken twaalf afdeelingen. Vyf omtrent het Hooft, de Borst, ende dat teer of dunne deelken, het welke den onderbuik aan de Borst samenvoegt. Seven Afdeelingen of Ringekens synder verder in den Onderbuik.

Het hooft der gemeene Byen is langwerpig, van boven rontagtig, van onderen spits. In de Mannekens is het Hooft geheel rontagtig, in de Wyfkens is het weer langwerpig.

De Oogen in het hooft van de gemeene Byen syn ovaalagtig, ofte halve maans gewys. Soo van gelyken synse in de Mannekens; maar daar wel op te letten is, wel twee derde deelen grooter, of tweemaal so groot, als in de gemeene Byen, dat ook in 't Haft plaats heeft. In de Wyfkens synse een weinig grooter als in de gemeene Byen. In alle drie de soorten van Byen

rium grandiores sunt. Cujuscunque tamen ex tribus hifce Apum speciebus Oculi fetaceis Pili stipati sunt, horumque interventu a se mutuo distinguuntur. Pili hi duplo, quin triplo sunt longiores, quam diametri sphaerularum, in quas Oculi dividuntur. Id ipsum in aliis etiam Insectis animadvertitur. Superne in Capite, loco adhuc altiore, quam quo mox memorati Oculi fiti sunt, multos praeterea in Apibus Communibus exiguos Pilos, plumatiles, tresque in super Ocellos peculiare detegimus. Plumatiles hi Pili in Masculis haud occurrunt; quandoquidem ipsi horum Oculi semet eousque extendunt, & sese mutuo ibidem loci contingunt: atque hinc etiam est, quod tres eorum peculiare Ocelli loco longe humiliore, quam in Apibus Vulgaribus, & proxime supra Antennas, constituti sint. Foemella in hifce cum Operariis Apibus convenit: ut hinc & Oculi ejus a se mutuo disjuncti, & tres itidem peculiare Ocelli in ea simili modo, ac in Apibus vulgaribus, collocati inveniantur.

Quibuscunque Apibus binae sunt Antennae five Cornua. Operariarum Cornua articulis gaudent quindecim; Marium vero undecim; Foemellarum denique rursus quindecim. Primus, quo Antennae e Capite pullulant, articulus in Apibus Vulgaribus oblongus est; in Masculis nonnihil brevior; iterumque paulo longior in Foemellis. In Apibus Vulgaribus brevis datur, isque rarissimus, subter Cornua Pilus; densus autem, & nonnihil longior Pilus, plumatilis, sub Antennis Masculorum; in Foemellis tandem similis iterum, qualis in Vulgaribus Apibus, cernitur.

In Apibus Vulgaribus, supra Dentes, notabile quoddam Labium conspicitur corneo-offeum; quod in Masculis haud adeo infigne est; at in Foemellis rursus perinde, ac in Operariis, sese habet.

Apibus Vulgaribus duo sunt Dentes longi: Masculis perbreves atque minuti: Foemellis vero paulo quidem majores, quam Masculis, at minores tamen, quam Apibus Vulgaribus; ut adeo medium quasi locum teneant.

Proboscis five Lingua in Apibus Vulgaribus longa est: in Masculis vel dimidia etiam parte brevior: in Foemellis eam examinare negligenter praetermissi.

Thorax in Apibus quibusvis subrotundus est, & superne, a postica parte, prominulo margine instructus. In Vulgaribus autem Apibus Thorax plumosis praeterea Pilis, haud confer-

Byen, syn de Oogen met borstelig haar beset, dat het eene oogken van het andere onderscheyt; het selve hayr is wel twee ende driemaal langer als de Klootsgewyze verdeelingen der Oogen groot syn. Dit siet men ook in andere Insecten. Boven aan 't Hooft, ende hoger nog als de geseide Oogen, syn in de gemeene Byen veel pluymige haarkens, ende dan nog drie bysondere oogkens. In de Mannekens syn deese pluymbayrkens niet, alsoo haare Oogen selfs soo verre uytstrekken, ende malkander daarter plaats raaken: waar door dan haare drie bysondere oogkens, veel lager als in de gemeene Byen, ende effen boven de Hoornkens geplaatst worden. Het Wyfke komt hier in over een met de Werk-Byen, soo dat de Oogen in het selve meede van een staan, gelyk ook de drie bysondere Oogkens op deselve wys in dit Wyfken, als in de gemeene Byen, geplaatst syn.

Twee Hoornen hebben alle de Byen. De Werk-Byen hebben vyftien geledingen in de selve. De Mannekens elf. De Wyfkens wederom hebben daar vyftien. Het eerste lit van de Hoornen, daar se uyt het Hooft spruyten, is langagtig in de gemeene Byen. Wat korter is het selve in de Mannekens. Ende weer wat langer in de Wyfkens. Kort ende haast geen Hayr is onder de Hoornkens in de gemeene Byen; digt ende een weinig langagtig pluymbaar is onder de Hoornen in de Mannekens geplaatst, in de Wyfkens is 't als in de gemeene Byen.

In de gemeene Byen boven de Tandem, is te sien een merkelyke Lip, hoornbeenagtig van weesen. De selve is soo merkelyk niet in de Mannekens. In de Wyfkens is se even als in de Werk-Byen.

Twee lange Tandem heeft de gemeene Bye. Seer korte ende kleene Tandem heeft het Manneke. De Wyfkens hebben Tandem, die wat grooter syn als die van de Mannekens, maar weer wat kleender als die van de Werk-By, dewelke tusschen beyden syn.

De Snuit is lang in de gemeene Byen. In de Mannekens is by wel de helft korter. In de Wyfkens is se van my door onoplettentheid niet opgemerkt.

De Borst is rootagtig in al de Byen, ende agter aan, van bovenen met een uytpruylent rantken voorsien. De Borst is in de gemeene Byen heel pluym hayrig, maar niet digt daar meê bezet. In

tis tamen, obsidetur: in Masculis confertiores observantur hi Pili, at propemodum aequae longi, colore tamen praediti magis griseo, quam quidem in Vulgaribus Apibus & Foemellis: Foemellae itidem minore horumce Pilorum numero gaudent.

Quibusvis Apibus quatuor sunt Alae. In Mariibus quidem longiores hae sunt & latiores, quam in Vulgaribus: in Foemellis autem, quamvis aequae longae sint Alae, & forte etiam longiores, quam in Vulgaribus, tamen videntur esse breviores; quia pars ima corporis Foemellarum tanto major est atque longior, ut Ovula ibi collocari queant.

Singulae tres Apum species Alarum suarum motu sonitum edunt; cui excitando multum quoque inservit aër internus, e corpore ipsarum per Fistulas aëriferas propulsus: harumce enim Fistularum nonnullae patulis subter Alas osculis sese aperiunt. Quin & haud parum huc conferunt cavitates quaedam, capiendo vibrandoque aëri idoneae, subter & inter Alas efformatae. Neque etiam Scapulae hinc excludendae sunt; utpote quae supra Alas collocatae, cum Thorace conjunctae, suis in cavis hiantia gerunt Fistularum aëriarum orificia. Sic omnium horumce concursu Alae, vi aëris propulsi, bombum, Apibus proprium, excitant.

Sex Cruribus omnes instructae sunt Apes; quorum quodlibet novem constat articulis: Femori nimirum tres sunt articuli; Tibiae duo; Pedique demum quatuor. In Apibus Vulgaribus Crura posteriora latitudine multum antecellunt anterioribus: at nec in Masculis, nec in Foemellis, adeo notabilis est isthaec differentia. Apes Vulgares in quinto & latissimo Crurum posteriorum articulo, qui Tibiae primus est, utrinque, Ceram, vel alias Panem Apum, portant, atque ad extimum Tibiae latus coacervant: ibi enim loci & Crus haud adeo pilosum est, ac ab interno latere; & insuper parte postica, ibidem, inferiora, versus circa subsequentem primum Pedis articulum, nonnullae collocatae sunt Setae corneo-offeae, quae nec in Mariibus reperiuntur, nec & in Foemellis adeo distincte conspicuae sunt. Tertius five ultimus Femoris articulus binis prioribus longior est: duo autem subsequentes Tibiae articuli plani sunt & nonnihil lati, interna parte Pilis subtilibus, plumosis, dense stipati. Quatuor deinceps Pedis articulorum postremus itidem tribus prioribus paullo grandior est; quandoquidem notabiles quidam intra eum collocantur Musculi, movendis Pedum unguiculis destinati.

de Mannekens is de Borst met digte pluym hayrige Hayrkens beset, die bykans van eene langte syn, ende van couleur wat gryser, als deselve in de gemeene Byen, ende de Wyfkens syn, alwaar soo veel Pluymhaarkens niet te sien en syn.

Vier Vleugelen hebben al de Byen. In de Mannekens syn de Vleugelen langer, ende breeder als in de gemeene Byen: in de Wyfkens, boewel de Vleugelen daar soo lang, ende ook langer syn als in de gemeene Byen, soo schynen se egter korter, om de langte van het onderdeel des lichaams, dat grooter is, om de Eyeren te plaatsen.

Haar geluyt geeven alle de drie soorten der Byen door middel van haare Vleugelen, waar toe veel helpt de Lucht, binnen uyt haar lichaam door de Luchtpypen gedreeven wordende, ende waar van eenige onder de Vleugelen uytkomen, of haer opening hebben. Nog doen daar veel toe eenige holligheden, om lucht te vangen, ende te zwaajen onder, ende tusschen de Vleugelen gemaakt. Gelyk als ook doen de Schouderbladen, die boven de Vleugelen geplaatst synde, en met de Borst verbonden wesende, in baare holligheden openingen van Luchtpypen hebben. Waar door de Vleugelen, door middel van de voortgedreve lucht, het geluyt der Byen maaken.

Alhier is nu wel aan te merken, hoe wonderlyk warm het in de Korven der Byen is, ende dat zelfs in de winter, soo dat ook den Honing in die tyt nog te stollen ofte te verdikken, ofte ook te grynen, dat is cristalliseeren komt, ten sy dat de Byen te weynig syn. Doet hier by, dat de Byen op 't midden in den Winter, als sy vrugtbaar syn, ook haare Jongen daar door voeden, broeden, ende warm maaken, gelyk se haar ook malkander daar door verwarmen. Het welk ik niet en weet, dat eenige bysondere Insecten ooit doen, zelfs niet de Horsels, Wespen, ende de Horsels of Hoorntorren, de Wespen ende Hommelen of Bommelen, dewelke alle even gelyk de Vliegen ofte sommige Kapelkens, geheel van de kou des Winters bevangen worden, ende dien gansch en tyt over haar als dan niet roeren ofte beweegen, gelyk se ook niet en eeten, of eenige vuyligheden loosen. Dat ook sommige Wyngaartslakken en anders soorten derselve gemeen is, dewelke alsoose op die tyt door lang vasten van vuyligheden dan gesuyvert syn, voor een goet voetsel verstreken.

Het Wurmen van de Bye, op de geseide wyse uyt syn Ey voortgekomen synde, ende een teer Vliesken afgeleit hebbende, soo moet het, als gesegt is, gevoet worden, maar alsoo het nooit van de plaats wykt, daar het in syn celleken in geplaatst is, gelyk de andere Wurmen der Insecten die kruipen of verdragen worden, doen, Soo heeft dit Wurmen een Voetsel van nooden, en het welk werk ende moeyelyke sorg, de Werkbyen dan op zig neemen, voedende, koesterende en opbrengende dit Jong, tot het van een kleene Wurm als een slipken, in een groote, en ten laafsten in een Popken, en soo in een Bye komt te vergroeyen, op welken tyt het noit groeter wort. Want de Byen versorgen haare Wurmen, met alsoo grooten moeyte en sorg, dagelyks de kost, op de wyse ten naafsten by, als de Vogelkens haare Jongen doen: het welk ook ten uystersten nootsakelyk is, alsoo de Byewurmen niet eer haare Huyskens verlaaten,

dem Apum Vermiculi haud prius cellulis suis exeunt, quam ubi eousque fuerunt enutriti, ut Apis forma adscita deinceps haud amplius increfcant. Atque hoc omnibus Infectis commune est: five enim minuta, five grandia in lucem edantur, haud postmodum unquam ulterius crescant. Imo adeo universaliter inter Infecta omnia haec lex stabilita est; ut, postquam ultimam suam, quam constanter retinent, figuram acquisiverunt; proportionate semper minora vel grandiora sint & maneat, prout ipsorum Vermes, nutritionis vi, minorem majoremve in molem ante excreverunt.

Notare tamen expedit, quod nequaquam Mel fit, quo Apum hi Vermiculi nutriuntur: imo vero alia penitus atque peculiaris est materies, coloris albidi, albumen ovi gallinacei, quod concrefcere incipit, aut albam pulstem, de amylo coctam, aqua mistam, referens, melle paullo spissior, saporis adeo temperati, ut vix linguam afficiat. Undenam autem Apes isthoc pabulum depromant, & ane Mel, in Ventriculo aut Proboscide sua prius mutatum, denuo eructent; quemadmodum inter columbas aliasque Aves, quae Pullis suis in principio pulmentum praebent, usitatum est; haecenus mihi nondum innotuit. Ut ut sit; Cultores Apum, qui nonnisi lucro suo inhiant, hocque solum faciunt, fabellas quasdam hanc in rem narrant: quanquam praeterea vix aliud quidpiam de Apibus proferre sciant, nisi quantum emolumentum ab harum cultura expectandum sit. At tamen peritissimi eorum materiem illam vocant Mel Salivarium five eructatum. Nec sane dubitandum est, quin Apes Mel rursus eructare valeant: quod quidem exemplo maxime notabili, cujus etiam Vossius in suo de Idololatria Tractatu meminit, confirmat Clutius. Imo si Apum abdomen nonnihil intro premitur, Mel per earum Proboscidem via retrograda denuo exprimi potest. Interim omnibus hisce non obstantibus dubium adhuc manet, utrum Apes Mel istud e ventriculo suo eructent; quandoquidem admodum insignem ejus copiam in cavo Proboscidis suae recondere possunt: forte igitur idem heic fit, quod in Columbis, quae pulcillam ex Ingluvie sua evomunt. At vero licet Mel simpliciter tantum ab Apibus colligatur, & jam ab ipsa natura prius praeparatum, duntaxat per Proboscidem forbilletur; nullus tamen dubito, quin id tam in corpore earum, quam in ipsa etiam Proboscide, notabiliter mutetur, concoquatur, inque durable & probum

voor dat se soo lang gewoet syn geworden, tot sy de gedaante van een Bye hebben aangenoomen, en dan nimmermeer komen aan te groeyen, dat alle Insecten gemeen is, want of sy klein of groot ter werelt komen, nooit groeyen sy meer na die tyt. En dit is soo algemeen in alle de Insecten, dat, na baare Wurmen, meer of minder gewoet en aangegroeyt syn geweest, dat se ook na die proportio kleender of grooter syn, en ook soo blyven, naa dat se baar laatste gestalte, die sy altyt behouden, hebben aangenoomen.

Egter moet men wecten, dat het geen Honing is, daar deese Byewurmen meede gewoet worden; maar het is een heel andere ende byzondere substantie, witagtig van couleur, even als het wit van een gemeen Ey, dat begint te stollen, of als wit gekookt styffel met water gemengelt, van consistentie is het wat dikker als Honing, ende van smaak is het getempert, ende haast onopmerkelyk. Waar de Byen dit voetsel van daan haalen, en of se den Honing in haar Maag, ofte in haaren Snuit verandert synde weer oprispen; als de Duyven en de andere Vogelen doen, die in het begin een pap aan haar Jongen geven, is my tot nog toe onbekent. Wat er van sy, de Byenbouders, dienergens meer als om haar winst denken, en daar alleen verstant van hebben, die verhaalen daar sprookskens van, behalven dat se van de Byen haast anders niet en wecten te seggen, als alleen te roemen van het voordeel dat daar van komt: evenwel de verstandigste onder haar noemen deese substantie Speig of Spuyg en Speeksel Honing, dat opgerispten Honing seggen wil. Dat de Byen den Honing weder oprispen kunnen, is buiten twyffel, waar van ook Clutius een seer notabel voorbeeld verhaalt, het welke Vossius in syn boek van de Beeldendienst aantrekt. Men kan selve, als men haar den buyk wat indrukt, den Honing weer door haar Snuyt uytperffen. Dit alles niet tegenstaande soo sou men kunnen twyfelen, of se deesen Honing ook uyt de Maag oprispten, want se een seer groote quantiteit in haaren Snuit bergen kunnen, op de wys gelyk de Pap der Duyven uyt de Krop komt. Evenwel alsoo den Honing enkel van de Byen vergaart wort, ende door den Snuit, al van de natuur te vooren gemaakt synde, maar opgeswolgen wort, soo en twyfel ik evenwel niet of se wort van haar merkelyk, soo in haar lichaam, als in de Snuit selve verandert, verkookt, ende duurszaam ende voeden-

bum nutrimentum convertatur : quae quidem omnia adhuc perscrutari operae pretium foret. Quin tanto magis id credibile est, quoniam observamus, melleam materiem, quam e floribus colligunt Apes, haud unius ejusdemque semper consistentiae; sed alias spissiore, alias tenuiore, aliquando aquosam, aliquando aromaticam, in floribus reperiri: unde ejus quandam in ipso corpore praeparationem fieri omnino necessarium videtur.

Verum ut ad Salivarium vel eructatum Mel revertamur: memini me saepius e falicibus quibusdam stillantem vidisse materiem, quam Melli Salivario haud ab similem esse dixerim, & cui Crabrones, Vespae, Papiliones nocturni, atque Muscae, quam avidissime inhiant. Praeprimis autem Papilionibus in deliciis est, qui hinc latarum suarum alarum quassu Muscas tum temporis illi adfidentes abigunt. Attamen haud unquam oberantes vidi circa hanc materiem Apes, quae sua in Alvearia eam potuerint deferre nutriendae Proli infervituram. Hinc si praeterea considero, quod Apes, media etiam hyeme, & quando minime evolant, suos foetus nutriant; nihil amplius mihi obstat dubii, quo minus credam, quod Apum Progenies Melle eructato, sed singulari ratione cocto, nutriantur: quidquid etiam in contrarium adferant Apum Cultores.

Quamdiu autem Vermis iste alimentum capiat, donec in Apiculam excreverit, nec amplius apus five pedibus destitutus sit; id determinando haecenus impar sum. Attamen si verum est, quod pro certo mihi adseverarunt Apum Cultores; juveniculum scilicet examen intra mensis aut sex hebdomadum spatium pro altera denno vice posse examinare; tunc haud difficile foret, tempus illud computare, egoque, juxta hunc calculum, viginti quatuor id diebus circiter, aestate, absolvi crederem. Interim haud adeo expedite tamen accrescunt hi Vermes, quam quidem Vermiculi Muscarum: minutissimo enim atque tenerrimo excluduntur Ovo, paucisque admodum motu gaudent. Quin etiam hac in re ad fervidiorem magisque temperatam atmosphaerae constitutionem attendendum est: sola enim aeris temperies facere potest, ut Vermiculus, five & Eruca, vel per decem quoque dies ultra terminum consuetum in mutationis suae negotio detineatur; quemadmodum saepius experiri mihi contigit. Imo hoc eousque verum est, ut trans-

mu-

dende gemaakt. Het welke alles nog nader ondersogt sou kunnen worden. Te meer alsoo de honingagtige stof, die se in de Bloemen vergaderen, niet van eenderley consistentie is, ende dan dik, dan dun, dan wateragtig, dan welriekend, op ende in de Bloemen gevonden wort; dat dan alsoo eenige bereiding in het lichaam selve nootzakelyk schynt te vereyffchen.

Maar om weer te keeren tot den Speighoningh; soo ist dat ik aan eenige Willige Boomen, dikmaals een stof heb sien uytstyperen, die daar met de Speighoning schynt overeen te komen, ende daar de Horsels, de Wespren, Dagkappellekens ende de Vliegen seer begeerig naa syn; En voornamentlyk de Kappellekens, dewelke met het opslaan van haare breede Vleugelen de Vliegen dan op die tyt daar afjaagen; evenwel heb ik daar omtrent nimmer Byen'gesien, dewelke deese stof in hare Korven souden kunnen tot voetsel haarer Jongen haalen; waar by soo ik dan nog bedenke, dat de Byen selfs midden in den Winter, wanneer sy niet uytvliegen, haare Jongen voeden, soo en twyfel ik niet langer, of het voetsel van haare Jongen is opgerispten Honing op een bysondere manier gekookt, wat ook de Byenhouders daar tegens soude mogen inbrengen.

hoe lang nu deese Wurm gevoed word, tot by in een Bye vergroeit is, ende niet meer sondervoetig is, dat is my tot nog toe onmogelyk te seggen. Egter soo een nieuwen Swerm binnen een maant ofte ses weeken, soo de Byenhouders my verskeren, weer op een nieuw kan swermen, soo sou die tyt baast uyt te rekenen syn, ende ik sou het op 24 dagen ofte daar omtrent, in de somer stellen. Hoewel nochtans deese Wurmen soo varendig niet aan en groeyen, als wel die van de Vliegen, te meer om dat se uyt een seer kleen ende teer Ey komen, en weynig beweeging hebben; waarby men nog moet aanmerken de hette, ofte de getempertheid van het weer, want dat alleen kan oorzaak syn, dat een Wurmen, ofte ook een Rupsse, wel een dag of tien langer als gewoonlyk in haar verandering blyven, gelyk ik dikmaals onderhouden hebbe. Gaande dit soo verre, dat de vergroeying van een Wurm in een gevleugelt Dier, die in 't midden der Somer binnen een maant geschiet,

I i i i z

mutatio Vermis in alatum Animal, quae media aetate intra mensis spatium perficitur, nonnunquam per octo novemve menses protrahatur: quod quidem tum potissimum fieri solet, quando transmutatio illa in menses autumnales incidit: si enim eo in casu paullo post immineat hyemale frigus; Animalculum ilico motu destitutum procumbit, neque prius motum hunc recuperat, nisi postquam soles redierint calentiores, & alimentum ipsi futuraeque ejus Proli accommodatum praesto fuerit. Hanc eandem ob rationem multae etiam Insectorum species sub finem anni haud adeo celeriter moriuntur, ac quidem temporius sub caloribus aestivis. Hinc quoque Bombycum Papilionis, sicubi tardius, labente jam anno, transmutati erant, per sex aliquando hebdomadas a peracto suorum Ovulorum partu, apud me, in vita superstites fuerunt: quae quidem oppido singularis observatio est. Tanta est caloris & frigoris in Animalcula isthaec efficacitas! Ut adeo calor eorum vitam, frigus mortem, arcessere videatur: atqui mors aliud nihil est, quam motuum naturalium cessatio. At vero in allegatis modo exemplis vitae horum Animalculorum frigore adminiculante protrahitur; quandoquidem vitae vires humoresque, ob lentiores motum, tardius diffipantur: quod sane maxime meretur animadverti.

Quum Apum Vermiculi plusculum accreverunt; tunc totam, in qua locati sunt, cellulam replere incipiunt, & semet in globum veluti convolvunt, Cani venatico, ad somnum composito, aut isti Afellorum speciei similes, qui more Echinorum sese conglobant. Hac occasione hiltoriae reminiscor admodum jucundae. Quaedam nostrarum ancillarum plurimos aliquando in horto nostro Afellos, dicto modo contractos, offenderat; quumque opinaretur se quandam globosorum Coraliorum speciem invenisse, continue filo eos inferere adgrediebatur: at factum ita, ut Animalcula isthaec, quae prae timore semet adeo convolvunt, & mortua simulant, larvam deponere coacta mox motum suum resumserint: quo viso tam vehementer percellebatur Ancilla, ut, Afellis omnibus una cum filo abjectis, altum vociferans aufugeret.

Quodsi sub hoc tempus e sua cellula protrahitur Vermiculus; subter hunc in fundo cellulae reposita invenitur flavescens quaedam materies, consistentiae nonnihil spissioris, quae Vermiculi excrementum est.

schiet, wel somtyts agt en negen maanden komt te vereyffchen, het welk als dan geschiet, wanneer deese vergroeying in de Herftmaanden komt te gebeuren, waar op soo dan de Winter volgt, het Dierken voorts sonder beweeging leggen blyft, dewelke het niet eer en herneemt, voor al eer den tyt en hette weer in syn bloey is, ende daar voetsel voor het Dier, ende syne toekomende Jongen gereet is. Door deese reeden sterven ook vele soorten van Insecten in 't laast van 't jaar soo rasch niet, als zy wel hooger in de Somer, en door de hitte doen. Waaron ook de Kapellekens van de Sywurmen, als se laat in 't jaar veranderen, wel by de ses weeken by my geleeft hebben; naa dat haar Eyeren gelegd waaren, dat een rare observatie is. Siet soo veel kan de kou ende de warmte omtrent deze Dierkens te weeg brengen, zo dat het schynt, dat de warmte haar leeven ende de kou haar dood is; gelyk ook de dood niet als een ophouding van de natuurlyke beweegingen is. Maar in de bygebragte exempelen, doet de kou deese Dierkens langer leeven, door dat haar levens kragten en vogtigbeden langsamer beweegt worden, en trager vervliegen, dat seer aanmerkeelyk is.

Als de Wurmen der Byen grooter syn geworden, soo beginnense het gansche Huysken, daar se in gelegd syn, te vervullen, ende komen haar geheel rond in een te rollen, even als een Windbond die slaapt, ofte als dat soort van Pissebedden, dat sig als een Egel in de ronte te samen trekt. Hier van schiet my een Historie in, die seer vermaaklyk is: een van onse dienstmaagden, dewelke veel van deese te samen gevouwe Pissebedden, in onsen Hof gevonden hadde, die beelde haar in een soort van ronde Coralen te hebben ontmoet; waarom sy deselve aanstonds aan een draat begon te rygen. Het welk de Dierkens haare geveinstheid deed verliezen, ende haar beweeging alsoo herneemen, dat de dienstmaagt soo verbaast maakte, dat se die alle met den draat van haar geworpen hebbende, het op een loopen en schreeuwen stelde.

In deeser tyt, als men de Wurm uyt syn Huysken trekt, soo siet men een geelagtige substantie wat dikagtig van consistentie op de grond van syn celleken onder hem leggen, dat syn vuiligheid is.

Ter-

Interea vero, dum ita mole augetur Vermiculus, haud dubito, quin &, instar omnium aliorum Insectorum, aliquoties cutem suam mutet: at quotnam vicibus is exuvias ponat, priusquam ad plenam magnitudinem pervenerit, determinare haud possum. Id vidi, quod, quo tempore Vermis ille cutem exuit, atque in Nympham abit, ejus etiam Fistulae Pulmonales, intra corpus sitae, cutem mutant, tenuemque quandam pelliculam per ostiola sua extra corpus provolvant. Atque mihi profecto admodum mirabile videtur, quod isthaec cutis mutatio adeo omnibus in universum Insectis communis sit; ut ipsi etiam Pediculi, & minutissimi Acari, eam patiantur: imo vel Aranei quoque, & Locustae eousque huic legi obediunt; ut & de Oculis, Dentibus, ipsisque Pedum suorum Unguiculis exuvias ponant: quin ne Antennae quidem excipiuntur, quae, ut in Locustis capillo tenuiores sint, tamen tenellam quoque pelliculam exuunt. Crustacea itidem five Testacea Animalia, uti Cancri, Gammarique, cutem mutant. Observavi etiam, quod, dum Serpentes exuvias suas rejiciunt, de ipsis earum Oculis quoque cuticula abstrahatur, atque interior pellis superficies extrorsum obvertatur.

Tandem & curiositas mea eo processit usque; ut non abhorruerim Vermes hocce degustare & mandere, imitatus illos, qui depravatae vi appetentiae Vermiculos in caseo nascentes, singularem videlicet istam Vermium speciem, qui corpora sua arcuando, atque velociter iterum extendendo, subiliunt, manducare non verentur. At vero Vermes Apum saporis sunt ingratiissimi, ejusdem, qualis in succo Piscium Pancreatico observatur, lardique velut rancorem faucibus molestissimum exhibent: quod equidem eo tempore praefens mecum censuit expertissimus & perquam industrius Chirurgus, Petrus Adriani; qui aliquot Apum Masculos mihi tunc donatum advenerat, eoque hinc nomine hanc quoque historiam promovit. Vermes hi cocti gratiore multo sapore gaudent: at si tantillum instatur manducationi, pristinus tandem sapor denuo praevallet.

Antequam nunc ulterius progrediar; Vermes Apum, ut in variis magnitudinis gradibus constituti sunt, ad vitam delineatos dabo: cui scopo tertia & decima figura infervit. Lit. a nimirum Vermiculum exhibet recentissime Ovo suo exclusum: b. c. d. e. Vermiculi sunt diutius enutri-

Terwyl de Wurm dus in groote aanneemt, so en twyfel ik niet, of bykomt als alle andere Insecten eenige maalen te vervellen, dan hoe veelmaal by vervelt, eer hy tot volkome grootte komt, dat is my onmogelyk te seggen. Op die tyt als hy vervelt ende een Popken wort, soo heb ik gesien, dat ook syne Longpypen binnen in syn lichaam meede vervellen, en een dun buytken door haar openingen afstroopen buyten het lichaam. Wonderlyk dunkt bet my, dat dit vervellen omtrent de Insecten soo generaal is, dat ook de Luysen, ende de seer kleene Sierkens selfs komen te vervellen, ja selfs de Spinnen ende de Sprinkhaanen die vervellen, ende dat tot Oogen, Tandem, ende Nagelen aan de Voeten toe. Gelyk als ook doen haar Hoornen, die dunder als onse Hayrkens in de Sprinkhanen syn, en die eger een teer Vliesken afstroopen. Soo vervellen ook de Korst of Schelpagtige Dieren, als de Krabben ende de Kreeften. In het vervellen der Slangen heb ik ook gemerkt, dat van de Oogen een Vlies afgestroopt wort, en het Vel wort binnenste buyten gekeert.

Ik ben hier ook nieuwsgierig geweest, om deese Wurmen te proeven, ende te kauwen, gelyk als sommige door een verkeerde lust de Maeyen van de kaas doen, dat een aardig soort van Wurmen is, die haar lichaamen samen buygende, en die weer schielyk nyssettende, daar door weg springen. Dan haar smaak is seer onaangenaam, ende is de selfde, als die van het Alveesap in de Vissen, synde garstig als Spekagtig in de Keel, ende alsoo geheel onaangenaam. Gelyk als doen ter tyt dat selfde met my oordeelde, de erwarende ende seer yverige Heelmeester Pieter Adriaanse, dewelke my met eenige Mannekens der Byen kwam te vereeren, ende alsoo deese historie bevorderlyk te weesen. De Wurmen gekookt synde, syn van een veel aangenamer smaak; dan een weinig gekaut synde, soo komt den eersten smaak weer boven.

Eer ik hier nu vorder gaa, soo sal ik de Wurmen der Byen, op verscheide grootte na het leeven afbeelden, als in de dertiende figuur vertoon wort, synde a een Wurmen effen uyt syn Ey gekroopen. b. c. d. e. zyn Wurmen die meer gevoet, ende aangegroeit syn. f en g vertoon nog twee groot

Tab.
XXIII.
Fig. XIII.

b. c. d. e.

Kk kk k ende

Tab.
XXIII.
Fig. XIII.

triti atque adultiores: *f* & *g* binos sistunt alios, iterum majores, longiusque nutricos; qui simili modo, ac in cellulis suis incurvati recumbunt, heic repraesentantur: *b* resupinatum exprimit Vermiculum, qui posticam corporis partem introrsum trahere, suumque caput languide movere incipit. In fig. eadem, sub lit. *i*, Vermiculum depinxi ventri suo incumbentem, cujus in dorso stria cernitur ex subnigro pallide coerulea: notat haec linea Ventriculum ibi transparentem, quem flavâ materie penitus infarctum deprehendi. In secunda figura, sub lit. *a*, Vermis sistitur, incrementi plenitudinem adeptus, qui semet in cellula sua erexit, hancque obtexendo clausit, quietissime deinceps & sine ullo motu in ea subsistens: propterea etiam circa 1. 2 & 3 corporis incisuras annulares extumescere incipit hic Vermis; quandoquidem abscondita ejus membra, quae ipsi subter cutem accreverunt, humoribus sensim turgescunt, Vermemque hinc ad cutis suae mutationem disponunt: prout paullo infra quam distinctissime exponetur.

Tab.
XXV.
Fig. II. a.

lit. *a*, Vermis sistitur, incrementi plenitudinem adeptus, qui semet in cellula sua erexit, hancque obtexendo clausit, quietissime deinceps & sine ullo motu in ea subsistens: propterea etiam circa 1. 2 & 3 corporis incisuras annulares extumescere incipit hic Vermis; quandoquidem abscondita ejus membra, quae ipsi subter cutem accreverunt, humoribus sensim turgescunt, Vermemque hinc ad cutis suae mutationem disponunt: prout paullo infra quam distinctissime exponetur.

Tab.
XXIII.
Fig. XIV.

quatuordecim annularibus incisuris *aaa*, Capite *b* simul computato, fit conflatus. In Capite *b* notandi sunt Oculi *cc*; Labium *d*; binae particulae *ee*, quae postmodum in Antennas sive Cornua abeunt; binaeque aliae particulae *ff*; sub prioribus locatae, quae veluti articulatae videntur, & postea in Dentes excrefcunt. Praeterea inter duas hasce particulas, adeoque infra Labium *d*, conspicienda adhuc offertur alia quaedam particula prominula, sive extuberans *g*, quae Linguam quasi aut Proboscidem refert, sensimque increfcens hanc quoque ipsam tandem distincte constituit. Porro superne ex hac particula quidpiam eminet, exiguae papillae simile, quo Vermis stamina sua eructat, cum satis alimenti cepit, atque in Nymphae formam transiturus est. In aliis nonnullis Vermibus, praeter Linguam *g*, medio inter hanc atque Labium *d* loco, tenuis veluti Proboscidis tubulosa speciem adhuc sitam vidi, cujus ope suum forte pabulum fugere potest Vermis. Attamen modo dictam hancce tubulosam particulam tum demum in Verme conspexi; cum corpusculum ejus prius tantillum presseram, meosque inter digitos antrorsum versus Caput coegeram. In aliis

ende meer gevoeder Wurmen van Byen, ende dat op het selve postuur, als se in baare Huyskens krom geboogen leggen. *h* vertoont een Wurm op syn rug leggende, dewelke sig van agteren inwaarts begint te trekken, ende met het Hooft sig flauwelyk te beweegen. In deselve figuur by de letter *i*. wort een Wurm op syn buyk leggende vertoont, alwaar op de rug een swartagtig bleekblaauw streepken te sien is, het welk de doorschynende Maag is, die in deselve met een geele substantie ganschelyk vervult was. In de tweede figuur by de letter *a* wort een volwasse Wurm van een Bye vertoont, die sig regt in syn Huysken oppereggt heeft, ende dat aldaar toe gesponnen bebbende, sig nu gansch stil, en sonder de minste beweeging houd, waarom men ook omtrent de 1. 2. en 3. ringwyse inkerwing van het lichaam de Wurm begint uyt te sien puylen, het welk komt, alsoo syne verborge leeden, die hem onder het vel aangegroeyt syn, allenskens met vogtigbeden opgezwoollen worden, ende de Wurm alsoo tot syn verveljing geschikt; als een weinig laager seer distinct sal beschreeven worden.

Als men nu de Wurm van de Bye wat nauwer onderzoekt, ende met een vergrootglas besiet, soo sal men bevinden, als in de veertiende afbeeldinge aangeweesen wort, dat hy uyt veertien Ringwyse inkerwingen *aaa* sal bestaan, het Hooft daar onder gerekent. In het Hooft *b* daar in syn aantemerken de Oogen *cc*, de Lip *d*, twee deelkens *ee*, die naderbant in Hoornen vergroeyen, als meede dan nog twee deelkens *ff* onder deselve, die als gearticuleert schynen, en dewelke naderband in Tandem vergroeyen. Nog is tusschen deese twee deelkens, ende alsoo onder de Lip *d* aantemerken, een uytsteekend ofte uytpuylend deelken *g*, dat in manier als een Tong of Snuut is, alsoo het daar ook naderbant merkelyk in komt te vergroeyen: hier boven aan vertoont sig nog iets, als een klein Tepelken; waar door den Wurm syn Spintsel oprispt, als by nu genoeg gegeeten heeft, ende de gestalte van een Popken sal aanneemen. In eenige andere Wurmen, heb ik, bebalven de Tong *g*, nog daar tusschen ende de Lip *d*, een manier van een dunne pypagtige Snuut gesien, waar meede de Wurm sou kunnen syn voetsel opsuygen: Dan ik en heb dat geseide pypagtige deelken in den Wurm niet gesien, voor al eer ik syn lichaam een weinig gedrukt, ende tusschen de vingeren na het Hooft toe geperst hadt. In eenige andere van deese Wurmen, heb ik effen onder den Lip een klein boornagtig deelken bemerkte, dan alles met eenige duysterheid, alsoo deese deelen te gelyk onder een vergrootglas moeten besien, ende

aliis iterum quibusdam ejusmodi Vermibus, proxime subter Labium, corneam observavi particulam exiguam. Interim posteriora isthaec non adeo distincte mihi comparuerunt: quandoquidem oportet partes hasce simul & sub microscopio contemplari, & eodem tempore etiam, absque sectione tamen, a se mutuo distinguere atque separare. Quin & ex albo flavescens earum color impedimento est, quo minus accurate eas undique perlustrare, aut iis contemplandis microscopium majus adhibere liceat.

Duo Vermis oculi *cc* penitus ex albo transparent, limpidique sunt; ut materie veluti lymphatica turgidi videantur. In aliis Insectis Oculi plerumque pulli sunt, subnigri, virides, rubri, coerulei, aut flavescens; quandoque etiam saturatissime aut dilute purpurei: prout videlicet Tunica Uvea in ambitu interiore Oculi colorata est. Pateat igitur hoc exemplo, quod Oculi haud ubivis in omnibus Insectis eodem sese modo habeant. Quin & Oculorum isthaec ratione coloris diversitas in majoribus atque sanguineis Animantibus locum habet: quemadmodum haud ita pridem adhuc in Cuniculis observavi; in quibus tota Tunica Uvea in Oculi fundo alba erat, mihi hinc, ob nigroris defectum, inepta videbatur ad radios lucis quodammodo sistendos five colligendos. Pulligo enim atque nigrites sibi proprium habet, quod paucos nullosve radios incidentes repercutiat: quapropter etiam charta nigra multo facilius in foco vitri ustorii ignem capit, quam alba, quae acceptos radios reflectit. At vero Divinae Omnipotentiae innumerabilia patent media, quae ad unum omnia eundemque finem perducere possunt: quemadmodum in sequentibus circa visus organum, quo Apes pollent, distincte exponam, omnipotentem DEI Sapientiam ex Oculo horumce Insectorum simul ibidem demonstraturus.

Binos inter Oculos, haud procul a Labio *a. d.*, subflavi quidpiam occurrunt: quin Labium *g.* ipsum, atque Lingua *g.*, pariter flavescunt. *ee.* In extremis futurarum Antennarum *ee* acuminata extat particula flava & subfusca. Omnes autem haec particulae, quandoquidem dilutioris sunt coloris atque translucent, nonnisi difficillime possunt internosci.

In reliquis corpusculi Annulis distributa cernuntur decem utrinque Puneta respiratoria, *bbb.*, nullis gaudentia particulis corneosis, alio colore praeditis; uti quidem in Cossio, Bombycibus, aliisque Insectis obti-

ende ook van een gedeelt ofte gescheiden worden, hoewel sonder snyding. En dan belet baar witte geelagtige couleur, dat men alles soo wel niet sien kan, nog een groter glas gebruyken.

De twee Oogen *cc* in den Wurm syn ganschelyk wit, doorlugtig ende helder, even als of se met een wateragtige stof opgevult waaren. Daar anders de Oogen in de Insecten gemeenelyk donker, of bruyn, groen, root, blaauw ende geelagtig syn, alles na het Druyven-Vlies gecouleurd is in de binnenste omtrek van het Oog, ook syn se wel beel hoog ende ook bleek purperagtig: dan gelyk in dit Insect blykt, sy syn niet alle even al eens. Gelyk ook deese verschillentheid van de couleur der Oogen; in de grooter ende de bloetryker Dieren plaats grypt. Gelyk ik nog onkangs in de Konynen gesien hebbe, alwaar het gansche Druyve-Vlies, in de grond van het Oog wit was, ende my als onbekwaam schein, alsoo se geen swartigheid en had, om eenige stralen van 't licht tegens te houden, ofte te vergaderen: want dat het donker en swart eygen is, dat het geen of weinig stralen weer kaatst. Waarom ook een swart papier veel ligter door een brantglas ontfont, als dat wit is, en syn ontfange stralen weer omkaatst. Dan GODS Almachtigheid heeft een weet duysent ende duysenden van middelen, om tot een ende het selve eynde te raaken; als ik in 't vervolg omtrent het gesigt der Byen distinctelyk toonen sal, ende aldaar syn Almogende Wysheid uyt het Oog deeser Insecten bewyfen.

Tusschen beide de Oogen na den Lip *d.*, siet men eenige geelagtigheid, gelyk ook de Lip ende de Tong *g* geelagtig is. Op het eynde van de toekomstige Hoorn *e* staat als een spits geel en bruynagtig deelken. Alle nu deese deelkens, syn in haare wittigheid ende doorlugtigheid moeyelyk ende seer kwaat te bekennen.

Op de vordere Ringen des lichaams staan tien adembalende Openingen *h h h* aan weersyden, dewelke geen hoornbeenagtige deelkens, dewelke van een andere couleur zyn, als in den Houtwurm, de Zywurmen, en andere Insecten plaats grypt, hebben. Waarom dan

obtinet. Quapropter Puncta isthaec, ob albitudinem pellucidamque Vermis claritatem, detegere admodum difficile est; ut, nonnisi diu multumque contorquendo & versando microscopium, voti quis demum compos reddi queat. Patent haec Puncta oblongâ quadam fissurâ five rimâ, & nonnihil depressa sunt. Pulmonum Fistulae, seu Asperae Arteriae propagines, quae intrinsecus hisce Punctis continuatae sunt, albitudine limpida, & margaritarum veluti five conchae margaritiferae colore nitent; atque in Vermibus nonnullis, haud valde obefis, & hinc corpore maxime perspicuo praeditis, per id ipsum transparent: quemadmodum etiam per eorum corpus tralucet Ventrículus, qui hocce in Verme flava quadam materie, liquatae Cerae aemula, tum temporis erat repletus. Quin Cor quoque atque Medulla Spinalis per corpus Vermis transparent; quorum illud in dorso, haec in Abdomine collocatur.

Motu quam lentissimo gaudet hic Vermis, & plerumque, sicubi commovetur, Caput Caudamque, five corporis partem posticam, nonnihil introrsum trahit. Quodsi autem e cerea sua cellula protrahitur, sicque vis & injuria quaedam ipsi infertur; tunc alios excitat pauloque notabiliores motus: modo enim antrorsum, modo rursus retrorsum sese quandoque inflectit & contorquet. Caeterum vero, nisi commoveatur, sine ullo penitus motu conspicuo persistit, nec suâ unquam egreditur cellulâ, priusquam in Apem adoleverit.

Verum transeo ad Vermium Anatomem. Apum aequae, ac aliorum Insectorum Vermes variarum ope encheiresium, quibus & ego usus sum, dissecari possunt. Primum itaque variis modis hos Vermes interfeci: coxi nimirum alios in Spiritu Vini; alios in liquore Alkabeft Glauberi, diversisque aliis liquidis coloratis, maceravi: quae quidem omnia eo fine a me instituta sunt, ut partes eorum internae atque unicolores tanto melius internosci possent. Veruntamen haud satis feliciter isthaec responderunt; quandoquidem Vermes plurimo pingui scatebant. Quodsi in Spiritum Vini conjicitur Vermis, partes ejus omnes veluti colliquescunt, & aquosae fiunt. Coctione autem partes nimis condensantur. In liquore Alkabeft itidem nimis coguntur sub initium, deinde vero rursus in aquosum liquamen contabescunt. Unde omnium optima, quam ego novi, methodus est, si quis hos Vermes simpliciter in Spiritu Vini suffocet, atque ilico dein ad eo-

deese Stippen om de blankheid ende de doorlugtige helderheid van de Wurm moeyelyk te sien syn. Dat ook niet te doen en is, dan na lang draeyen ende keeren onder een vergrootglas. Open syn deese Stippen met een langwerpige spleet of schein, ende een weinig ingezonken. De Longepypen ofte de productien van de Longader, derwelke aan deese stippen inwendig vast syn, die syn helder wit ende peerl of peerlemoer couleurig. Schynende in sommige Wurmen, die niet seer vet syn, ende alsoo heel helder van lichaam, door de doorlugtigheid van het geseyde lichaam heen. Gelyk als ook door het lichaam heen schynt de Maag, die met een geele substantie als gesmolte geel Wasch, in deesen Wurm doen ter tyt vervult was. Nog schynt het Hart ende het Ruggemerg door het lichaam van de Wurm heen; het Hert leggende in den rug, ende het Merg in den Buik.

De beweging van deese Wurm is seer traag, trekkende gemeenelyk, als hy geroert wort, het Hoofd wat inwaarts, als ook den Staart ofte het agterste van syn lichaam. Als de Wurm uyt syn Wassenkamerken getrokken is, ende een weinig daar door geforceert, soo maakt hy andere ende wat merkelyker bewegingen; sig somtyts voortwaarts ende dan weer agterwârts heel ombuigende ende omdrayende. Anders als hy niet geroert wort, is hy gans sonder merkelyke beweging, soo dat hy nimmermeer, voor dat hy tot een Bye vergroeyt is, syn Huysken verlaat.

Maar ik gaa over tot de ontleding van de Wurmen. De Wurmen der Byen, als ook die van de andere Insecten kan men door middel van verscheide uitvindingen ontleden, gelyk ik ook gedaan hebbe. Ende haar alsoo eerst op verscheide wyfen doen sterven, als in Brandewyn, door op te kooken; ende dan ook haar in den Alkabeft Glauberi te leggen; als ook in verscheide andere gecouleurde vogtigbeeden, ende dat alles om de inwendige ende de eencouleurige deelen te beeter te onderscheiden. Dan alsoo de Wurm heel vet was, soo en heeft dat by myn geen succes genoeg gehad. Als men deese Wurmen in Brandewyn gooit, soo worden alle de deelen als gesolveert ende wateragtig. Door opkooken stollen se te seer, ende in den Acabeft trekken ze te zeer te saamen, en daar naa worden se weer wateragtig, soo dat de bequaamste manier die my bekend is, is, dat men se simpel in Brandewyn laat sterven, ende dan dadelyk ontlead, ofte dat

rum Anatomen sese accingat. Juvat etiam in coloratis eos liquidis tamdiu macerare, donec, quousque fieri potest, nigri, rubri aut flavi evaserint. Aut & sibimet ipsis relinqui possunt, ut corruptione spontanea tandem colorem acquirant. Ita enim obtinetur, ut quaedam eorum partes in conspectum prodeant, quae aliter nunquam videri, aut saltem haud distincte factis perlustrari queunt. Scilicet corpore undique albissimo gaudet hic Vermis, partibusque haud adeo facile discernendis: hinc Anatomen ejus instituere longe difficillimum est; nisi quis encheiresibus modo memoratis utatur. Omnia tamen isthaec nullius iterum sunt momenti, si quis hos Vermes etiamnum viventes diffecare novit: quod ipsum interim factu haud adeo facile est; quandoquidem Vermis membra & fortissime semet tunc contrahunt, & ex se perquam sunt tenella.

Siquando Vermis in Dorso aperitur; statim sese offert exstillans quidam ichor sive aquosus humor, e Vasis fauciatis eque Corde profluens, qui verus Vermiculi Sanguis est. Sub Cute dein ibidem collocati cernuntur Musculi, qui incisuras corporis annulares movent, & quorum nonnulli in ipsum quoque Cor inferuntur. Pinguedo deinde, atque inter hanc, medio in Dorso, extuberans Cor in conspectum venit; quod quidem longus est canalis, per totum Dorsum usque in Caput protensus, e quo vasa pullulant omnes in partes distributa. Moneam tamen, me hoc non in hisce Vermibus, sed in Bombycibus observasse. In Foemellae Anatome alia adhuc quaedam de Corde proferam. Si deinde Anatomen quis prosequitur, mox conspiciendum sese offert Ventriculus, innumeris Fistulis aëriis instructus; qui fat notabilibus e fibris contextus, sicubi fauciatur, facile admodum abscedit ab interna sua tunica, quae in speciem membranacea est, & vel triplo etiam tenuior, quam Vermiculus ipse. Eadem haec tunica insuper, in modum vitri illius pellucidissimi, quo ad conficienda specula utimur, limpidissima est, & aequabilissime etiam expolita: quod quidem in aliis pariter Insectis, & praeter reliqua, in Bombycibus, quoque obtinet. In ultimis, quos dissectui, Vermibus Tunica haec, sive pars interior Ventriculi, semper infarcta erat materie quadam saturatoris flavique coloris, paullulum tenace; quae & totum Ventriculi cavum replebat, & in Dorso, qua Cor situm est, per Cor & corpus transparebat. In Crabronum Ver-

men se in gecouleurde vogtigheeden, soo veel men kan, laat swart, root, of ook wel van zelfs metter tyt in couleur bederven of veranderen; waar door haar dan sommige deelen vertoonen, die men anders nooit en siet, ofte nooit klaar genoeg kan beschouwen. Want alsoo deese Wurm heel wit van lichaam is, ende niet seer onderkennelyk van deelen, soo is de geseide manier nootzakelyk, of anders is de ontleding ten wytersten moeyelyk. Dan dit alles heeft weer geen plaats, so men se levendig komt te ontleden, dat egter om het geweldig 't samentrekken der deelen van de Wurm; ende omdat syn deelen ook seer teer syn, soo gemakkellyk niet en wil toegaan.

Als men nu de Wurmen op de Rug opent, soo vertoont haar eerst een uytstyperende vogtigheid, die uyt de Aderen, die gekwetst syn, in het Hart komt, ende welke waterige vogtigheid haar waaraagtig Bloet is. Daar onder het Vel leggen de Spieren, die de ringwyse inkervingen van het lichaam beweegen, ende waar van ook sommige het Hart selve ingeplant worden. Daar na siet men het Vet; ende tusschen het selve vertoont sig midden in den Rug het uytspuyende Hart, dat een lange canaal is, de gansche rug tot in het Hooft toe doorgaande, ende over al syn uytspuyende vaten na toe sendende; dan dat ik niet hier, maar in de Zywurmen opgemerkt hebbe. In de ontleding van 't Wyfken sal ik nog iets meer van 't Hert seggen. Soo men de Anatomie vervolgt, soo sal men dadelyk sien de Maag, die met duysend Luchtpypen voorsien ende beset is: deselve is merkelyk vleesagtig van maaksel, als hy gekwetst wort, soo wykt hy seer ligt van syn inwendige rok af, die vlesig is, of haar soo vertoont, ende wel driemaal dunder als de Maag selve is; synde daar en booven soo helder als een doorlugtig spiegelglas, ende ook soo effen of gepolyst. Dit heeft ook plaats in andere Insecten, als ook onder anderen in de Sywurmen. In de laatste Wurmen die ik ontleed hebbe, was deese Rok ofte binnenste gedeelte van de Maag geduurig vervult met een hoog en geel couleurige substantie, wat taayagtig, den geheelen Maag vervullende, ende op de rug daar het Hert legt, door dat selve ende het lichaam heen schynende. In de Wurmen van

mibus interior isthaec Ventriculi Tunica elegantissimi, quod unquam visum est, reticuli purpurei speciem prae se fert. A parte Ventriculi posteriore, quo loco Pylorus datur, quatuor cernuntur Vascula, materiem ex flavo pallescentem vehentia, quae Pinguedini atque Fistulis aëriis fortiter innexa, hinc, illinc, per Pinguedinem transparent, atque crispata insuper & incurvata in corpore feruntur. Mihi quidem excogitatu difficile est, qualesnam hae sint particulae: neque enim videntur Vasis Croceis, quae in Bombycibus descripsit Illustris Malpighius, esse similia; utpote quae in omnibus haëtenus Insectis reperi, haud tamen flavo semper colore infecta. Quidquid hujus rei sit; longo demum atque indefesso labore animadverto, ea in extremis suis, ut intestina coeca Gallinarum, coeca esse. Ad hoc autem detegendum sequenti utor enchircresi: Intestinum nempe sive Ventriculi finem, cui Vasa illa inferuntur, subtili forcipe apprehendo, tumque lente & circumspecte de Pinguedine connexisque Membranis & Fistulis Pulmonalibus ea protraho; quum aliter nonnisi difficillime extricari queant. Si coeca haec Vasa parumper in Spiritu Vini macerantur, tunc veluti Glandulis obsita apparent; cujusmodi Glandulas in aliis quoque Insectis observare licet. In Cossu Vasa isthaec adpellavi Crocea. In Apibus perarduum est, ea in conspectum producere.

Pingue hujusce Vermis itidem, uti in Cossu, sex globulis constat, qui ipsi etiam cum globulis pinguedineis Cossi quodammodo conveniunt. Pinguedo autem in hoc nostro Verme inter crescendum haud aboletur: unde in eodem, jam jam in Apem mutato, etiamnum conspici potest. Quodsi Pingue istud paullo accuratius examinatur; praeter innumeras particulas minutiores, nonnullae etiam massulae in eo oleosae, quales in Cossi pinguedine depinxi, observantur. Haud tamen exactius constructio Pinguis indagari potest, nisi cum subtilissimo id & tenuissimo vitro impositum, intercedente idoneo quodam microscopio, adversa luce, quis contemplatur atque perlustrat. In Pinguedine, quae Membranis tenerrimis atque Fistulis Pulmonalibus connexa est, nonnullae passim conspiciuntur exiguae particulae, rugosae sive contractae, aliquantum pallide purpurascens, atque hinc propemodum albidae: sunt hae rudimenta Vesicularum aëriarum, quae postmodum in Apibus aëre replentur, & Fistularum aëriarum, qui-

de Horfels is deese binnenste rok van den Maag; bet aardigste purpure netken gelyk, dat men met oogten kan aanschouwen. Agter aan den Maag, ter plaatse daar het Maag portieris, vertonen haer vier vaatjes, die een geelbleeke substantie voeren, en die door het Vet ende de Longpypen sterk gebegt worden, ende alsoo hier ende daar door het Vet been schynende haer deese vaten vertoonen: deese Vaten syn kronkelig ende geboogen in het lichaam geplaatst. Wat dit nu voor deelkens syn, is my swaar uyt te vinden, want se my niet en schynen de Saffraanvaten, van den Vermaarden Malpighius in de Zyurmen beschreeven, gelyk te syn, ende de welke ik tot nog toe in alle Insecten gevonden hebben: dan niet altyt die geele coloriet. Wat er van is, na langen en onverdrietigen arbeit, bevind ik dat se op baare eynden blind syn, als de blinde Darmen in de Hennen. En dat ondervind ik aldus, te weeten den Darm, of het eynde der Maag daar se ingeplant worden, wat ik met een nyperken, ende dan trek ik se soo langzaam uyt bet Vet ende de samenbegtende Vliesen en Longpypen; anders syn se seer quaalyk te ontwarren. Als deese blinde vaten een weinig in Brandewyn geleege hebben, zoo vertoonen sy haer, als of se met klierkens beset waaren, dewelke Klierkens in andere Insecten meede te sien syn. In den Houtwurm heb ik deese Saffraanvaten genoemt. Sy syn niet seer sigtbaar in de Bye, als met moeyten.

Het Vet in deese Wurm bestaat als in den Houtwurm meede uyt klookens, dewelke ook eenigzins met die in den Houtwurm overeenkomen. Dan het vergroeit hier in deese Wurm niet, waarom het ook daar in te sien is, als de Wurm nu in een Bye vergroeit is. Als men het Vet wat nauw besiet, soo syn daar meede eenige olieagtigheeden in, als in de Houtwurm uytgebeelt, behalven dat men nog een oneyndig tal kleender deelkens daar in gewaar wort. Dan men kan de structuur van 't Vet niet beeter besigtigen, als met het selve op een seer subtiel en dun stuksken glas te leggen, ende dat met een goet vergroot glas soo tegens het ligt te besien, ende te onderzoeken. Hier ende daar in het Vet, dat aan seer teere Vlieskens neffens ook aan de Longpypen gebegt is, siet men eenige kleene rimpelagtige of samengetrokke deelkens, een weinig bleek purperagtig, en alsoo haast wit van couleur, dat de begintfelen van de Luchtblaaskens syn, die naderhant met lucht in de Byen gevult

buscum haëtenus leviter tantum cohaerent, oscula excipiunt. Ut igitur Pulmones in Animalibus, quae nondum respirarunt, ita & hae Vesiculae haec contractae sunt.

Anteriùs, circa Caput alia adhuc nonnulla in Verme Vasa comparent, quae similiter, ac Vasa coeca mox descripta, claviculatim inflectuntur: quin & fortiter adeo cum Membranis, Pinguedine & Fistulis aëriis connexa sunt; ut separare ea haëtenus mihi fuerit impossibile: unde & structuram eorum haud adeo accurate detegere mihi licuit. Gemina autem sunt haec Vascula, tandemque in unum coeunt Tubulum, qui deinde, subter Vermis Linguam extrorsum procurrens, ibidemque fortior atque tenacior redditus, tenella quadam papilla, foramine pervia, extrinsecus protuberat, e qua humor glutinosus, filorum materies, eructatur. Ut adeo Vasa haec revera sint Fistulae, e quibus stamina sua fundit Vermis. Quando nimirum Vermis, satis superque pastus, paullo post Nymphae speciem induturus est; tunc horumce ope staminum suam is domunculam superne obtexit, atque in fundo; & ad latera intus, tanquam glutine obducit. Vidi tandem in nonnullis quoque Vermibus, quod Fistulae hae haud procul ab exitu suo, sub Ore, in duos semet ramos dividerint; quos tamen, ut ante jam memoravi, ulterius profèqui haëtenus haud potui. Credo interim, quod in coecis desinant Appendices; quemadmodum in Bombycibus obtinet. Sicubi hae Fistulae ea parte, qua in unum coeunt tubulum, per medium diffringuntur; glutinosa inde emergit materies, tenacissima; & in longa fila ductilis: quod ipsum & in serico Bombycum, nondum in fila ducto, & in aliis Insectis, ipsisque etiam Araneis, observatur. Interim tamen hoc locum non habet, nisi in Vermibus, qui tempori mutationis suae, qua in Nymphas abituri sunt, appropinquant,

Praeter haëtenus expositas partes haud mihi in Verme aliae ullae comparuerunt: quandoquidem ipsius Vasa sanguinem vehentia & revehentia adeo sunt subtilia & pellucida; ut conspiciere ea haud potuerim. Eandem ob rationem illa ipsa etiam ne in Cossio quidem animadverti: quanquam artificia dentur, quorum ope eo perveniri potest. In Bombycibus sane id mihi successit sequenti modo; quem haec in figura quarta ob oculos pono. Videlicet comparo mihi tubulum vitreum, ut haec repraesentatur; quem in medio *a* ampullaceum *b*. curo fieri, altero autem extremo *b*, quantum

worden, ende waar in de Luchtpypen haar openen, daar se nu eenigfins meede gehegt syn. Deese Blaaskens syn samengetrokken, gelyk de Longen van die Dieren, die nog nooit geademt hebben.

Voor aan omtrent het Hooft vertoonen haar in de Wurm nog eenige andere Vaten, dewelke kringelagtig gebogen worden, even als de blinde Vaten nu beschreeven, deselve worden meede door de Vliesen bet Vet ende de Luchtpypen gehegt, ende dat soo sterk, dat se my tot nog toe onmogelyk geweest syn om te scheiden: waarom ik dan haar structuur soo eygentlyk niet en heb kunnen ontdekken. Deese pypkens die twee syn, loopen eyndelyk in een, ende gaan dan onder de Tong van de Wurm na buyten, alwaar se sterker en tayer van maaksel worden, ende met een kleen tepelken, dat een opening heeft, uytwaarts puylen, waar door een lymige vogtigheid tot spinfel opgerispt wort. Soo dat eygentlyk deese vaten de spinpypkens syn van deese Wurmen, en met welk spinfel sy haare Huyskens van bovenen toe spinnen, en van onderen en aan de syden behymen, als se nu genoeg gegeeten hebben, ende de gestalte van een Popken aanneemen sullen. Deese pypkens heb ik in eenige Wurmen gesien, dat se haar niet ver van haar uytgank onder de mont in twee takken verdeelden, dan dewelke als alrede gesegt, ik tot nog toe niet heb kunnen vervolgen, hoewel ik egter geloof, dat se met blinde einde uitlopen gelyk in de Sywurmen geschiet. Als men deese pypkens, ter plaats daar se een pypken worden, in 't midden doorbreekt, soo komt daar een lymige stof uyt die seer tay is, ende dewelke sig in lange draaden laat uytrekken; gelyk dat mede soo omtrent de ongesponne syde van de Syde wurmen plaats grypt, ende omtrent andere Insecten, als ook de Spinnekoppen waar te neemen is; egter soo geschiet dit niet als in Wurmen, dewelke nu naaken aan de tyt van haar verandering, ofte haar vergroeying in een Popken.

Bèhalven de genoemde deelen, sòb bevind ik geen andere in de Wurm, synde de vaten die haar bloet voeren ende weerom voeren, my door haar subtiliteit ende doorschynentheid onsigtbaar geweest, gelyk ik ook die in de Houtwurm selfs niet opgemerkt hebbe; dat nogtans door inventien te doen sou weesen, gelyk ik dat selve ook in de Sywormen gedaan hebbe, op deese wys, als hier in deese vierde figuur vertoont wort. Te weeten ik neem een glaase pypken als hier afgebeelt, in het midden laat ik het wat uytblaasen *a*, ende op syn een eynde *b* laat ik het soo syn uytrokken als mogelyk is; aan de andere sy-

par

Ll 11 1 z

de

Tab.
XXIV.
Fig. IV. c.

par est, subtilissime produci, altero denique iterum crassiolem atque latiore *c* reddi; ut nempe oris flatu aer in hoc extremum commode adigiqueat. Hoc factum tubulum subtili quodam liquore, colorato, haud tamen admodum penetrante, per *c* crassius extremum *c* immisso, repleo; tumque *b* extremum tubuli tenuius *b* circumspicere terebrando, in Cor defigo: quod satis facile obtinetur. Ita deinde, leniter insufflando, & Cor, & nonnulla ex hoc pullulantia Vasa infarciri possunt. Porro quamvis aliae nullae amplius partes in hisce Vermibus detegantur; attamen in iis adhuc notare convenit & Fistulas aërias & Medullam Spinalem. Medullam equidem ut prae teneritudine sua atque mollitie haud accurate heic investigare potuerim; in Masculo tamen Apis facili satis negotio detexi, atque ibidem a me delineatam deinceps describam.

Nymphae Apum, sicubi tandem fatis diu, & ad plenariam usque nimii humoris dissipationem, in cereis suis domunculis conclusae haeserunt, omnium denique ultimam suam cuticulam exuunt; quae hinc una cum priore, quam Vermiculi sub forma etiamnum existentes deposuerunt, in fundo cellulae reperitur. Exuviis sic rejectis Textum deinde, Dentium suorum adminiculo, prius perforant, simulque Ceram, Texto superne adglutinatam, in fragmenta veluti laciniosa effringentes ad latera reflectunt. Lacinias hasce aliae deinceps Apes denuo auferunt, cellularumque extremitatem ita repurgant, ut laevis iterum atque aequalis evadat. Mares aequae, ac Foemellae Apum, simili etiam modo e cellulis suis prorumpunt, similemque pariter omnes mutationem subeunt. Id saltem notabile heic datur discrimen, quod Apes vulgares, nec non Mares, plerumque complicatis etiamnum Alis in lucem prodeant: ut hinc, postquam e Textis suis proruperunt, earum Alae, vi impulsae & intro adacti aëris atque humoris, adhuc expandi prius debeant. Namque, uti alibi jam memoratum est, magnae illae Venulae sive Nervuli, qui in Alis earum, juxta ac decima Figura commonstrat, animadvertuntur, revera Fistulae sunt aërierae: his vero proxime adsident Vasa etiam sanguinea, sive quae Alis nutrimenti adferunt materiem. Ista haec autem a me facta observatio vel maxime digna est notatu; quandoquidem miracula DEI, in Insectis recondita, quam evidentissime patefacit, simulque funditus evertit improbas illas opiniones, quae statuunt, Animalcula haec ex putredine & fortuito quodam particularum confluxu prognasci: id enim si largimur, mox inde ad Animantia majora perverfissime argumentantur harumce opinionum asseclae, DEIque Providentiam atque Omnipotentiam, quae in quorumcunque Animantium fabrica ubique aequales sunt, pessime extenuant &

als alrede gesegt. In de Buyk heb ik de Luchtopeningen van buyten soo heel distinct niet onderscheiden kunnen, alsoo se daar schuyns als de Pisleiders in de Blaas der Mensch en viervoetige Dieren schynen ingeplant te worden; dan van binnen in het lichaam syn haare implantingen seer kennelyk, gelyk als ook selfs uytelyk te sien is, als men een Popke selfs komt te doen vervellen, ende de Luchtpypen dan uyt de openingen te halen. Hoe se nu in de Buyk gedistribneert worden, is al elders gesegt, en sal nog vorder hier en daar gesegt worden.

De Popkens der Byen nu lang genoeg ende tot volkomen uyt-damping harer overtollige vogtigheeden, in haare Wasfche huyskens beslooten geweest synde, stroopen eyndelyk haar alderlaatste huytken af, dat men met het andere te gelyk, dat by als Wurm nog synde afgelegd heeft, op de gront van het huysken vinden kan. Haare huyt soo afgestroopt hebbende, soo breeken sy met haare Tand en eerst haar spintfel, en te gelyk het Wasch dat daar booven opgekleeft is aan stukken, dat se ter syden dan rafelig of veselig uyt doen wyken, ende het welke de andere Byen dan weer afneemen ende suyveren, soo dat de rant van 't huysken weer gelyk en effen wort. Op deselve wyse breeken ook de Mannekens ende de Wyfkens uyt haare huyskens, dewelke alle een gelyke verandering hebben. Dan egter met dit merkelyk onderscheit, dat de gemeene Byen ende ook de Mannekens, met samengevouwen Vleugelen meesten tyd voor den dag komen, en dewelke Vleugelen, na dat se nu uyt haar spintfel syn gebrooken, haar dan nog, door ingedreeve ende geperste lucht ende vogtigheid, uytspannen moeten. Want gelyk nu al elders gesegt, die groote Aderkens of Senurwken in haare Vleugelen te bemerken, ende gelyk als ik hier in deese tiende afbeelding vertoon, syn eygentlyk Luchtpypen. Daar neffens dan ook haare bloet Aderkens, of die daar haar voetsel door passeert geplaatst syn, daar wel op te letten is, als een seer aanmerkelyke observatie van my synde, ende kragtig de wonderen GODS, omtrent deese kleene Dierkens verborgen, ontdekkende; ende te gelyk tot de grond toe neerwerpende die goddeloose gevoelens, van dat deese Dierkens uyt een verrotting ende gevallige 't samenvloeying van deelkens soudon voortkomen; het welk als men toestaat, deese personen dan seer verkeert op groote Dieren toepassen, ende alsoo GODS Voorfienigheid ende Almagtigheid, dewelke in het maakfel van alle Dieren

& detrectant. Profecto si vel minimum Animalculum e putredine nasci potest; nihil impedit, quo minus & in omnium maximis idem queat evenire.

Foemellae tamen Apum haud, uti Apes vulgares atque Mares, clausis complicatisque in lucem prodeunt Alis, sed expansis atque explicatis: unde etiam volitantes e cellulis suis exeunt. Sapientissima hinc Natura domunculam quoque spatiosiore ipsi apparavit, in qua commode apteque suas expandere Alas possunt; ut, postquam suis e cellulis proruperunt, ilico, si necessitas exigit, ad examinandum sint accinctae, aut etiam ipsam suam matrem, Foemellam seniore, eliminare; huiusque sedem occupare valeant;

Persuasissimum mihi est, quod Apes reliquae indicio quodam praenoscant, Foemellam recens natam perfringendâ domunculâ suâ occupatam esse: unde etiam aliquot ante diebus, quam nova ab ipsis colonia aut examen instituitur, Apes plurimas domunculis dictarum Foemellarum adhaerescere videmus; quae dubio procul Foemellarum egressum expectant, & mox mox prodituras stridore Alarum, qui cantus Apum est, veluti e longinquo hilares excipiunt atque salutant. Quapropter nullus dubito, quin Masculi praesertim primas in hoc negotio partes agant, lascivis haud ab similes Caballis, qui Equabus eminus saltem conspiciunt, mox adhiñunt, & statim ad coitum semet accingunt. Id ipsum in Bombycum Maribus pariter obtinet, qui, ut Foemellam minime videant, ilico tamen, ac ejus duntaxat odorem sentiunt, Alarum suarum adminiculo suavem excitant stridorem, ardente adeo generandi libidine agitati; ut vel mortuas haud raro Foemellas ineant, nec nisi vi ab his avelli possint. Haud credo interim, quod Apum Masculi cum Foemellis coitum celebrent: quamvis tamen, quousque par est, ad ipsas appropinquare gestiant; quoniam nascentem ab ejaculatione sui feminis titillationem sic percipiunt. Firmiter enim mihi persuasum est, quod Apum Masculi similem in modum suo semet spermate liberent; uti Pisces; qui id solummodo super Ovula profundunt, nec caeterum rem cum Foemellis habent. Circa haec tamen omnia haud difficile foret certa instituire experimenta: si nimirum Apis Foemiella reticulo e filis confecto, aut vasculo vitreo sindone rara obligato, pyxidive perforatae inclusa, solo odore spermatis ma-

ren eeven gelyk is, grootelyks te kort doen ende verkleenen. Want soo maar het minste Dierken uyt verrotting kan groeyen, dat sou ook omtrent het aldergrootste gebeur'en kunnen.

De Wyfkens der Byen dan die komen met geen toegeslooten en toegevouwen Vleugelen, als de gemeene Byen ende de Mannekens voor den dag, maar met uytgespreide ende ontvouwen Vleugelen, soo dat se uyt haare huyskens hier voort komen al vliegende. Waar toe ook haar van de alwyse Natuur een spatieufer huysken toegeschikt is, ende waar in se makkelyk ende bekwamelyk haare Vleugelen kunnen uytspannen, om alsoo dan uyt haare huyskens gebrooken synde, datelyk soo het nodig was te kunnen swermen, of wel het oude Wyfken selfs te doen vertrekken, ende het selve haar plaats te doen maaken.

Dat de andere Byen merken kunnen, dat het nieuw gebore Wyfken aan het uytbreeken van haar huysken doende is, daar en twyffel ik niet in het aldergeringste aan; waarom ook eenige daagen te vooren, eer se een nieuwe colonie maaken ofte swermen sullen, men veel Byen aan de huyskens der geseide Wyfkens siet hangen, dewelke sonder alle twyffel op haare uytkomst wagten, ende deselve met een gedril van Vleugelen, daar se haar gesang meede maaken, te ontmoet sien, en als van verre verwelkomen. Soo dat ik niet en twyffel, of de Mannekens speelen hier voornamentlyk haar rolle; slagende de weelderige Hengsten, dewelke op het te ontmoet sien van de Merrie datelyk brietschen, ende haar tot de vermenging gereet maaken; het welk omtrent de Mannekens der Sydwurmen meede plaats grypt, dewelke, hoewel se het Wyfken niet en sien, datelyk als se haar lucht maar ruyken, een aangenaam gedril van Vleugelen maaken; synde soo beet in deese teelsieke begeerte, dat se haar dikmaals aan de doode Wyfkens koppelen, daar men se dan aftrekken moet. Dan het welk koppelen ik niet en geloof, dat de Mannekens der Byen met de Wyfkens doen, hoewel egter dat se dat soo veel naderen als se kunnen, om het gevoel van haar afschietende saatshalven, dat se op de wyse der Vlyschden; die het simpel over de kuit heen werpen sonder de Wyfkens te bekennen, haer soo ik vastelyk geloof quyt maaken, en van al het welke men sekere experimenten sou kunnen neemen, te weeten met een Bye van een Wyfken in een dradigh netken of ook oopen glaasken met yl lywaat toegebonden, of doorgeboort doosken te sluyten, ende die alleen door de lucht van het saat der Mannekens dan vrugtbaar te doen maaken. Dan dit alles sal ik onder nader verhandelen. Alleen dunkt my nodig, dit hier nog

sculini foecundaretur. Verum de hisce omnibus infra prolixius agam. Id saltem adhuc addere necessum duco, quod sonitus sive cantus ultimus, qui paullo ante, quam examinaturae sunt Apes, in Alveari percipitur, a sola tantum Foemella excitetur: scilicet videtur ea tum temporis jam impraegnata esse & mox Alveari evolutura; quandoquidem nonnisi unius profecto Apis vox est, quae tum percipitur.

Aliquando Foemellam penitus praepostere sua in domuncula locatam inveni, Alis interim nitide jam & aequabiliter expansis ad volandum conformata: quum vero exitum illa sibi a latere averfo pararet, & Favi ipsius medium parietem, cujus jam magnam partem efforaverat, perfringere conaretur; hinc aliquot post diebus demum e cellula sua prorumpere posse videbatur. Auxilio igitur ipsi veni hisce in angustiis, mihi que simul aptum comparavi subiectum, in quo Anatomem instituerem. Quo tempore Apes perfentiscunt Foemellam in eo esse, ut sua e cellula prorumpat; haud dubito, quin insignis admodum in Alveari exoriatur mutatio, tam juvenulas, quam seniores inter Apes: quandoquidem illae recens natam, hae natu majorem sectantur Foemellam; imo multae nonnunquam senes juvenesque cum eadem simul stant Foemella. Interim isthaec tamen in partes distractio nequaquam vel electioni, vel dominatui cuidam, sive auctoritati debetur, neque & fictitias inter ceremonias honorarias, atque stipante senum & venerandarum Apum multitudine, simulque accedente Buccinatorum, Comitorum, & Musicorum concentu, aut sub terrifico adstantium Carnificum adspectu perficitur; quemadmodum lepide quidem, at in Naturam injuriose, comminiscuntur Auctores: minime gentium. Imo vero ingenitum duntaxat prolis educandae studium est, quod facit, ut Apes hac ratione Foemellam adsectentur: neque enim aliud quidpiam natis istis mancipiis, Apibus nimirum operariis, agendum incumbit; utpote quae solo illo stimulo permoveri possunt, omnesque suas actiones eum in finem dirigunt: quamvis profecto arduus admodum labor sit, quem in sobolis educatione & cellularum huic destinatarum continua aedificatione subire debent. Attamen larga ipsis merces retribuitur; quandoquidem vicissim, lauti loco praemii, suavi se melle nutriunt, quod indefessa fedulitate collegerunt: Dii namque in miserrimo isthoc vitae curriculo omnia laboribus vendunt. Utinam igitur exemplum isthoc

by te moeten voegen, dat het laatste gesfang of geluyt, dat men in den Korf effen eer de Byen swermen zullen hoort, alleen van het Wyfken is; ende dat soo ik geloof, als het nu vrugtbaar is gemaakt, ende op het punt van haar vertrekken staat; want sekerlyk de stem die men dan hoort, is niet als van een Bye alleen.

Ik heb eens een Wyfken heel omgekeert in haar buysken gevonden, de Vleugelen net ende uytgespannen synde, ende bekwaam om te vliegen: maar alsoo het verkeert den uytgank wilde maaken, ende door het Honingraat selfs midden doorbreeken, daar het al een groot gat in gemaakt hadt, soo stont het geschapen om daar nog in eenige daagen niet uyt te sullen raaken. Dan daar in kwam ik haar te hulp, ende ook my selve, om daar de ontleeding van te doen. Terwyl de Byen dit doorbreeken van het Wyfken uyt haar Huysken merken, soo en twyfel ik niet of dat moet een seer aanmerkelyke verandering in de Korf maaken; ende dat soo wel onder de nieuwe, als onder de oude Byen, van dewelke de eene het nieuwe ende de andere het oude Wyfken dan aanhangen ende volgen, en somtyts veele oude en nieuwe te gelyk. Het welk volgen dan ook niet en geschiet door verkiefsing, regeering ofte autoriteit, ofte ook met ingebeelde ceremonien van eer, ende onder het gedrang van oude en de eerwaardige Byen; te gelyk onder het geluyt van trompetters, hoornblaseren ende musiciens; ofte dat ook door schrik van bystaande beulen, gelyk de Schryvers wel aardig, maar egter de natuur ongelyk aandoende fabuleeren: o neen! het volgen der Byen omtrent het Wyfken, dat en geschiet niet als door een ingeschape sugt, tot de opvoedende voortkweeking: want anders en is het officie van de geboore slavinnen, ik meen de Werkbyen, niet; dewelke alleen door die drift te beweegen syn, ende waar naa sy ook alle haare daaden reguleren: synde in der waarheid een seer swaaren arbeit, omtrent dit voeden der Jongen, ende het geduurig opbouwen van haare Huyskens, onderworpen. Dan sy worden rykelyk betaalt, ende wederom als met een milde vergelding, door den soeten Honing gevoet, die se egter in sweet ende arbeit moeten vergaderen, want de Goden verkoopen alles voor arbeit in dit seer ellendige leeven; al het welk dan alsoo tot onse leering ende onderwyfsing behoorde te dienen,

isthoc nos , uti decet , condoceretur atque erudiret; quo tandem DEUS in omnibus suis operibus extollatur!

Quodsi operariae Apes Genitalibus organis, horumve quodam analogo, instructae forent; ex earum sane actionibus, haud absque verifimilitudine, concludere liceret, eas ardenti admodum libidine in actum generationis ferri, nec nisi hoc solo animari stimulo ad omnia, quae exiguntur, opera peragenda. Verum quandoquidem nullâ penitus ad generationem requisitâ parte gaudent; hinc sane aliud in iis nihil est, quam innata speciem suam propagandi cupiditas, quae tanto prolem educandi studio, & tam singulari erga Foemellam, communem omnium matrem, amore eas accendit. Patet id, si quis Reginam isthanc, filo ad alteram ejus alam defixo, baculi cujusdam extremitati adligat, & reliquum deinde Apum examen circum eam obvolitare finit: hae enim tunc, Reginam subsequentes, in baculo fensim confidebunt omnes, suorumque ope pedum aliae aliis tam mirabiliter adhaerescunt; ut unicuique veluti uvarum racemum referant. Hoc autem modo coacervatae commode dein huc illuc per universum quendam hortum semet transferri patiuntur, neque interim Reginam suam deserunt Apes operariae: quemadmodum ipse experiundo didici. Quodsi hoc tempore Apes nonnullae ad ingentem hunc acervum convolant; manifestum fiet contemplanti, illas tam anxie mox Reginam investigare, ut vel hinc fatis appareat ingens, quo in Reginam & speciei suae propagationem depereunt, affectus: namque per medium veluti racemum penetrare conantur, ut ad Foemellam perveniant: at paucis post tempore tamen hoc conatu rursus desistunt, tumque jugi volatu deserunt repetuntque acervum. Ex hisce igitur facile innotescit, quascunque Apum actiones non aliunde, nisi ab ingenti & ardenti, quo in proles generationem, conservationem, educationem &c. feruntur, studio proficisci: quod ipsum uti fundamentum, ita & scopus est omnium eorum, quae ab Apibus peraguntur. Ubi deinde Foemella baculo rursus exsolvitur, statimque intra poculum vitreum, telluri aut asseri impositum, reconditur; reliquae tamen Apes omnes eam mox iterum circumdant, vitrumque adeo confertim obsident, ut non nisi Apes idundequaue obtegentes videre liceat. Unde equidem haud absque veri speciei inferri posse videtur, quod Foemella potentem valde odorem spiret, quo reli-

nen, ende dan sou GOD geeert worden in alle syne werken.

Indien de Werkbyen Teelkeeden hadden, of iets dat daar naa gelykt, men sou uyt haare daden niet onwaarschynelyk kunnen beslyten, dat sy een grootte gene geetheid tot de dadelyke voortteeling hadden, en dat het alleen de selve was, die haar tot alle nootzakelyke werken kwam aan te moedigen. Maar alsoo sy geheel van alle Teelkeeden ontbloot syn, soo is daar niets in haar, als de ingeschape lust tot de voortteeling van haars gelyke, dewelke haar tot de zucht van het opvoeden der Jongen, en tot de liefde van het Wyfken (haar algemeenen moeder) beweegt. Het welk als dan blykt, wanneer men deese Koninginne, met een draat aan haar eene vleugel vast gemaakt synde, op het eynde van een stoxken bint, en alle den anderen troep der Byen daar dan rontsom laat heen vlieden. Dewelke haar allengskens naa de Koninginne dan aan het stoxken sullen neersetten, en soo aardig met de pooten aan malkanders lichaam vast blyven hangen, dat se als een eenigen tros druiven sullen vertoonen. En op die wyse kan men se met het stoxken, door een ganschen bogaart gemakkelyk heen en weer draagen, sonder dat de gemeene Byen deese Koninginne sullen verlaten, als ik selfs ondervonden heb. Op deesen tyt fiet men, soo daar eenige Byen op deesen grooten hoop komen aanvliegen, dat se als met een angstig zoeken, en begeerig tot de Koninginne en haar voortteeling, daar selver als de mynen van schynen te maaken, soo dat se midden door de tros als naa het Wyfken toe komen heen te dringen, het welk poogen sy egter naa een weynig tyt weer verlaten, en dan alsoo geduurig op en af gaan vlieden. Waar uyt dan ligtelyk blykt, dat alle de handelingen der Byen niet en ontspringen, als uyt de groote en hittige drift tot de voortteeling, de onderhouding, en de opvoeding der Jongen, en soo voorts. Het welk het sleunsel van alle haare daden is, en het doelwit van alle haare handelingen. Als men nu het Wyfken van het stoxken ontbint, en dat men het voorts onder een roemer op de aarde, of op een plank verbergt, soo komen egter alle de andere Byen het datelyk weer te omvaagen, en het glas soo dicht te besetten, dat men daar niet als de Byen, die het bedekken, van sien kan. Waar uyt ik niet onwaarschynelyk oordeel, dat het Wyfken een seer sterke lucht

reliquae Apes alliciuntur. Observavi id, cum aliquot passuum intervallo ab illo loco, in quo Apes de baculo decussieram, Foemellam dicto modo, super mensam, in aperto quodam umbraculo reposuisssem. Hanc ob rationem olim, antequam Apum vulgarium vera mihi innotuit fabrica, lascivientibus illis Canibus masculis eas adsimilavi, qui solo odore incitati Foemellam persequuntur. Attamen haud negavero, quod in Apibus vulgaribus aliud forte quidpiam insuper, quam solus iste odor, dari queat, quo tantopere commoventur: unde veluti naturales mihi videntur spadones aemulari, qui, ut efficere nihil possint, insigni tamen Foemellae cupiditate sunt accensi.

Quemadmodum igitur sola est generatio, qua Apes incitantur; ita etiam haec ipsa, sicubi impeditur, aut sufflaminatur, sola est, e qua confusio omnis, unquam in Alvearibus animadversa, originem ducit. Fac Foemellam sterilem esse, aut mutilam, mancam, caecam, Alis destitutam: nec Mel, nec Cera colligetur, nec semen deponetur. Scilicet tum haud necessum est aedificare cellulas; nec sobolis etiam educatio ibi locum habet. At vero Foemellâ bene constitutâ ordine peraguntur omnia.

Rege incolumni mens omnibus una est. Virg.

Maxima etiam animadvertitur confusio, siquando, duabus Foemellis in uno Alveari existentibus, altera post alteram in unam eandemque cellulam suum collocat semen: inde enim non solum ingens circa nutritionis negotium perturbatio; sed grande etiam in aedificatione cellularum nascitur incommodum: praeterquam quod absolute fieri nequeat, ut bini Vermiculi in eadem cellula educantur. Uterius vero considerari velim, quod Apes, binas ob rationes necessarias, quae sunt cellularum constructio Vermiumque educatio, Foemellam semper & ubivis comitentur atque comitari teneantur: quodsi enim Foemella semen aut Ovula sua in cellulas imperfectas forte deposuerit, reliquis Apibus, vi officii velut a natura ingenerati, incumbit, mox eas exaedificare; ut Vermiculo concedatur spatium, in quo se moveat, comedat, cutem mutet, atque fila texat. Sicubi igitur (quod apprime animadverti velim) sub id tempus binae illae Foemellae, una cum suis quaelibet affectis, sibi mutuo obviam fiant, Apesque hinc in suo cursu, comitatu, opere, & reliquis impediuntur; nonne intellectu perquam facile est, non posse non perma-

gnam
van sig moet geeven, dewelke de andere Byen aanlokt. Het geen ik gemerkt heb, wanneer ik eenige treden daar van daan, alwaar ik de Byen van het stoksken afgeschut hadt, het Wyfken aldus, op een tafel in een open prieel kwam te verplaatsen. Soo dat ik de gemeene Byen, eer ik nog haar eygentlyke structuur wist, voor deesen wel by een deel teelsieke bonden, dewelke het Teefken op de lucht alleen kwamen te volgen, heb vergeleeken. Evenwel wil ik niet lochenen, dat 'er in de gemeene Bye nog wel iets sou kunnen syn, als deese reuk alleen die haar beweegt; soo dat ik se als natuurelyke gelubden considereer, die egter nog een groote lust tot het Wyfken schynen te vertoonen, hoewel sy daar niets toe doen.

Gelyk dan de voortteling, de Byen alleen beweegt, soo is 't als deselve belet ofte verbindert wort, dat daar alleen uyt alle de onordentelykheid, die omtrent de Byekorven ooit gemerkt is, haaroorspronk komt te neemen. Gelyk als weesen sou, wanneer een Wyfken onvrugthaar was, of ook mank, kreupel, blind ende sonder vleugelen. In welken tyt daar dan nog honing, nog wasch vergaart wort, nog saet geset. Want de huyskens te bouwen is dan niet nodig, gelyk als ook de opvoeding der jongen daar dan geen stant grypt. Andersins als het Wyfken wel is, soo gaat alles ordentelyk.

Den Koning in een goeden stand synde, is 'er by alle eensgefindheid. Virg.

Een seer groote onordentelykheid siet men van gelyken, wanneer daar twee Wyfken in den Korf syn, ende dat de eene haar saet komt te setten in het celleken, alwaar de andere alreede het baare geplaatst heeft, dat niet alleen een groote wanorder in het voeden maar ook eene groote ongelegenheid in 't opbouwen der huyskens veroorzaakt; behalven dat het teenemaal onmogelyk is, dat twee Wurmen in een huysken kunnen opgebracht worden. Vorders alsoo de Byen het Wyfken om deese nootsakelyke reedenen, van het bouwen der huyskens, en het opvoeden der Wurmen geduurig en over al volgen, ende ook nootsakelyk volgen moeten; want soo het Wyfken haar saet of eyeren in onvolboude huyskens kwam te setten, soo is het de andere Byen haar pligt, en ook ingeschape last, die datelyk op te bouwen, op dat de Wurm spatie om sig te roeren, te eeten, te vervellen, ende te spinnen mogt hebben; soo is het ligt te begrypen, dat soo nu in deesen tyt, (daar ik bidde wel op te letten) deese twee Wyfken met haare troepen malkander ontmoeten, ende de Byen daar door in haar loop, gevolg, werk, en soo voorts verbindert wierden, dat daar een groote onorder uyt moet komen. Wat wonder is 't dan dat

gnam inde perturbationem oriri? Quid mirum igitur, quod in iram, quin furorem exardescant, & prolis suae amore stimolatae in se invicem irruant, hanc illamve Foemellam occisurae, & e medio sublaturae? Perperam id hunc usque in diem diverso duorum fictitiorum Regum dominatui adscriptum est, quasi haud possent illi commisso potentatu una vivere. At vero ficta haec fabula est, nullum heic locum habens: contra nonnisi impedita generatio bello huic ansum praebet: tolle isthoc impedimentum; & binae hae Foemellae fatis concordēs vivent: quam enim rationis usu destituantur; hinc & incognitum ipsis est, quod dicitur: Non capit regnum duos; aut quod comminiscitur Virgilius:

— — — — Nam sepe duobus
Regibus incessit magno discordia motu.

Ut res haec facilius quest intelligi, rudem quandam heic interferam similitudinem. Videor nimirum rempublicam Apum quodam modo comparare posse cum domo quadam 5000 cubiculis instructa; in qua una tantum datur Foemina, quae quotannis per odorem spermaticum aliquot centenorum virorum, intra hanc domum natorum, atque quarundam hebdomadam spatio ibidem degentium, triplici femine foecunda redditur. Finge praeterea dari in eadem illa domo aliquot millia spadonum naturalium, sive ancillarum, quae exaedificandae huic domui operam navantes, & inter mesaula dictorum cubiculorum commorantes, mulierem illam perpetuo comitantur; ut videant, quonam in cubiculo ea primò puellam, puerulum, spadonemve sit paritura. Hae ipsae vero ancillae natam hanc prolem, aequae ac reliquos omnes foetus, quos unica isthaec mulier postmodum ex ordine, per singula cubicula eundo, adhuc editura est, curent atque nutriant: sintque cubicula pariter haud majora, quam quae prolem, donec ad plenam haec aetatem pervenerit, exacte tantum continere queant. Hisce rite intellectis prònum est conjicere, quam horrenda perturbatio atque discordia foret nascitura, si hanc in domum alia quaedam insuper Foemina sese conferret, ancillarumque grege in contrarias partes distracto, contra Foeminam priorem hujusque ancillas obniteretur, in quodlibet angustorum illorum cubiculorum alteram adhuc prolem reponere contendens. Nonne sic oeconomiae hujusce stabilitum ordinem penitus everti, omnesque, quae animo concipi possunt, difficultates atque

dat se gaande of rasende soude worden; ende door de fugt tot haare Jongen opgewekt, malkander aanvallende, bet eene of andere Wyfken te dooden en om te brengen? Het welk men tot nog, en tot deesen tyt toe, verkeerdelyk aan de verscheidentheid der heerschappy van de twee geimagineerde Koningen, dewelke met malkander niet in een vermengde mogentheid soude kunnen leeven, toegeschreeven heeft. Dandat geimagineert gevoelen is het niet; maar de voortteeling die sou belet worden; anders souden ook deese twee Wyfkens haer seer wel onder een vereenigen; want alsoo se geen reeden gebruyken, soo en weten se ook niet, wat bet te seggen is, een Koninkryk duldt geen twee Koningen, of als Virgilius fabuleert:

Want dikwils is'er by twee Koningen tweedragt ontstaan met groote beweging.

Om dit verstaambaarder te maaken, soo sal ik hier een groove gelykenis invoegen, en seggen, dat bet met de regeering der Byen haast is, als of daar in een huys met 5000 kamers, een eenige vrouw was, dewelke alle jaaren door de lucht des saats van eenige hondert mannen, die daar in geboren wierden, en sommige-weeken in bleven wonen, met een drievoudig saat vrugtbaar gemaakt wiert; en dat 'er in deselve woning ook eenige duysenden van geboore gelubde, of dienstmaagden waaren. Dewelke dit huys volbouwende, en tusschen de gangen deeser kameren haer plaats hebbende, geduurig die vrouw omringden, om te weeten, in welke kamer sy het eerst een meysken, een knegtken, of een gelubde wilde baaren. En dat dan deese dienstmaagden, bet selve kind besorgden en opvoeden, als ook alle de andere kinderen, die deese eene vrou vervolgens, in kamer tot kamer kwam te baaren; en welke kamers ook niet grooter waaren, als dat sy eff.n het kint konden bevatten, wanneer het nu tot syn vollen ouderdom sou gekomen syn. Dit wel begreepen synde, soo volgt van selve, wat een schrikkelijke onorder en stryt bet veroorsaken sou, soo daar nog een andere vrouw in deese woning kwam, en dat sy een verdeling onder de dienstmaagden makende, tegens de eerste vrou met haadienstmaagden kwam aan te dringen, en dat sy nog een kint, in yd.r van die enge kamers wilde baaren. Dat sekerlyk alle de gereguleerde order van deese huysbouding vernietigen sou, en alle be-

que lites quam certissime enasci necessum foret?

En! hic verus est regiminis Apum status. Id solum insuper juvat concipere, quod in hac domo, quotannis, ab unica illa Foemina tres quatuorve Foemellae juniores, aliquot centeni Mares & quaedam millia exsectorum ancillarum generentur; & quod deinde aliquot millia harum recens natarum ancillarum Mariumque simul vel Foemellae seniori, vel primogenitae inter quatuor illas juniores, semet adjungant, pristinaque domo relicta novum sibi peculiare construant domicilium; tandem vero quod dictae ancillae Mares iterum suos interficiant, postquam Foemella, quae cum ipsis emigravit, per feminis masculini odorem foecundata est; atque deinceps integri anni spatio solae cum sola Foemella habitent &c. Ista haec omnia si Apum reipublicae rite applicantur; haud amplius difficile est quarumcunque, quas Apes perficiunt, actionum, uti sunt aedificatio, nutritio, mellis collectio, & sic porro, reddere rationem.

Ex haecenus dictis itaque patet quam clarissime, unicam duntaxat uno in Alveari esse atque ferri posse Foemellam. Quapropter etiam Alveare nullam omnino continens Foemellam, modo femine foecundo sit instructum, multo durabilius est, & meliore in statu permanet, quam si binae pluresve in eo Foemelle habitant: altera enim Foemella tunc, inscia quidem & innocens, omnem pervertit & interturbat ordinem, quo altera, suis cum Apibus operariis, negotium nutritionis, educationis & aedificationis exsequi adlaborat. Unde hoc in casu innatum Apibus agnosco laudoque ingenium & circumspeditionem, quod alteram Foemellam interficiant, alteram vero incolumem fervent: sine dubio enim placuit atque consultius visum est sapientissimae Naturae, unam perire Foemellam, quam utramque una cum Alveari, Ovulis, Vermibus, Nymphis, reliquisque Apibus pessumdari; quum omnia haec ex ejusmodi perturbatione necessario sequantur.

Verum uti Natura omnipotens nullis adstricta est legibus; ita in aliis Insectorum, alteriusve speciei Apum, contuberniis alius iterum ordo aliaeque regulae obtinent: quemadmodum patet in Crabronibus & Vespis. Ista haec enim Insecta plures quidem tolerant Foemellas: at notabilem tamen hanc differentiam heic animadvertere convenit; quod nimirum Foemellae

denkelyke swarigbeeden ende tweedragt verweken.

Siet, soo leyt het eygentlyk gelegen met de regering der Byen: waar by als men nog aanmerkt, dat, indien 'er in deese woning alle jaaren van die eene vrouw, nog drie of vier jonge Vrouwen gebooren wierden, eenige hondert Mannen, en duysenden van gelubde dienstmaagden, die dan vervolgens met sommige duysenden, of de oude Vrouw of wel de eerstgeboorne van de vier jonge Vrouwen kwamen aan te hangen; en dit eerste huys verlatende, een eyge woning maakten, doodende ook eindelyk haare Mannen, als de verhuysde vrou door de lucht van haar saet vrugtbaar gemaakt was, en blyvende dan voorts het gansche jaar alleen wonen, soo kan men dit alles met waarheid op de Byen toepassende, alle haare manieren van handelingen, als bouwen, voeden, Honing vergaderen, en soo voorts, daar uyt bestuyten.

Uyt dit geseide blykt nu klaarlyk, dat 'er maar een Wyfken kan ende mag in den Korf weesen; waarom ook een Korf gansch sonder Wyfken, als 'er maar vrugtbaar saet in is, veel beeter in stant ende weesen blyft, als wanneer daar twee ofte meerder Wyfken in syn; ende alwaar dan het tweede Wyfken alle de order van de voeding, voortkweeking, ende de ophouwing van het andere, en haare Werkbyen (hoewel onnossel) komt te verderven, ende confuys te maaken. Soo dat ik het in deese gelegenheid het ingeboore verstant ende als de voorfigtigheid der Byen toeschryf, dat se het eene Wyfken dan dooden, ende het andere by 't leeven houden; ende dat de alwyse Natuur het alsoo gewilt heeft, ende beeter geoordeelt, dat het eene Wyfken verlooren ging, als alle beyde, ende ook te gelyk den Korf, met de Eyeren, de Wurmen, de Paapkens ende de rest der Byen: het welke alles uyt soo een ongesteltheit komt nootzaakelyk te volgen.

Maar gelyk de almogende Natuur aangeen regelen gebonden is, soo siet men in andere by eenwoningen der Insecten, of soorten der Byen weer een heel andere gereguleerde order, gelyk blykt onder de Horsels ende Wespen, alwaar verscheide Wyfken syn: dan weer met dit merkelyk onderscheit, datse weinig Eyeren leggen, ende te gelyk met de Mannekens uytoliegen, om de Jongen op de manier

haec pauca tantum Ovula pariant, simulque una cum Masculis evolent, Insecta alia aucupandi ergo, quibus, more Passerum, suam alant prolem: neque enim heic plures, quam duae species, Mas videlicet & Foemella, in uno domicilio dantur. An vero inter haec Animalcula Mas quoque, sobolem nutriendi gratia, evolet, adeoque haud, uti Apum Masculus, a labore immunis sit; id equidem haecenus tam exacte non observavi: quanquam interim minime dubitem, quin Masculus itidem nutriendo foetui operam conferat: ut enim Crabrones longe minore sunt, quam Apes, numero; ita tamen quandoque vel 1500 Foetus habent nutriendos. Arguo haec ex Vesparum quodam nido sive Vespeto, quod adfero, in quo vel plures etiam sunt domunculae, Prolium vero, Ovulorum, Nympharum & Vermium infinitus quasi numerus reperiebatur. Mas hic Crabronum pariter, uti Apum Masculus, Aculeo caret. Ita ex paucis hinc exemplis elucescit, quanta in Insectis observanda dentur miracula, & quam arduos nobis stimulos ad amplificandam DEI gloriam admoveat eorum scrutinium. Nam Ille facit res magnas, adeoque impervestigabiles, & mirabilia, adeoque innumera. *Job. 9.*

Quod autem Vermes sive juvenulos Apum Foetus nutriendi provincia solis revera Apibus operariis vulgaribus sit demandata, & quod harum omnia studia eo duntaxat collineent, eximia isthaec clare docet observatio, quam peritissimus quidam Apum Cultor, etiamnum in vita superstes, mecum communicavit. Scilicet retulit is mihi, posse certa quadam encheiresi insignem Foemellarum, quas Reges vulgo vocant, numerum procreari, atque hinc, unius anni spatium, triplo quadruplove plura examina prolici, quam alias frigidiori nostro sub climate fieri adfolet. Ita autem res peragitur. Mense Aprili, sicubi Alveari inverso observaveris, nonnulla Ovula, Vermes, aut Progeniem in Foemellarum domunculis dari, Foemellam senioremem una cum Apibus aliquot exime, inque Alveare aliud seorsim reponere: sic haec de novo semet in hoc stabiliunt, cellulas aedificabunt, semen figent, atque prolem excitabunt. Aliquo deinde post tempore primum Alveare rursus perlustra; & si recens exclusam Foemellam quandam, de seminibus ante in Alveari relictis natam, ibi deprehenderis, hanc itidem, supra dicto modo, inde exime, atque cum Apibus aliis sociatam peculiari immitte

nier der Muffchen, met opgevangen Insecten te voeden, want daar syn niet als twee soorten van in een woning. Evenwel of het Manneken daar al meede tot voeding der Jongen uytoliegt, ende alsoo van den arbeit niet verschoont is, als het Manneken der Byen, dat en heb ik nog soo eygentlyk niet ondervonden: hoewel ik egter niet en twyfel, of het Manneken voet de Jongen meede, ende dat door reeden, van dat de Horsels op seer verre na, soo veel in getal niet en syn als de Byen, hoewel se egter wel 1500 Jongen somtyts te voeden hebben. Dat ik oordeel uyt een nest, dat ik van deselve bewaar, waar in meer getal nog van Huyskens syn, en waar in als een oneyndig tal jongen waaren, als ook Eyeren, Popkens en Wurmen. Dit Manneken onder de Horsels, heeft als het Manneken der Byen meede geen Angel. Siet soo uyt deese weynige staalkens blykt, wat wonderen omtrent de Insecten te observeeren syn, en wat een groot nut ons die ondersoeking tot GODS eer meede brengt. Die groote dingen doet, die men niet doorzoeken kan, en wonderen, die men niet tellen kan. *Job 9.*

Dat nu alleen de opvoeding der Wurmen, of de Jongen Maden van de Byen, eygentlyk het officie der gemeene Werkbyen is, ende datse alleen met die sugt swanger syn, dat blykt uyt deese seer heerlyke ondervindingh, my van een seer verstandig Byenbouder, nu nog in 't leeven synde, medegedeelt. Te weten, dat men door inventie een groot getal Wyfkens, Koningen gemeenelyk genoemt, kan voortkweken; ende alsoo drie ende viermaal soo veel swermen op een jaar aanfocken, als wel ordinaris in deese onse koude Climaet geschiet. Men gaat te werk aldus, namentlyk in April, als men ziet door het omkeeren van de Korf, dat 'er eenige Eyeren, Wurmen of Broet in de huyskens der Wyfkens is, soo neemt men het oude Wyfken met eenige Byen daar uyt, die men dan een Korf apart geeft, ende daar in dan verder haer colonie op nieuw laat bevestigen, huyskens bouwen, saet setten, ende jongen aanfokken. Eenigen tyt hier na, als men den eersten Korf bestende, aldaar een jong uytgebroeit Wyfken, van de saaden in de Korf gelaaten siet voortgekomen te syn, soo moet men dat daer meede op de geseyde wyse uytneemen, ende met Byen ver-

Alveari, ut generationem ibi perficiat. Eadem vero ratione si reliquas postmodum Foemellas, quae sensim e feminibus in primo Alveari defixis, prognascentur, tractaveris; spatio unius aestatis fertilioris, unico ex Alveari, decem, imo quatuordecim aliquando Foemellas, una cum suis singulas Apibus veluti subiectis, id est, totidem examina tibi comparare poteris. Attamen probe heic notandum est, omnino convenire, ut fertilior id anno fiat: alias enim Apes non solum haud satis semet multiplicarent; sed nec sufficiens ipsis Cerae & Mellis copia suppeteret coacervanda, ut per hyemem superflites permanere possent. Praeterea etiam cavere oportet, ne dictum illud Alveare primum ullo modo ad examinandum perveniat: quandoquidem Foemella quaelibet, quae suis cum Apibus operariis memorato modo inde depromitur, pro peculiari examine, uti revera etiam est, haberi debet. Id tandem monitum insuper adjunxero, quod propemodum omnia isthaec Alvearia sterilia essent futura, nisi & Masculi ad Foemellas ibi simul admitterentur: verum tamen hanc difficultatem Apum iste Cultor solvere haud sciebat, id solummodo mihi concedens, quod fieri facile potuerit, ut forte e primo, aliisve vicinis Alvearibus, nonnullae Apes incubantes (hoc enim nomine Mares adpellant) in memorata illa Alvearia transvolaverint: nisi enim ab hisce foecundatae fuerint Foemellae, generatio nulla, juxta ac ego existimo, fieri aut locum habere potest.

Pateat igitur isthoc experimento, quam indutriae sint vulgares Apes operariae, & quod suo tamen fungantur officio, ut ut Foemella ex Alveari ablata sit. Tolle autem foecundum femem aut progeniem ex Alveari; mox deerunt muneri suo: at quousque sperma ibi datur, ne minimam quidem in Alveari perturbationem unquam animadvertes. Inde itaque quam evidentissime demonstro, qualenam Apum operariarum sit officium: scilicet incumbit ipsis una cum Foemella, perperam Rege vocata, aliud nihil agendum, nisi ut femina sua enutrient, hisque accommodatos loculos aedificent: quod vero ab hoc opere ipsis superest otii, id Mellis & Panis Apum collectioni impendere debent. Ut adeo Apes vulgares revera ferva sint Animalcula, nec nisi ad assiduos atque indefessos labores a DEO creata.

In regionibus, quae nostrâ calidiores sunt & fertiliores, Apes etiam absque supra expo-

selschapt hebbende, een Korf om daar in voort te teelen verschaffen; ende dan alsoo voorts met alle de rest der Wyfkens, die op de geseide wyse uyt het eerste gesette saat sullen voortkomen, handelende, soo sal men in een vrugtbaare soner, uyt een Korf, wel tien a veertien Wyfkens, met haare onderborende Byen kunnen versamelen, dat dan als soo veel swermen syn. Dan hier moet nu wel opgelet syn, dat het een vrugtbaar jaar dient te weesen, anders souden se niet alleen niet genoegsaam vermeerderen, maar ook geen Wasch genoeg maaken, nog daar Honing in aan winnen, om de Winter over te blyven. Nog moet men hier wel opletten, dat dan die geseide Korf geensins en swermt, want yder Wyfken met haare Werkbyen, die men daar soo uytneemt, moet voor een bysondere swerm, gelyk het ook in der daat is, gehouden worden. Waar by ik nu sal by doen, dat haast alle deese Korven onvrugtbaar soude weesen, indien daar geen Mannekens by de Wyfkens kwamen: dan op welke zwaarigheid my deese Byenhouder niet en kost antwoorden, alleenlyk my toestaande, dat het wel weesen kon, dat uyt die eerste Korf, of ook uyt de andere Korven, die bystaande waaren, wel eenige Broet Byen, want soo noemen sy de Mannekens, tot de geseide korven souden kunnen invliegen; dewelke dan na nynn gevoelen deese Wyfkens moeten vrugtbaar maaken; ofte daar en sou geen voortteeling kunnen syn, of plaats kunnen hebben.

Siet dan alhier, hoe neerstig de gemeene Werk-Byen syn, hoewel het Wyfken uyt de Korf is, en egter haar beroep waarneemen; dat se niet en souden doen, soo daar geen vrugtbaar saat of broet in de Korf was; maar dat selve daar in synde, soo kan men de minste onorder in de Korf niet bemerken. Het welk dan een onweerleggelyk bewys is, van het officie der Werkbyen, die met het geseide Wyfken, seer verkeert Koning genoemd, niet anders te doen en hebben, als haar saat op te voeden, ende dat bequaame gemakken te bouwen: synde de vordere tyt, die haar daar van overschiet, niet als om Honing of Byenbroot te vergaderen, haar verleent. Soo dat de gemeene Byen sekerlyk dienstbaare Dieren gebooren syn, ende niet als tot een gestadigen ende onvermoeiden arbeit van GOD geschaapen syn.

In landen, die wat heeter ende vrugtbaarder syn als de onse, daar swermen de Byen ook sonder de

fito artificio frequentius; quam heic locorum, examinant: quod equidem fequenti confirmatur hiftoria, quam Apum quidam Cultor fide dignus, etiamnum in vita fuperftes, mihi ut certiffimam, quaeque fibimet ipfi evenerat, narravit. Scilicet retulit is mihi, quod, cum Comes Mansveldensis ante hos fexaginta circiter pluresve annos provinciam Emdanam incurfasset, Apum quoddam Alveare ab hac irruptione fibi reliquum fuerit, e quo fequenti anno triginta examina prodierunt. Erat nimirum Alveare iftud quam foecundiffimum: quoniam enim caetera ipfius Alvearia, aequae ac illa fuorum vicinorum; deftructa fuerant; hinc ea occasione maximus Apum numerus feffe in id receperat. Examen autem primum e memorato Alveari, die adfcenfionis Chrifti in coelum, ipfi offerebatur: quin eodem die, paullo poft, alterum quoque examen inde prorumpebat. Primum inter haec duo examina, dicto die adfcenfionis Domini ab ipfo captum, poft mensis fpatium denuo bis examinabat. Alterum vero examen, itidem eodem die Alveari immiffum, poft elapfas fex feptimanas ter examinabat. Interea eodem illo anno tam ex primo Alveari, omnium quafi matre, quam ex reliquis inde acquifitis Alvearibus, adhuc viginti & tria erumpebant examina, quae cum prioribus feptem computata fimul numerum XXX conftituunt. Patet hinc quam luculentiffime, quod Animalcula ifthaec & in Venerem proniffima fint, & admodum foecunda.

Mirabile fimul & jucundum eft videre, quanto numero atque ftipatione Apes Alvearis oftium in ambitu & extus obfideant; quum paullo poft examinaturae funt. Foemella fenior, quae jam de novo a recens natis Mafculis in annum foecundata eft, plerumque examinandi facit initium. In examine altero, aut fibi tertia quoque vice examinant Apes, duae nonnquam, imo tres fimul Foemellae obfervantur; quas in peculiaria fingulas Alvearia difperdimur, fi quando fatis numerosae funt Apes: at illarum nonnullas interficimus, fi Apum iufto parcioreft numerus. Mares ut plurimum & propemodum femper in Alveari primitivo, quafi materno, permanent: quum ibi, iuxta ac mihi perfuafiffimum eft, opportuniffima gaudeant occasione Foemellas impraegnandi. Quandoque tamen etiam in recens conftituto novi examinis Alveari quidam reperiuntur Mafculi: quod quidem tum forte locum habet, quando Foemella nondum foecundata eft, adeoque

voorverhaalde konft, meer als hier te lande, waar van my deeze volgende Hiftorie voor waaragtig, van een geloofwaardig liefhebber der Byen, tegenwoordig nog in 't leeven fynde, ende als het zelfs onderfonden hebbende, verhaalt is. Hy verhaalde my dan, dat als de Mansfelder, nu ontrent festig jaar, of wat meer geleeden in Emderland kwam, by een Korf Byen uyt dien overval bebielt, daar by het jaar daar aan dartig fwermen van had. Dit was een feer vrugtbare Korf; want fyn andere Korven, als ook die van fyne buuren geruineert fynde, foo was daar door dat voorval een feer groot getal van Byen in vergadert. De eerfte fwerim, die by uyt de gefeide Korf verkreeg, was op hemelvaarsdag; op welken felven dag by, een weinig daar na, den tweeden fwerim ontving. De eerfte fwerim van deeze twee, op Hemelsvaardag als gefeyt gefchept fynde, die fwerimde een maant daar naa tweemaal. Ende de tweede fwerim by hem op defelve dagen meede in een Korf gevat fynde, die fwerimde fex weeken na die tyt driemaal. Ondertuffchen foo fwermden, en uyt de eerfte moeder Korf, ende uyt de vordere aangewonne Korven, dat zelfde jaar nog drie en twintig fwermen, dewelke met de voorrige feeven te famen dertig uytmaaken, het welk klaarelyk de vrugtbaarheid, en de teelzugt deefer Dierkens bewyft.

Vreemt en vermaakelyk is 't om te fien, hoe veel ende digt de Byen, haar om ende buyten het gat van den Korf begeeven, als fe fwermen fullen; fynde het oude Wyfken gemeenelyk het eerfte dat uytswermt, ende het geen op nieuw door de aangeteelde Mannekens nu voor een jaar vrugtbaar gemaakt is. In de tweede fwerim, of als ook de Byen ten derden maal fwermen, foo fiet men daar in fomtyts twee ende drie Wyfkens te gelyk, die men, foo de Byen veel in 't getal fyn, in byfondere Korven dan verdeelt, ofte ook eenige van defelve dood, foo het getal der Byen te weinig is. De Mannekens blyven gemeenelyk, ende haaft altyt in in de moeder Korf, alfoo fe aldaar foo ik geloof, ende ook vafteelyk vertrou, de bekwaamfte occasie hebben, om de Wyfkens vrugtbaar te maaken; hoe wel egter daar fomtyds nog wel eenige Mannekens meede in de nieuwe Korf, en haar fwerim fyn: het welke mogelyk gefchiet, alfoo het Wyfken nog

impraegnationis negotium adhuc perfici debet.

Possunt ab examinando cohiberi Apes, si omnis Masculina & Foeminina progenies ex Alveari rescinditur: ita enim, licet aliqua forte proles Foeminina in superiore Alvearis parte adhuc residua foret, tota tamen examinatio penitus supprimitur; quandoquidem & junior Foemella, postmodum nascens, omnino infocunda manet. Qui vero Vermes & Nymphas Masculorum, dicta ratione, ex Alveari excindere gestit, eum in modum se gerat oportet, ut nequaquam totos Favos, sed horum duntaxat anteriores & superiores partes refecet: ita enim Marium Nymphae atque Vermiculi capite truncantur; Apesque mortuam hancce Masculorum progeniem agiliter deinde exportare, & Favos intra brevissimum temporis spatium repurgare atque mundare norunt: unde equidem id boni in Apes redundat, quod sola tantum Mellis collectio ipsis deinceps incumbat peragenda; quia satis multae jam in Alveari praesto sunt cellulae cereae, quae saltem nonnihil expurgari, paucoque labore tantillum adhuc reparari debent.

Examinatione finita, cum Apes, quae evolarunt, jam ad ramum arboris aut aliud quoddam corpus defixae confederunt, perquam mirabile est visu, quam singularem in modum illae, suorum ope pedum, inter se mutuo cohaerescant, insignemque veluti uvarum racemum constituent, unguium, quos in extremis pedum suorum articulis gerunt, adminiculo ab invicem dependentes: interim nihilominus tamen illo ipso tempore a racemo possunt avolare, rursusque eundem petere, imo vel intus e racemi meditullio semet expedire, atque extrorsum in aëra emergere; quamvis tantopere inter se mutuo cohaereant.

Apes, quae hyemem perdurarunt, mense Martio anni sequentis praepremis uberrime femina sua collocare incipiunt, atque deinceps indefinenter opus hoc continuant: principio tamen Foemella in cellulas Apum vulgarium sua reponit Ovula; deinde in quatuor, aut quinque, pluresve cellulas, e quibus juvenulae Foemellae proditurae sunt; tandemque reliquum sui feminis, aestate ferventissima, seu circa examinandi tempus, in Marium cellulas immitit. Quodsi autem Masculorum hae cellulae forte in Alveari deficiunt (quandoquidem saepiuscule sub anni extremum una cum Melle rescinduntur); tunc Apes vulgares, nescio qua

niet vrugtbaar gemaakt is, ende alsoo dat werk nog te doen is.

Men kan het swermen der Byen beletten, met uyt den Korf alle het broetsel van de Mannekens ende de Wyfkens te snyden: waar door, hoewel ook eenig broet van Wyfkens, boven in den Korf, op deesen tyt mogt blyven, egter het swermen t' eenemaal te niet raakt, alsoo dan ook dat jonge Wyfken gansch onvrugtbaar blyft. Als men de Wurmen en Popkens der Mannekens op de gesceide wyse uyt den Korf snyt, soo moet het met deese konst geschieden, dat men niet de gansche Honingraten, maar alleen de voorste, ende de bovenste deelen daar van afsnyt; want hoewel de Popkens ende de Wurmen der Mannekens, als dan de hoofden afgesneeden worden, soo weeten de Byen dit broet of de doode Mannekens daar vaardig uyt te draagen, ende de Honingraten alsoo binnen seer geringen tyt te suyveren ende schoon te maaken, waar door se dan dit voordeel genieten, dat se niet en behoeven te werken, als alleen om Honing aan te winnen, hebbende alreede wasse buyskens genoeg, diese maar een weinig hoeven te suyveren, ende dan op te maaken, met weynig moeyte.

Het swermen gedaan synde, dat is de uytgevolgen Byen, nu aan een tak van een boom of ergens anders aan haar vast geset, en haar plaats hebbende; soo is het verwonderlyk te sien; hoe aardig sy met de voeten haar aan malkander vast bonden, ende als een grooten tros druiven aan een hangen: houdende malkanderen vast door middel van de nagelen, aan de uyterste leeden der Voeten geplaatst; ende egter soo kunnen sy nog op de selve tyt af ende aan den tros vliegende, ende ook van binnen door den tros tot naa buyten heen dringen, en in de lucht haar begeeven; en dat niet tegenslaande, sy malkander soo seer vast bonden.

De Byen, die de winter overgebleeven syn, die beginnen in het jaar daar aan, in de maant van Maart, het overvloedigste haar saet te setten, datse sonder opbouden continueeren: eerst set het Wyfken baare saatkens, in de Huyskens der gemeene Byen; dan in vier of vyf en meerder buyskens, daar de jonge Wyfkens uyt sullen voorkomen; ende de rest haarer saden; set sy tegens het heeste van de Somer, of de swermtyd, in de buyskens van de Mannekens, dewelke cellekens, indien sy daar niet en syn, want se veelmaal met de Honing in het najaar afgekort worden, soo worden sy, ik weet niet te bedenken, door wat voor een kennis; van de gemeene Byen, daar expresselyk toe opge-

der Menschen (die van alle andere Dieren haar Luysen verschillen) geobserveert hebbe, die meede een seer kennelyke Eierstok hebben, die meede in twee verdeelt wort, en ieder in ses Eierleiders, die een redelyk groot getal Eyeren of Neeten van ongelyke grootte hebben; synde de eerste Eyeren, die wytgeleit en vast gekleeft worden, meede veel grooter als de agterste. Dat ook in de Wespren soo toe gaat, die kleene ovale Eyeren *dd* hebben. Het Beursken dan, als gesegt, heeft van onder, of anders van ter syden een langwerpige afleiding, waar meede het met de uitbrengende Eierleider α gecoalecteert of geconnecteert wort, soo dat dan de Eyeren als se onder het pypken van het Lymbeursken daar door de wytbrengende afleider heen passeren, met de geseyde lym geraakt en omvangen worden, waar door se dan met haar eene eynde vast gekleeft blyven op het Wasch. Hoe nu eygentlyk dese uitbrengende afleider des Eierstoks α in syn wytgang is, ende wat deelkens daar nog te sien syn, dat en heb ik tot nog toe niet geobserveert, om de schaarsheid van de Wyfken, in deese moortjaaren van bloet vergieten, dat ook de Byen in ons Hollant gekrenkt heeft; behalven dat men dat ook wel niet zien en kan, ten sy met het lichaam agter wyt te drukken, dat ik niet heb durven waagen, om dat ik de andere deelen most conserveeren; soo dat ik het dan hier by voor deesen tyt sal laten. Alleen is nog aan te merken; dat de letters *y* de wyterlyke afgebrooke musculeuse deelkens van den Angel δ , die naturelyk krom gebogen is vertoonen: α vertoont het Fenynblaasken met syn pypken α en blinde aanhangsels $\beta\beta$, en dan het pypken γ dat naa de koker gaat: ζ verbeelt den laatsten of regten Darm. Alle de genoemde deelkens zyn hier verbeeld in haar naturelle grootte; hoewel egter een hayrken vermeerdert. Vorders siet men de twee deelkens $\epsilon\epsilon$ die de Angel aan weersyden heeft, die dit Wyfken met de gemeene Werkbyen gemeen heeft, ende aldaar beschreeven syn.

Wat nu vorder aangaat, de Maag, de Darmen, de Saffraan Vaten, ende andere deelen, die syn eeven op deselve wyse, als nu in de gemeene Bye alreede is voorgestelt. Eenige weynige verandering schein ik te observeeren, omtrent die ses langwerpige deelkens, dewelke ik binnen in den Darm van de gemeene Bye, daar by weer gedilateert wort, heb aangeweesen; ende dat soo omtrent de couleur, als de structuur en situatie.

Het Fenynblaasken is meede seer opmerkelyk in

E e e e e

h 56

quam spectabilis est, tota pellucida, limpidam, & coruscantis instar adamantis perspicua; imo vel altero tanto etiam major, quam in Ape vulgari: tubulus, a posteriore parte hujus Vesicae conspicuus, heic facilius, quam in Ape vulgari, detegi potest: alterque tubulus, qui ab hac Vesica versus Aculei Vaginam protenditur, quoque & validior est & nonnihil longior, quam in Ape vulgari. Quum vero humor, in veneni hocce Sacculo contentus, adeo perspicuus visuque jucundus mihi adparet; tentavi eundem degustare, cavens interim, ne tantum libarem, ut noxae mihi quidpiam inde inferri posset. Amarescente autem is sapore linguam primum adficiebat, qui postea acrior reddebatur atque penetrantior, per totum oris cavum usque ad fauces sese diffundens, salivamque suis e ductibus proliciens: nec sane aliter inde, quam a radicibus Pyrethri, afficiebatur lingua; at longe tamen minus vehementer: motus etiam ab eo in omnibus oris partibus aequè validus concitabatur, ac si decem vel duodecim Spiritus Vini subtilissime rectificati guttulas degustassem. Postmodum vero audacior factus venenum quoque aliarum Apum, quin & Vesparum, delibavi: conveniebant autem inter se omnia; nisi quod deprehenderim, venenum in Ape vulgari haud adeo vehemens esse, ac quidem in Ape Foemella, & rursus, quod in Foemella datur, mitius, quam venenum Vespaee. Quid mirum ergo, quod minutissima hujus veneni guttula inter cutem & carnem violenter adacta, & massae sanguineae infusa, tantum dolorem, arteriarum pulsationem, tumorem & inflammationem vel eo etiam usque producat; ut non febris solum, sed & mors inde secutura foret, si plures ejusmodi ictus infligerentur. Si enim exigua quaedam vitri particula, aut parva festuca lignea, digito infixam, summos excitat dolores; ecquid tandem ab acri hoc & penetrantissimo liquore expectandum est, qui simul corrodit, cum violentia partibus sese infigit, harum dissolvit continuitatem, tandemque, in vasa sanguinea irrepens, una cum sanguine per corpus universum sese diffundit? Hinc vel in vulgus nota est historia, qua fertur, sex Crabrones interficiendo Equo sufficere.

Aculeus porro, una cum omnibus suis partibus, in Foemella similem penitus in modum fabricatus est, ac ante in Ape operaria descripti: id solum discriminis notavi, quod is in Foemella notabiliorem in curvaturam flectitur;

het Wyfken der Byen, synde beel doorlugtig, bel-der ende klaar, als een flikkerende Diamant, ook ruym eens soo groot als in de gemeene Byen; syn pypken agter aan het Blaasken is hier makkelyker als in de gemeene Bye te ontdekken. Het andere pypken van dit Blaasken na den koker des Angels gaande, is meede sterker ende wat langer als in de gemeene Byen. Alsoo deese vogtigheid in het Fenynblaasken soo doorlugtig ende aangenaam my toefcheen, soo nam ik de resolutie om het te proeven, dan soo weinig, dat ik oordeelde daar geen kwaat van te sullen ontfangen. In't eerst was het bitteragtig op de tong, daar na wierd het scherpe ende doordringende, verspreidende sig vorder den beelen mond tot de keel toe over, ende bewegende de kwyl uyt syne kwylvaten. Het prikkelde op den tong als Vuurwortels doen, maar op verre na soo sterk niet, ende die beweeging passerde door ende weer door de mond, als een geproefde droppel tien of twaalf van de subtielste overgehaalde Brandewyn. Naderbant stouter geworden synde, soo heb ik ook dat van de andere Byen, als meede van de Wespen geproeft; het welk alles over een komt, dan egter bevind ik het fenyn in de gemeene Byen soo sterk niet, als dat in de Wespen. Wonderlyk is het dan niet, dat dit seer kleene droppelken, tusschen huut en vlees met geweld ingedrongen synde, en aan het bloet gecommuniceert wesende, sulc een pyn, klopping van Slagaders, swelling ende ontsteeking komt te maaken; en dat ook soodanig, dat 'er de koors wel op volgt, ende op die de dood, soo deese steeken vermenigtvuldigt wierden. Want doet een kleen ende subtiel stuksken glas, of een kleene splinter in de vinger sulc een pyn, wat moet dan niet deese scherpe ende doordringende vogtigheid doen, derwelke te gelyk afknaagt, sig tussen de deelen met geweld inset, ende die haar samenhang ontbindt, en eyndelyk sig in de bloetaderen involyende daar meede het gansche lichaam door omloopt: soo dat men voor een gemeene Historie verhaalt, dat ses Horsels een Paard kunnen ombrengen.

De Angel vorder ende alle syne deelen, is al eeven al eens van maaksel, als in de Werkbyen beschreeven, behalven alleen dat hy aanmerkelyker, krommer ende omgebogender is, hoewel seer scherpe, dat mogelyk de reeden is, waarom hy niet en steekt, ofte

tur; quamvis simul sit quam acutissimus. Atque hinc forte est, quod Foemella suo Aculeo non pungat, neque facile pungere valeat: ut inde conficta postmodum sit fabula, qua narrant, Regem Aculeo carere mansuetaque esse indolis. Certe simulat saltem ictum Foemella, siquando irritatur atque laceffitur: quemadmodum ipse experiundo didici. Quisnam autem verus sit veneni hujus usus (si pro certo habeamus, id non solum ideo datum esse Apibus, ut ejus ope sobolem defendant, hancque defendendo suamet vitam amittant); vix video quomodo adinveniri queat: quanquam enim ante sustinuerim, inservire illud posse ad Ceræ confectionem; deltruunt tamen hancce opinionem Vespæ & Crabrones, quibus & Aculeus & venenum præsto sunt, licet Ceram non conficiant. Quin nec Apum Foemella Ceram parat: verum ne sobolem quidem hæc defendit: ut adeo isthic quoque usus in dubium vocari possit. En igitur, mi Lector! Quam sit difficile Naturam in operibus suis investigare, & mecum discere, digitis labella comperere nostramque incertam atque impotentiam caudide fateri.

Prima Observatio in Ape Foemina.

In majorem eorum omnium illustrationem, quæ hæcenus de Aculeo, hujusque veneno, tum & de Ovario dicta sunt, nonnullas hæc interferam Observationes peculiare, quas postmodum in Ape Foemina institui. Quum igitur 16 Junii Alveare aperuissem; plures in eo Reges sive Foemellas, suis etiamnum in cellulis cereis collocatas, atque obtextas, offendi, quæ mox mox erant examinaturæ. Id enim inde mihi quam certissime constabat, quia eas reperiebam cute sua jam exutas, expansisque alis instructas: quin vel in eo quoque erant, ut de cellulis suis prorumperent. In harum prima, quam dissecai, Ovarium mihi occurrit haud penitus distincte conspicuum; ut ideo huic examinando acutum microscopium adhibere fuerim coactus: tum vero vidi, quod Oviductus in eo perquam essent multiplices; ipsa autem Ovula, ob ingentem numerum ac tenuitatem, quasi innumerabilia: ut sane credam decem aut duodecim millia eorum adfuisse. Imo vel omnia isthæc distincte numerare potuissem; si volupe mihi fuisset taediofo prius labore omnes Oviductus a se mutuo separare. Ova ipsa, cum iis collata, quæ in Foemina

pro-

ofte ook niet wel kan steeken, waar uyt dan het fabelken gesprooten is, dat de Koning geen Angel heeft, maar van een sagtmoedigen aart is. Egter soo maakt hy de mynen om te steken, soo wanneer hy getergt en geport wort, gelyk ik ondervonden heb. Wat nu eygentlyk dit fenyn voor nut heeft, (soo men vast stelt, dat het alleen niet en is om haare Jongen te bewaaren, ende die beschermende ook haar leeven te verliezen) dat sou swarelyk mogelyk weesen om uyt te vinden. En hoewel ik hier vooren gemeent hebbe, dat het tot het Wasch maaken sou kunnen dienen, soo wort dat egter om vergestooten door de Wespren ende de Horsels, die Angelen ende fenyn hebben, ende egter geen Wasch en maaken: gelyk ook het Wyfken van de Byen niet doet, maar dat ook haare Jongen niet defendeert; en waar door men ook dat gebruyk sou kunnen in twyfel trekken. Siet dan alhier Leeser, hoe beswaarlyk de Natuur in syne werken na te speuren is, en leert met my de vinger op de mont te leggen, om onse onwetentheid en onmagt te bekennen.

Eerste Observatie in de Vrouwelyke Bye.

Tot meerder verklaring van al het geen tot nog toe van de Angel en syn fenyn gesegt is, als ook van den Eyerstok, soo sal ik alhier eenige particuliere Observatien invoegen, die ik naderhand in het Wyfken der Bye gedaan heb. Wanneer ik dan op den 16 Juny een Bye Korf kwam te openen, soo vond ik daar verscheyde Koningen of Wyfkens in, die nog in haar wasse huyskens saten, en omsponnen waaren: staande op het punt om te swermen. Dat ik seker kon weeten, alsoo ik haar alreede verwelt vond, en haare Vleugelen uytgespreyt, soo dat se ook besig waaren, om uyt haare cellkens te breeken. In de eerste, die ik daar van opende, vond ik den Eyerstok niet ten vollen kennelyk, soo dat ik daar een goet vergrootglas toe moest gebruiken: waar mee ik sag, dat de Eyerleiders daar seer menigvuldig in waaren, en de Eyeren waaren als ontelbaar, van wegens haar seer grootte menigte en kleente: soo dat ik vastelyk vertrouw, dat die wel 10 of 12 duysent in het getal waaren. En ik sou die alle distinct hebben kunnen tellen, indien my die swaare moeyte gelust hadt, om eerstelyk alle de

Ee ee ee 2 Eyer-

prolifera, Ovis quotidie pariendis jam jam occupata, observantur, adhuc erant minutissima: quin Ovulorum illa, quae in extremis Oviductuum Apicibus haerebant, tam mirabiliter parva, & adeo confertim coacervata erant; ut nonnisi optimi & objectorum magnitudinem plurimum augmentis microscopii interventu a me dignosci potuerint. Ovarium quoque communi veluti membrana vestitum heic observavi; quod quidem haud memini haftenus unquam adeo distincte a me visum esse.

Observatio altera in Ape Foemina.

In simili quadam Foemina, eodem partu edita, sed paulum adultiore, quae ex natali suo Alveari, una cum millibus aliquot Apum, jam jam examinaverat, singularique Alveo erat excepta, vidi Ovarium quoque adhuc satis minutum fuisse. Neque Ova etiam multo adparere majora, praeterquam in Ovarii principio: unde firmus tunc conclusi, recens natam hanc fuisse Foemellam, quae hoc in examine de natali suo Alveari provolavit. Plura singularia tum temporis observare mihi non licuit; quamvis plurimas praesto habuerim Foemellas: omnes enim unius alteriusque diei spatio interierunt. Ut ut vero in Spiritum Vini eas conjecerim, quo ab ariditate defenderentur; plurima tamen viscera, maximo meo cum dolore, erant corrupta: quod forsan inde factum est, quia Spiritu Vini rectificato haud usus fueram. Vidi tum venenum in aliquibus in albam coactam fuisse materiem, saporis viriumque fere expertem, quae aëri exposita inter siccandum penitus in auras abibat. In alia quadam venenum conspexi in irregularia granula, alba, separatim atque condensatum fuisse. Quin distinctissime etiam cernere tum dabatur, totum ductum veneniferum, qui cum postica parte Vesicae veneniferae conjungitur, venenumque fecernit, coagulatis undequaque obsesum esse particulis pinguedineis, quae penicillo inde facile poterant abstergeri.

Observatio tertia in Ape Foemina.

In alia Foemella, quam eodem illo tempore diffecabam, observavi, quod altera extremitatum ductus veneniferi in duas praeterea appendices caecas, breves tamen, subdivisa fuerit.

Eierleiders van malkanderen te separeeren. De Eyeren zelfs die waren na proportie van die men in een vrugtbaar Wyfken siet, en die dagelyks baare Eyeren uytset, nog seer kleen. En die ik in de uysterste extremiteyten van de Eyerleiders sag leggen, die waaren soo admirabel kleen, en digt op een geplaatst, dat se niet als met een seer fraay vergrootglas, en dat heel veel vergroot, waaren te kennen. Ik sag ook dat de Eyerstok, als van een gemeen vlies bekleet wiert, dat my niet heugt tot nog toe soo distinct gesien te hebben.

Tweede Observatie in de Vrouwe-lyke Bye.

In een diergelyk Wyfken van deselve dragt, maar die wat ouder was, en die alreede met eenige duysenden Byen, uyt de moeder Korf was geswermt, en in een eygen of particuliere Korf geschept, daar in sag ik, dat de Eyerstok ook nog redelyk kleen was; en de Eyeren die vertoonden haar niet veel grooter, als maar in haar begintfel te syn. Dat my voor vast deed oordeelen, dat dit een nieuw geboore Vrouw was, die in deese swerm was uyt de moeder Korf gevloogen. Meerder byzonderheeden kon ik op deese tyt niet observeeren, niet tegenstaande dat ik overvloet van Wyfkens hadt; want alsoo my die alle in een dag oft twee afsturven, en dat ik se in Brandewyn kwam te werpen, om se voor het opdroogen te conserveeren, soo waaren egter de meeste ingewanden, tot myn groot leetweesen bedurven geworden: dat mogelyk geschiet was, om dat ik geen overgehaalde Brandewyn by de hant hadt. Ik sag ook, dat het fenyn in sommige in een witte substantie ge-coaguleert was, dat weynig smaak ende kragt hadt, en in de lugt geleyt synde heel weg droogde. In een ander bevond ik, dat het fenyn in irreguliere witte greynkens was gesepareert geworden. Men sag ook heel distinct op deese tyt, dat de gansche fenynleider, die agter met het Fenynblaasken geconjungeert word, en alwaar het fenyn in gesecerneert wort, ronsom met ge-coaguleerde vet deekens beset was, die sig met een penseel daar van lieten afwassen.

Derde Observatie in de Vrouwe-lyke Bye.

In een andere, die ik op deese selfde tyt opende, daar bevond ik, dat een van de extremiteyten der fenynleiders, nog in twee blinde, maar korte ahangfels ondergedeelt was. En als ik de langte van

rit. Cum vero Ductum veneni, qua is a Sacculo venenifero ad usque primam sui divisionem extendebatur, metirer, longitudinem ejus quartae pollicis Hollandici parti aequalem esse deprehendi: alter autem deinde hujusce Ductus jam divisi ramus sesquipollicem propemodum longus erat; alter duos fere pollices. Observari interim isthaec non possunt, nisi quis prius omnes horumce Ductuum curvaturas, & serpentinus flexus, quam cautissime a reliquis visceribus separaverit. Quanquam autem haec Apis itidem in Spiritu Vini jacuerat; omnes tamen dictae partes in ea satis distincte conspicuae, fortesque erant.

Quarta Observatio in Ape Foemina prolifica.

In Ape vera prolifica, quae 24 Julii examinaverat, pluraque jam exposuerat Ovula, cum decem vel undecim post diebus eam disseccarem, vidi Ovarii principium plurimis instructum Ovis perfectis: at quae in appendicibus Oviductuum etiamnum haerebant Ovula, nec ea erant magnitudine nec perfectione, qua gaudere observantur in Oviductibus Apum prolificarum, Majo mense, utpote quo tempore pariendis Ovis quam occupatissimae sunt, dissectarum; neque etiam ea adeo erant perfecta, ac Ova Foemellarum, mensibus autumnalibus inspectarum: prout in Observatione quinta innotescet. Hoc igitur indicio iterum sciebam, quod recens nata fuerit, nec senex, quae haec examinaverat, Foemella. Utrum vero recens natae semper sint, quae examinant, id haftenus certo adseverare non ausim. Non solum autem illa Ovula, quae in inferiore principii Oviductuum parte dabantur, sed etiam quae paullo altiore loco sita erant, perfectam magnitudinem jam obtinuerant. Ovarium hocce pariter infinito quasi Ovulorum numero pollebat; ut vel in quatuordecim duntaxat particulis, quae de Oviductuum appendicibus fractae erant, ultra centum & quatuor supra septuaginta Ovula numeraverim. Unde iudicatu haud difficile est, quam stupendus sit Ovulorum numerus, quae unica saltem Foemella in se continet. Atqui omnino postulabat necessitas ejusmodi constructionem; ut unica ex Foemella totus Apum exercitus provenire posset: quemadmodum revera fieri in confesso est. Nec tantum tria, quatuor, aut quinque millia Apum talis complectitur exercitus, sed aliquando fere millia undeviginti: ut alibi adno-

van den fenynleider, die van het Fenynblaasken, tot het begin van de eerste verdeeling gong, kwam te meeten, soo bevond ik die het vierendeel van een Hollantsche duym lang te syn. Synde woorts de eene afleider die gesubdivideert was, by de anderhalf duym lang, en de ander by de twee duymen. Maar dat kan men niet eer ondervinden, voor dat men alle baare ombuysingen ende slangwyse drayingen, heel voorzigtig van de andere ingewanden, heeft gesepareert. Hoewel deese Bye, meede in Brandewyn geleegen had, soo waaren alle deese deelen, heel kennelyk en stark.

Vierde Observatie in de Vruchtbaare Vrouwelyke Bye.

In een regt vruchtbaare Bye, die den 24 Julii geswermt had, en al verseheyde Eyeren geset; daar in sag ik, naa dat ik haar tien a elf dagen, daar naa kwam te openen, dat 'er seer vele voltooide Eyeren, in het begin des Eierstoks waren, maar die nog in de aanhangsels van de Eierleiders laagen, die hadden die groote nog ook die volkomentheid niet, die men in de Eierleiders der vruchtbaare Bye siet, wanneer als men deselve in de maant van Mey opent: op welken tyt, sy het alderoverloedigst haare Eyeren setten. En van gelyken soo hadden sy die volkomentheid niet, die men in de Eyeren siet, als men de Wyfken in de berfstmaanden opent, als in de vyfde Observatie blyken sal. Soo dat my dit ook voor een ander bewys diende, dat het een nieuw geboren Wyfken was, en niet het oude, dat alhier geswermt hadt: maar of dit altyt geschiet, dat kan ik tot nog toe niet vast verseecken. Niet alleen hadden die Eyeren, dewelke beneden in het begin der Eierleiders lagen, haare volkomen grootte, maar ook die, dewelke daar nog wat hoger in laagen. Deese Eierstok was van gelyken, met een onnoemelyk getal Eyeren voorsien, soo dat ik alleen in veertien deelkens van afgebrooke aanhangsels van de Eierleiders, over de hondert en vierenseventig Eyeren telden. Waar uyt men ligt kan oordeelen, wat een seer groot getal Eyeren, dat een eenig Wyfken by haar heeft. Het geen ook nootsakelyk was, indien het gansche beir der Beyen, uyt een eenig Wyfken sou voortkomen; gelyk dat in der waarheid ook soo geschiet. En dat niet alleen tot een getal van drie vier en vyf duysent, maar tot by de negentien duysenden, als op een ander plaats aangetekent is. Ik sag hier ook distinct, dat alle de Eierleiders, aan weersyden van den Eierstok, in vyf hoofst verdeelingen kwamen te eyndigen,

tatum est. Vidi heic etiam distincte, omnes Oviductus ab utroque latere Ovarii in quinque coire ramos principes, quibuscum reliqui Oviductus sese uniebant, & per quos sua quilibet Ova in binos ductus communes transvehebant.

Quidquid impenderim operae, haud tamen potui Ovarii Vulvae exitum prorsus distincte detegere; tum quia ruri eram, nec omnia mea instrumenta ad manus habebam; tum quoniam Vulvam haud volebam e corporis posterioribus exprimere, metuens quippe, ne partes nonnullas laederem, quas semel adhuc examinare necessum mihi videbatur. Distinctissime interim conspexi, quod ductus Ovarum excretorius s, qua ultimo corporis annulo appropinquat, in globulum veluti musculosum sese dilatat; deinde vero iterum angustior redditus, denuo postmodum magis membranaceus atque amplior evadat. Uterius tamen deinceps prosequi eundem haud potui; quandoquidem Bursam veneni, quae ibi loci una cum singularibus quibusdam Musculis, ad partes Aculei pertinentibus, sita est, illibatam conservare constitueram. At in alia quadam Foemella videbar mihi videre, quod Vulvae exitus, Ape in ventrem pronâ, subter Aculeum, in ultimo Abdominis annulo hiet, & quod quam difficillimum sit hocce in ostium penetrare; nisi, quo tempore Apis Ova parit, istae partes expandantur & erigantur. Podicem quoque manifestissime vidi, & quidem suo exitu supra duo Aculei ornamenta patentem: erat is revera & super Aculeo & super modo memoratis binis particulis collocatus. Porro detexi, Intestinum rectum quadam adhuc ibi loci Cloaca gaudere, quae flavis atque rubentibus excrementis scatebat: ipsum vero Intestinum ibidem eum in modum erat fabricatum, uti in Tab. XVIII. fig. 1. lit. l exhibetur.

Praeterea observavi, quod duae illae appendices obtusae, quae ornatus loco datae sunt Aculeo oo, revera productiones sint illarum Cartilagineum, quas in Tab. XVIII. fig. 11. sub lit. ll &c. mm depictas dedi. Verus autem usus harumce appendicum mihi videbatur in eo consistere, ut Api inserviant ad praetentandum objecta, anne mollia sint; ne videlicet Apis adversus duriora aliquando corpora conatu irrito suum evibret Aculeum atque oblidat. Quin animadverti etiam harumce particularum alterum latus cartilagineo tegmine obductum, tenuibusque pilis obsitum fuisse.

Quan-

waar meede, alle de andere Eierleiders vereenigt wierden, ende haare Eyeren daar door afschooten, in de twee gemeene afleiders.

Wat moeyte dat ik aanwende, soo kon ik egter den uytgang van de Eyerstok, of die der Schamelheid niet t' eenemaal distinct ontdekken: eens deels om dat ik buyten op het lant synde, alle myne instrumenten niet by de hant badt, als ook, om dat ik de Schamelheid niet wilde agter uyt drukken, om geen deelen te kwetsen, die ik nodig oordeelde, nog eens te moeten naa sien. Ik sag egter beel distinct, dat de uitbrengende afleider der Eyeren s, daar die de laatste ring des lichaams nadert, sig als in een musculouse globositeit kwam uyt te setten, dewelke haar daar naa in naauwer engte, weer toefloot; en daar op wiert by vliefiger ende ruymmer, sonder dat ik hem verder kon vervolgen, om dat ik de Venynbeurs, die aldaar met nog eenige particuliere Musculen leggen, die tot de deelen des Angels behooren, wilde conserveeren. Maar in een ander Wyfken, daar schein bet my, dat de uytgang der Schamelheid, wanneer de Bye op haar buyk leyt, onder den Angel, in de laatste Ring des Onderbuys uyt kwam, en dat bet ook seer moeyelyk was, om in die opening te komen, ten sy dat deese deelen, haar op de tyt van het setten der Eyeren, komen uyt te spannen en op te regten. Den aars sag ik ook heel klaar, die boven de twee cieraen van den Angel syn uytgang had: en dat deselve eygentlyk, soo boven den Angel, als boven de twee genoemde deelen geplaatst was. Ik ontdekte vorder, dat den Regte Darm, aldaar nog een versamelplaats van vuiligheid badt, die met geele en rootagtige excrementen vervult was: en den Darm, die was aldaar ter plaatze van maaksel, als op de agtiende Tafel, in de eerste figuur, by de letter l is aangeweesen.

Nog ondervond ik, dat die twee stompe ahangfels, die den Angel tot cieraat dienen oo, eigentlyk een productie waaren van de Kraakbeenen, in de tweede figuur van de agtiende Tafel, by de letters ll &c. mm aangeweesen. En haar waargebruyk schein my te syn, om de Bye te dienen, op dat hy daar door eerstelyk de voorwerpen sou beproeven, om te weeten, of sy week waaren, op dat hy syn Angel niet te vergeefs, op eenige harde deelen, sou uytstooten ende kwetsen. Ik sag ook dat deese deelkens aan haar eene syde, met een dun hoornbeening bekleetsel overtrokken waaren, en met syne haayrkens beset.

En

Tab:
XIX.
Fig. III. s.

Tab.
XVIII.
Fig. 1. l.

Fig. 11.
ll &c. mm.

Quandoquidem vero Aculeus, una cum omnibus suis partibus, heic in Foemella notabiliter major erat, quam in Ape vulgari; hinc nonnulla infuper singularia, quae ante nunquam observaveram, circa eum detegere mihi licuit. Primo nimirum vidi, Vaginam Aculei ipsam duobus quoque Cruribus pollere, quibus Aculei Crura presse adplicata erant; ut ideo hæc, illorum ope, tanto magis regulariter sursum deorsumque moveri potuerint. Vaginae autem isthaec Crura simili etiam modo, ac Crura Aculei, quam elegantissime ibi incurvabantur. Quin vix credibile est, quam concinna eorum sit fabrica proxime Vaginam: binae enim praeterea ibi loci conspiciebantur particulae, quae in principio, ovatae in formam flexae, margine gaudebant ex fusco saturate rubro; deinceps vero, paulatim pallidiorem acquirentes colorem, atque in acumen coeuntes, a latere articulabantur cum ante exhibitis Cartilaginibus *nn*, quibuscum extrema Crurum Aculei superne quoque articulata erant. Officulum pariter, quod veluti officulo Avium, Specillo dicto, simile ante descripsi, a postica parte cum ipsa Vagina articulatum cernebatur: verum veneni Ductus ibi solummodo superne transibat, statimque terminabatur, cum tantisper intra Vaginam progressus erat. An autem omnia isthaec in Ape vulgari simili modo comparata sint, hactenus nondum examinavi.

Ulterius hac sectione didici, quod binae particulae *rrr*, quas ante in Ape vulgari, ab externo Crurum Aculei latere, quod uncis recurvis horret, fitas exhibui, heic revera a latere illorum interno, quod uncis destitutum est, collocatae fuerint. Vidi etiam distinctissime, Musculos Crura isthaec sursum extra Vaginam moventes, rursusque deorsum intra Vaginam reducentes, hac in Foemella revera inter Vaginae margines in cavo hujus posteriore delitescere, ibique binis mox memoratis particulis inferi. Ita vero tandem animadverti, quod binae hae particulae praepremis & maxime faciant ad Crura Aculei, quorum simul partem quandam constituunt, in loco suo detinendum atque impediendum, quo minus extra Vaginam elabantur: idque vel tanto facilius efficere possunt, quandoquidem ipsae quoque intra cavitatem Vaginae reconditae sunt; utpote ex qua illas, microscopio armatus, extraxi, iterumque in eam immisi, absque ulla partis cujuspiam laesione.

Tan-

En alsoo de Angel en alle syne deelen, hier in het Wyfken merkelyk grooter waaren, als in de gemeene Bye, soo ondeckte ik daar nog eenige particuliere saaken in, die ik voor deesen aldaar niet geobserveert had. Als eerstelyk, dat de Koker selfs twee Beenen had, waar tegens de beenen des Angels dicht kwamen aan te sluyten, soo dat deselve daar door te regularder kwamen op en neer geschoven te worden. Deese Beenen des Kokers wierden aldaar, op de manier van de Beenen des Angels, seer cierelyk geboogen. En haar structuur heel dicht by de Koker, was soo cierelyk, dat het ongelofelyk is: want daar ter plaatze waaren nog twee deelkens te sien, die ovaal in haar begin geboogen waaren, en een hoog bruyn rode couleur aan de rand hadden, en dan allengskens bleeker van couleur wordende, soo liepen sy spits toe, en sy wierden op sy gearticuleert, met de aangeweese Kraakbeenen *nn*, waar mee dat ook de eynden van de Beenen des Angels van boven gearticuleert wierden. Men sag ook, dat het Beenken, 't geen ik, als de Bril in de Vogelen beschreeven heb, agter aan met de Koker selfs gearticuleert was. Maar de Venynleider passeerde daar alleen over, en deese Afleider eyndigde terstont, naa dat hy een weinig in de Koker was geavanceert. Of nu dit alles in de gemeene Bye mede soo toegaat, dat heb ik nog niet naagesien.

Voorts soo leerde my deese sectie, dat de twee deelkens *rrr*, die ik in de Beenen des Angels van de gemeene Bye, aan de buytenste syde, daar de weerbaaken van den Angel staan, vertoont heb; dat deselve eygentlyk, aan de binnenste syde, daar het Been des Angels geen weerbaaken heeft, geplaatst waaren. En dan sag ik ook heel distinct, dat de Spieren, die deese Beenen opwaarts, en buyten uyt de koker beweegden, en dan weer deselve om laag, binnen in de Koker beweegden, aldaar eygentlyk geplaatst waaren, tussen de randen des Kokers, in syn agterste holte, alwaar dese spieren, de geseyde twee deelkens geinsereert wierden. Waar door ik bemerkte, dat deese twee deelkens wel het allermeeste toebagten, om de Beenen des Angels, daar ze een gedeelte van maken, in haar plaats te houden, op dat se buyten de koker niet en soudens uyt schieten. En dat te meer, alsoo sy selfs binnen in de holte van de koker opgesloten worden: alwaar ik haar onder een vergrootglas uytgetrokken, en weer ingestoken heb, sonder iets te kwetsen.

F f f f f 2

Eyn-

Tandem etiam veram detexi rationem, ob quam modo dicta olim in Ape vulgari haud observaveram: in eo videlicet haec sita erat, quod Crura Aculei, cum e Vagina fuere protrahata, jugiter sese nonnihil recurvent; unde tum fit, ut binae illae particulae semper a latere opposito compareant.

Observatio Quinta in Ape vera prolifica.

In Foemina, circa illud autumnus tempus mihi data, quo Mella Apibus subducuntur, & Cera praeciditur, proptereaue nonnunquam duo Alvearia in unum coguntur, Ovarium totum innumeris etiamnum Ovis perfectis plenum deprehendi: ut hinc didicerim, quod Apes nunquam omnia penitus Ova sua ponant: quemadmodum quidem Gallinis proprium est, quae plerumque, relictis saltem exiguis quibusdam feminibus, Ovarium suum plane emungunt. Existimo igitur, quandoquidem Ovula in apibus Oviductuum Apis innumera & nitido ordine digesta haerent, quod haec continuo inde tantum devolvantur, atque in locum illorum Ovorum, quae jam exposita sunt, succedant. In eadem hac Foemina, tantum non integri anni spatio a me in Spiritu Vini adservata, venenum quoque coagulatum erat, & tanquam ovata Ceræ particula in suo sacculo haerebat; ita tamen, ut sacculi interna facies a veneni contenti superficie in ambitu distaret.

Quum eo tempore, quo omnes hae Apum Foeminae mihi tradebantur, plurimas possiderem Apes; experiri etiam volui, quidnam futurum esset, si venenum cum pane Apum dicto commisceretur: is autem erat experimenti eventus. Friabilis Apum panis, quam facillime alias in aqua solubilis, nec ex sese subactui aptus, nec & aliquo modo glutinosus, ab admixto veneno paulatim reddebatur tenax & sequax, omnique abolitâ friabilitate, aliquatenus ad ignem liquefcere incipiebat; attamen ultimo demum denigrabatur, pristinam monstrans panis Apum indolem, qui nunquam flammam concipit, sed tantum igne nigrescit. Porro eadem illa massa, in aquam coniecta, haud dissolvebatur; sed intra aquam agitata quodammodo pristinum suum ad ingenium redibat, tandemque liquefcerebat. Quaedam panis Apum particulae, cum veneno subactae, 14 dierum spatium

Eyndelyk soo ontdekte ik de waare reeden, waar om ik dit voor deesen in de gemeene Byen niet geobserveert had. En ik bevond die te bestaan, in dat deese Beenen des Angels, wanneer sy uyt de Koker getrokken syn geworden, haar als dan, altyt wat komen om te buygen, waar door dan die twee deelkens, haar geduurig als aan de verkeerde syde vertoonen.

Vyfde Observatie in een waarlyk vrugtbaare Bye.

In een Wyfken, dat my gegeven wiert, op die tyt, als men in de Herfstmaanden de Byen haar Honing ontnemt, en haar Wasch afkort, soodan men dan van twee korven wel een maakt, daar vond ik den ganschén Eierstok, nog vol van een onnoemelyk getal volkome Eyeren. Dat my leerde, dat deese Dierkens nooit haare Eyeren volkomen uytsetten, gelyk de Hoenderen doen, die ordinaris wel heel uytleggen, op eenige kleene Zaadjes na. Waarom ik oordeel, alsoo de Eyeren regulier en in een ontelbaar getal, in de toppen van de Eyerleiders leggen, dat se maar alleen continueel afschieten, om soo de plaats te vervullen van die Eyeren, die alreede uytgeset syn. In het selve Wyfken, dat ik haast een rout jaar in Brandewyn bewaart hadt, daar was het fenyn meede gestremt, en het lag als een wit ovaal stuksken Wasch in syn Beursken, het geen in syn omtrek daar van afgewecken was.

Alsoo ik op deese tyt, wanneer ik alle deese Wyfkens der Byen bekwaam, seer veele Byen had, soo nam ik de proef, van het fenyn met het Byenbroot te vermengen, waar van dit de uytkomst was. Dat het brokkelige Byenbroot, 't geen seer ligt in het water smelt, en sig niet kneeden laat, nog ook eenigfins kleverig is, allengskens tay ende kleverig wiert; het verloor ook alle syne brokkeligheid, en op het vuur begon het ook eenigfins te smelten, maar eyndelyk wiert het swartagtig, gelyk het Byenbroot altyt gebeurt, dat niet en vlamt, maar swart wort. Als ik het in het water wierp, soo smolt het niet, maar daar in geroert synde, soo keerde het eenigfins tot syn voorige aart, en eyndelyk smolt het. Eenige deelkens, die ik met fenyn gekneet synde 14 dagen bewaarden, die be-
hielers

tio adseruatae, sequacitatem acquisitam retinebant, nec denuo friabiles reddebantur. An vero ex hoc experimento inferre quidpiam liceat, nec ne, ego haecenus vix ausim pronuciare. Videtur saltem aliqua ex parte inde sequi, quod nihil adeo inueniatur repugnare, quo minus Apum Panis, aut saltem illa materies, quam Apes cruribus suis adfixam ferunt, & quae simili gaudet, ac Apum Panis, naturâ, conficiendae Cerae inservire possit. At cum hocce experimentum instituebam, haud praesto mihi erat modo dicta materies: neque enim potiri illâ poteram; quum in agros Fagopyro florentes translata essent Alvearia.

Frequenter admodum Apum Cultoribus haud mediocre obtuli praemium, si veram mihi Ceram cruribus Apum etiamnum adhaerescens monstrare vellent: at, quamvis alacres semper rem receperint, nunquam tamen efficere potuerunt. Unde modus, quo Cera conficitur, inter ea, quae, haecenus nobis incognita, adhuc investigari debent, referendus esse mihi videtur. Quin eadem quoque dubia circa veri Mellis confecturam moveri possunt: quanquam facilius tamen tolli queat isthaec difficultas. Haud licuit mihi hucusque omnia illa, quae quidem designaveram, hac super re experimenta instituire. Finio igitur haec meas de Foemella Observationes, postquam prius exhibuero modum distincte conspiciendi, quoniam pacto Apes Ceram conficiant. Hoc observandi gratia coagmentum ligneum, tribus quatuorve pedibus innixum, curârem construi, idque intra stramineum Alveare ea ratione adaptari, ut Alveare desuperne commode auferri iterumque super imponi posset. Coagmentum hocce deinde charta in ambitu adglutinata obducerem, tumque, examinandi tempore, novum examen Apum in id collocarem. Ubi autem deinde viderem, Apes jam intus Ceram fabrefecisse, Progeniemque generasse; quod spatium decem duodecimve dierum fit; mox tunc Alveare extimum de illo coagmento amoverem, chartamque statim etiam avellem: ita Apes in aprico operantes quam distinctissime videre liceret. Quamvis autem hocce experimentum nunquam tentaverim; ejus tamen hunc fore eventum certus scio: multoties enim vidi, habitaculum Apum, quae in sublapsarum aedium cavernis nidificaverant, foramine integrum pedem quadratum amplo patuisse, per quod ipsarum Cera & opus commode spectari poterat. Unde nequa-

bielen haare klevrigheid sonder te brokkelen. Of nu wyt dit experiment iets kan beslooten worden, of niet, daar van kan ik als nog niet veel seggen. Alleen dunkt my, dat het voor een gedeelte bewyft, dat het wel mogelyk sou kunnen syn, dat het Byenbroot de stoffe tot het Wasch sou kunnen weesen, of ten minsten die substantie, dewelke sy aan haar Beenen dragen, dewelke van een natuur met het Byenbroot is. Maar wanneer ik dit experiment deed, soo had ik dat niet by der hand, alsoo daar omtrent geen Korven meer waaren, synde de Byen op de Boekwyt vervoert.

Dikmaals heb ik de Byenhouders een goet stuk gèlts beloofst, dat se my het waare Wasch op de voeten der Byen souden toonen, dat se ook met blytschap aannaamen: maar nimmermeer hebben kunnen doen. Soo dat die saak, om te weten, hoe het Wasch gemaakt wort, by mynog te ondersoeken staat. En deese swarigheden kan men ook omtrent den waaren Hooning moveeren: hoewel dat van soo grooten difficulteyt niet en is. En waar omtrent ik alle de experimenten tot nog toe niet heb kunnen neemen, die ik my wel voorgestelt heb. Waar meede ik dan deese observatien van het Wyfken sal eyndigen, met de manier voor te stellen, hoe men het Wasch der Byen distinct sou kunnen sien. Om dit te observeeren, soo sou ik een bintsel van hout, op drie a vier voeten, binnen in een Korf van strooy laten maaken, en die sodanig daar in passen, dat men de Korf daar bekwaam kon afneemen, en weer opsetten. Dit bintsel sou ik voorts in syn omtrek met papier beplakken, en dan in de swermtyt daar een jonge Swerm met Byen in plaatsen. Dewelke als ik sag, dat daar Wasch in gemaakt hadden, en jong Broet in aangeteelt, dat binnen 10 of 12 dagen geschiet: soo sou ik de buytenste Korf van dit bintsel afneemen, en voorts ook het papier daar afscheuren. Op welken tyt men heel distinct de Byen in de ope lucht sou kunnen sien werken. En hoewel ik dit nooit besogt heb, soo ben ik egter versekert, dat dit gewis soo geschieden sou. Want ik heb verscheyde maal gesien, dat de Byen, die in de holen der vervalle huysen nestelden, een opening van een gansche voet in het vierkant hadden, daar men haar Wasch en werk bekwaam door sien kon. Soo dat se geen-

quaquam metuendum est, ne Apes aëri aperto expositae avolent: quae quidem sola est difficultas, quam quis contra modo descriptum experimentum movere possit. Quin tanto sane minor heic foret metus, ne avolent; quum suam ibi Sobolem tum temporis jam constituisent, quam nunquam derelinquunt. Quodsi vero quis pertimesceret, ne forte a frigore nocturno Apibus noxa inferatur; is Alveari primo, aliove quodam operimento capaciore, eas de nocte obtegere possit. Interdiu autem tali quoque loco reponendae essent, quo nec aestûs nimii nec pluviarum injuriis paterent.

Antequam nunc ad Apis Maris historiam progrediar; breviter prius de Bombyliis horumque Ovulis nonnulla commemorabo. Bombylii, quantum animadverto, haud aedificant domunculas, neque una habitant; hyeme autem, mœre plurium aliorum Insectorum, cibo motuque sese abstinere: ut hinc verae sint Apes solitariae. Interim observavi tamen, quod sub finem Maji mensis, aut & maturius, in pascuis atque farrariis agris, circa Amstelædamum, pauci quidam Bombylii Mares, & una Foemina, quae corpore est grandiore, sese congregent. Locum, quo inter frumenti calamos aut gramina confident, haud valde profundum sub solo, sed foveolam tantum, proxime sub graminibus sitam, deligunt, in qua vel naturaliter, vel ab ipsismet eo congesta, mollis quaedam lanugo reperitur. In hac Foemella sua reponit Ovula super parva quadam particula, quae de Cera fusca, aut de flexili aliqua materie Cerae simillimâ, est conflata. Hacce vero eadem materie Ovula quoque ipsa inferne & a lateribus penitus obsignantur. Quanam autem ratione Ovula haec ibi excubentur, & quonam pacto tenelli inde Vermiculi prorepant, atque utrum hi materiem dictam abedant, hæcenus per experimenta nondum didici. Solummodo haud ita pridem, nempe 22 Junii, perfectum Nidum inveni, in cujus altero *a* latere 18 erant domunculae, in altero autem *b* tantum octo. Cernebatur inter has domuncula quaedam penitus vacua *c*: passim vero irregulares nonnullae particulae de ante dicta Cera occurrebant *d e f*, in quibus Ovula undequaque obsigillata erant. Distincte ideo nunc describam ea, quae hac occasione conspicere mihi licuit. Prius tamen notari velim, quod in hoc nido unam repererim Foemellam pluresque Masculos; qui quidem omnes tam bombo, quam anxia sua discursatione, fatis indicabant, meam sibi scruta-

Tab.
XXVI.
Fig. I.

a.

b.

c.

d e f.

sins op die tyt soude wegvliegen, dat de eenige swarigheid is, die men tegens dit experiment kan inbrengen. En nog minder souden sy vervliegen, om dat se baare Jongen daar als dan souden hebben, diese nooit verlaaten. En of men mogt vreesen, dat het haar in de nacht te kout sou syn, soo kon men se of met de eerste Korf, of met iets anders dat ruymmer was, overstolpen. En des daags op soo een plaats setten, daar haar de hette nog regen niet deeren kon.

Eer ik nu tot de verhandeling van het Manneken overgaa, soo sal ik kortelyk nog iets van de Hoorntorens en haare Eyeren seggen. De Hoorntorens, naa ik ondervinde, die bouwen geen huyskens, nog leven ook niet te samen, en in de winter soo vasten sy, sonder haar te roeren, gelyk veele Insecten doen, waarom het regte eenzame Byen syn. Evenwel bevinde ik, dat se in de lage wey en koren lunden, omtrent Amsterdam, in 't laaft van Mey, of wel eer haar versamelen, als sommige weynige Mannekens en een Wyfken, dat het grootste van lichaam is. De plaats daar sy haar tusschen de koornhalmen of in 't gras neer setten, die verkiesen sy niet heel diep in de gront, maar effen onder de graskens in een kuylken, alwaar of van natuuren eenig saft dons is, of dat sy daar selfs in versamelen. Hier set het Wyfken haare Eyeren, op een kleen deelken vergadert bruyn Wasch, of eenige buygsame materie daar seer naa gelykende. En met die selve stoffe worden haare Eyeren, van onderen en van ter zyden, heel toe gesegelt. Maar hoe nu deese Eyeren daar in uytgebroeyt worden, en op wat manier de teere Wurmken daar uyt voortkruypen, en dan ook of sy het opeeten, daar heb ik tot nog toe geen ondervinding van. Alleen heb ik onlangs op den 22. Juny, een volkomen nest gevonden, waar in 18 huyskens waaren aan de eene syde *a*, en aan de andere syde *b* waaren 8 huyskens. Voorts was daar een huysken dat heel leedig was *c*. En hier en daar sag men eenige ongereguleerde deelkens van het genoemde Wasch *d e f*, waar in de Eyeren geheel versigelt waaren. Waar van ik nu distinct, wat ik daar omtrent gesien heb; sal gaan beschryven. Alleen moet men nog weeten, dat ik in dit nest een Wyfken en verscheyde Mannekens bevondt, die alle met haar geluyt en angstig loopen te kernen gaaven, dat haar myn besoek niet aangenaam was. Wan-

neer

Tab. XXVI.
Fig. 1. g. tationem minime acceptam esse. Cum deinde 18 domunculas probe perveffigarem, & parte quadam inde absciffa g, aperirem; omnes Vermiculis repletas inveni, qui jam in eo erant, ut in Nympham transmutarentur b. Structuram vero atque materiem harumce domuncularum examinans observavi, e filis omnes contextas esse, ovata figura & colore nonnihil ad flavum vergente praeditas: quod equidem firmo mihi erat argumento, cellulas istas nequaquam a Bombyliis, verum ab ipsis Vermiculis fuisse textas. Quin ordo quidam, licet parum exactus, in mutua earum compositione animadvertatur; quandoquidem una cellula in medio erat sita, quam quinque aliae in ambitu circumstabant. Caeterum omnes inter se tali modo erant conglutinatae, ac Bombyx sese, interventu ductorum staminum, chartae aut vitro solet adfigere. Altera etiam magis elevata erat, altera depressior. Inferne, quae dictae lanugini innitebantur, ob folii humiditatem situm contraxerant. Nonnullos intus haerentium Vermiculorum inde protraxi: alios autem reliqui. Sic vidi eos, quos in cellulis suis reliqueram, aliquot post diebus in Nymphas, hasque spatio duarum triumve deinceps septimanarum in totidem abivisse Bombylios; qui tamen minime suis e textis prorumpabant, sed in his, aequae ac Vermiculi, quos inde protraxeram, moriebantur. Octo alterius lateris domunculae haud e filis contextae, sed veluti fusca de Cera fabrefactae adparebant: earum quoque figura multo minus regularis & ordinata erat: ut ideo ab ipsis has Bombyliis confectas fuisse viderim. Quam vero Mel aut Apum Panem in iis repertum iri crederem; maximore profecto mirabar, quando nonnisi Vermes, variae magnitudinis, omnesque obfigillatos, ibi inveniebam. In binis harumce cellularum duos in qualibet Vermes magnos i, in alia vero Vermem quidem unicum k, sed adhuc majorem offendi. Vermes hi, inde exempti, atque cucullo chartaceo immiffi, ovatae figurae texto semet obtegebant, multaue interim ejiciebant excrementa regularia, in particulas aequales distincta, fusca, fatis similia illi materiei, intra quam residebant. In alia quadam domuncula dissepimentum inveni ce-
reum l, atque in altero hujus loculo duos Vermes minores, in altero duos nonnihil majores. Similiter deinde in alia cellula tres reperi Vermes m, in alia vero quatuor n. Ex haftenus dictis ergo fatis innotescit, quantopere isthaec Bom-

neer ik de 18 buyskens wel ondersogt, en die open-
de door een stuksken daar van af te snyden g, soo
bevondt ik, dat sy alle met Wurmen vervult wa-
ren, die overeynd, en op het punt van baar veran-
dering stonden h, om in een Pop te vergroeyen.
En als ik de structuur en substantie van deese
buyskens ondersogt, soo bevond ik, dat sy alle uyt
draaden gesponnen waaren, van figuur ovaalag-
tig, en van couleur een weynig naa het geel trek-
kende: dat my een vast bewys was, dat deese eelle-
kens niet door de Hoorntorens, maar door deese Wur-
men selfs gesponnen waaren. Sy stonden eenig-
sins regulier aan malkanderen, een buysken in 't
midden, en vyf rontsom het selve, maar als ge-
seyt met geen groote order. Voorts waaren sy
alle vast aan een gekleeft, op de wys als een Sy-
wurm sig vast tegens een papier of glas spint:
staande ook het eene hooger, en het andere lager.
Van onderen daar sy op het verbaalde dons stonden,
daar waaren sy van wegens de vogtigheid der
aarde beschimmelt. Eenige deeser Wurmen trok
ik daar uyt, maar andere liet ik daar in sitten.
En ik sag, dat die ik daar in gelaaten hadt, ee-
nige daagen daar naa in Poppen vergroeyden, en
binnen twee en drie weeken daar aan volgende in
soo veele Hoorntorens, die egter niet uyt haar spint-
sel braaken, maar daar in sturven, gelyk ook de
Wurmen deeden, die ik daar uyt getrokken had.
De 8. buyskens aan de andere syde, die waaren
uyt geen spintsel, maar als uyt bruyn Wasch ge-
maakt, haer figuur was ook veel irregulierder en
onordentelyker, soo dat ik sag, dat dit het werk
der Hoorntorens selfs was. Maar als ik nu Ho-
ning, of Byenbroot, daar in meende te vinden,
soo stont ik seer verwondert, dat ik daar niet als
Wurmen in vont, van verscheyde grootte, die al-
le toegesegelt waaren. In twee van deese buys-
kens vond ik in ieder twee groote Wurmen i, en
in een ander een nog grooter k, Die als ik daar
uytgenomen hadt, en in een papiere peperhuysken
geset, een ovaal spintsel over haer heen spon-
nen, lossende ook veele reguliere en evengedeelde
vuiligheden, bruyn van couleur, en weynig ver-
schelende van de materie, daar sy in saten. In een
ander buysken, daar vond ik een afdeeling van Wasch
in l, en in de eene verdeeling twee kleene Wurmen, en
in de ander twee wat grooter. En soo vervolgens,
vond ik in een ander drie Wurmen m, en in nog een
vier n. Waar uyt men dan ligtelyk fiet de groote
verschillenheid, tusschen deese by een wooning, en
die

Bombyliorum cōhabitatio distet non solum ab illâ Apum vulgarium, sed etiam a domunculis Crabronum & Vesparum; utpote quae omnes ab ipsismet his Animalculis fabrefiunt, mireque artificiosa constructione gaudent. Verum id prae aliis maxime mirabile mihi videtur, quod Bombyliorum illi Vermes, qui etiamnum nutrirī debebant, obsignati fuerint, & glutine obducti: nisi quis forte statuendum existimet, quod Vermes hi ista materie, qua eos obductos reperi, loco alimenti utantur, Bombyliique, priore consumta, novam iterum similem ipsis superinducant. Ejusmodi fere exemplum nobis offerunt Vermiculi, qui ab Insectis in Caseum, Carnes, Fructus, Plantasque depositi, suum veluti intra pabulum delitescunt: tubera enim inde nodique, quibus Animalculum denique totum obtegitur, in Plantis Fructibusque excresecunt; quemadmodum etiam Vermes in Caseum Carnesque collocati hisce tandem alimentis se penitus includunt. Unde satis verisimile redditur, quod & nostri Bombyliorum Vermes Cerâ, qua obsignati sunt, vescantur; pari fere modo, ac Eruca-Lupus Cerâ loco pabuli utitur, vitamque sustentat: uti suo deinceps loco describam. Alioquin enim necessarium foret, ut Bombylii, Vermes suos nutriendi gratiâ, hos continue resignarent iterumque obsignarent: quod equidem taediosi atque supervacanei laboris esset exemplum, cujusmodi aliud nullum usquam in Naturae operibus, utpote ab omni parte simplicissimis, invenitur. Imo vel magis etiam credibilis sit ille nutriendi modus, si ordinem consideremus, quo Bombylii sua Ovula intra hanc ipsam materiem concludunt: profecto enim haud fieri posse mihi videtur, ut Bombylii adeo exacte illud tempus, quo ex Ovulis Vermes exclusi sunt, hique, pabulo egentes, resignari debent, observare sciant. Accedit, quod materies, qua Ovula obducta sunt, hisce illaesis vix ac ne vix quidem effringi valeat. Verum in dubio potius hanc rem relinquere, donec certior eam feliciorque experientia determinet. Unde, ut ordine meo progrediar, addo, quod vacuum quoque domunculam in hoc opere viderim. Erat & haec e filis contexta, mihi que probabile videtur, juveniculum inde Bombylium prorepisse. Tandem & irregulares illas Cerae particulas, quae tribus diversis locis ad contextas Bombyliorum domunculas adfixae reperiiebantur, effregi: in harum altera d sex inveni Ovula; in altera e septem & decem; inque postrema tandem f tria

Tab.
XXVI.
fig. 1.
d. e
f.

die der gemeene Byen: als ook tusschen de huyskens der Horsels en Wespen, die alle door deese Dierkens selfs gefabriceert worden, en die door een seer groote kunst toebereyt syn. Maar het wonderlykste van allen dunkt my, dat haare Wurmen, die nog gevoet mosten worden, toegesegelt waaren en overkleeft. Ten sy dat men sou meenen, dat se die stoffe, waar meede ik haar overkleeft vondt, selfs tot voetsel gebruykten, en dat deese Byen, als die stoffe verteert was, haar dan weer met diergelyke overkleeden. Op die wyse ten naasten by, gelyk die Wurmken met haar voetsel overkleet syn, die in de Kaas, het Vleesch, de Vruchten en Planten van de Insecten geset worden. Soo dat 'er knobbelen en knopen in de planten en vruchten uytgroeyen, die het Dierken ten laatsten heel bedekken: gelyk ook die in het Vleesch en in de Kaas geset worden, haar met er tyt daar heel in beslyten. Soo dat het dan niet onwaarschynelyk te gelooven is, dat deese Wurmen het Wasch daar se mee overkleet syn, tot voetsel gebruyken, haast op die wys, gelyk het Wolfrupsken het Wasch verteert, en daar by leeft: als ik op syn plaats beschryven sal. En andersins, soo dienden de Hoorntorens haare Wurmen wel geduurig te ontfegelen, om haar te voeden, dat een gansch moeyelyken en ook overtolligen arbeyt sou syn, die in de werken der Natuur niet gevonden wort, als in alle deelen der selve seer eenvoudig synde. Men sou deese manier van voeden te meer gelooven, als men de order considereert, op welken de Hoorntorens haare Eyeren selfs in deese stoffe beslyten, want sekerlyk het dunkt my onmogelyk te syn voor de Hoorntorens, om die soo net op de tyt, als sy tot Wurmen soudent uytgebroeyt syn, en voetsel van doen badden, weer te ontfegelen; te meer, alsoo men seer kwalyk deese stoffe, die haar bekleet, kan opbrecken, sonder de Eyeren te kwetsen. Maar ik sal dat tot een sekerder en gelukkiger ondervinding daar laten, en volgens myn order voortgaan; seggende dan, dat ik daar ook een leedig huysken in dit werk sag. Dit bestont meede uyt spinsel, en het is te vertrouwen, dat aldaar een jonge Hoorntoren uyt voortgekroepen was. Eyndehlyk brak ik de irreguliere stukskens Wasch open, die ik op drie bysondere plaatsen aan de gesporne huyskens der Hoorntorens vast gekleeft bevont. In het eene d vond ik ses Eyeren; in het andere e seventien, en in het laatste f drie en twintig. Deese

tria & viginti. Ovula isthaec fati erant grandia; nonnihil incurvata, & altero, acuminato nimirum, extremo materiei, cui infidebant, adglutinata. Eadem microscopio inspecta illius instar corii tuberculis asperi, quod Zegreyn vocatur, adparebant. Caeterum lactei erant coloris, & humore plena, omniaque adeo prope juxta se invicem erecta stabant; ut fere sibi mutuo contigua essent: id quod spectaculum visu elegans exhibebat. Longo admodum tempore ea tam intra quam extra materiem, qua consignata erant, asservavi: sed arescebant interim; nec Vermes inde excluderentur. Super ipsis Bombyliis multi discurrebant Pediculi; magnitudinis inaequalis, tenaci nec facile eripienda vita praediti. Ita Formicas etiam, aliaque propemodum omnia Insecta, suis singula vexari Pediculis animadverto. Goedartius Bombyliorum hosce Pediculos Excitatores vocat, & lepida de iis figmenta exhibet; ut fabulam potius, quam veram historiam narrare velle videatur.

Verum tempus est ad describendas Masculi partes transeundi. Ordinem heic eundem observabo, quo usus sum in Foemellae historia, descripturus illas duntaxat Capitis, Pectoris & Abdominis partes, quae vel in Ape vulgari, Foeminaque, haud adsunt, vel manifestiores saltem atque perfectiores in Mare conspiciuntur.

Circa Caput praeprimis considerare juvat Oculos, Antennas, Dentes, & Pilos plumatiles, quibus sparsim oblitum est Caput. De quibusdam harumce partium alibi jam egimus: quapropter ad Oculos saltem hic nunc describendos me conferam, in quibus sequentia potissimum, tam extrinsecus, quam intrinsecus, animadvertenda sunt: Oculorum videlicet numerus; externa figura; Pili superne Oculis infixi; Tunica Cornea; Uvea; Fibrae internae Pyramidales & inversae; Fistulae pulmonales, quae inter has decurrunt; prima & secunda membrana, in qua Fibrae Pyramidales terminantur; Fibrae corticales transversae, sub his membranis conspicuae; substantia Cerebri corticalis, sub modo dictis fibris sita; Cerebrum ipsum una cum tribus insuper Oculis singularibus; principium Medullae Spinalis subjacens; Fistularum aëriiferarum origines; Oculique tandem facies inferior.

Quantum ad numerum Oculorum attinet: duo praecipue heic dantur, unus videlicet in utroque Capitis latere; quibus praeterea accen-

se Eyeren waaren redelyk groot, een weinig krom geboogen van figuur, en met het eene, namentlyk het dunste eynde, op de stoffe daar sy op stonden, vast gekleeft of gelymt. Deese Eyerkens met een vergrootglas besien synde, die verтоonden haer als zegreyn leer. Voorts waaren sy melk wit van couleur, en vol vogtigheid. Sy stonden alle haast raket tegens malkanderen overeynde, dat een aardig gesigt gaf. Ik bewaarde haer langen tyt, soo binnen als buyten haer verzegelde stoffe, maar sy verdroogden, sonder dat daar Wurmen uyt kwamen. Op de Hoorntorens selver, liepen veele Luyskens, van ongelyke grootte, die hart en sterk van leeven waren: en soo bevind ik, dat de Mier ook syn Luis heeft, en meest alle andere Insecten. Goedaart fabuleert seer aardig van deese Luysen der Hoorntorens, die hy Opwekkers noemt, soo dat hy eer een roman, als een waare Historie schynt te beschryven.

Maar het is nu tyt om tot de deelen van het Manneken over te gaan; alwaar ik deselve order sal houden, als ik omtrent het Wyfken gedaan hebbe, ende aldaar beschryven de deelen des Hoofts, Borst, ende Buys, dewelke of in de gemeene Bye, ofte ook in het Wyfken niet en syn, ofte dewelke daar kluarder ende volmaakter te sien syn.

Omtrent het Hooft syn bysonderlyk te considereeren, de Oogen, de Hoornen, de Tandem, ende de pluymige Haarkens, daar het Hooft hier ende daar meede beset is. Van eenige deeser deelen is alreede op andere plaatsen gesproken: waarom ik my dan alhier tot de beschryving der Oogen sal begeeven, waar in voornamentlyk soo uytwendig als inwendig aan te merken syn deese volgende saaken. Als het getal der Oogen. De uysterlyke figuur der Oogen. De Haayrkens boven op de Oogen, het Hoornvlies; het Druyvenvlies; de inwendige Pyramidale en omgekeerde Vesels; de Longpypen tusschen deselve lopende; het eerste ende tweede Vlies, daar de Pyramidale Vesels op eyndigen; de dwarse corticale Vesels onder deese vliessen; de bastagtige substantie van de Hersenen onder de vorige Vesels. De Hersenen selve met dan nog drie bysondere Oogen. Het onderleggende begintfel des Ruggemergs, de begintselen der Luchtpypen. Ende het Oog van onderen.

Het getal der Oogen, wat het selve belangt, dat is voornamentlyk twee; op ieder syde van het Hooft een; waar by nog moeten gerekent worden,

feri

Hh hh hh dries

Tab. XX.
Fig. 1. a.

feri debent tres Ocelli singulares, qui heic in Masculo, inter & infra mox memoratos binos Oculos majores, qua hi, sibi invicem contigui, denuo inftar literae Y a se mutuo divergunt, triangulari forma collocati sunt *a*. In Foemellis aequae ac in Apibus vulgaribus, ut alibi dictum est, tres hi Ocelli in altiore Capitis regione constituti sunt, adeoque duobus Oculis majoribus accurate interjacent. Verum de hac re infra adhuc quaedam commemorabo.

Bini majores Oculi dimidiae quasi lunae figuram referunt; eo tamen intercedente discrimine, quod superne in Capite nequaquam acuminati, sed subrotundi sint *bb*: interim versus inferiora *c*, prope Dentes, iterum in acumen coeunt. Caeterum similes quasi sunt segmento abscisso de massa quadam plano-rotunda, racemata, cujus alterum latus nonnihil acuminatum, atque introrsum sinuatum est, alterum vero incurvatum convergit. In superiore autem Capitis regione, sive circa Cervicem atque Dorsum, Oculi hi, qua convexi extuberant, utrinque sibi mutuo contigui sunt: id quod in aliis binis Apum speciebus nequaquam locum habet. At vero iidem, circa Dentes, inferne, quarum rursus acutiores fiunt *c*, notabiliter iterum a se mutuo utrinque divergunt; quandoquidem in hac eorum intercapedine tres Ocelli minores, *ff*. Antennae heic rescissae *ff*, Dentes ita dicti, *d*. nonnullique Pili plumatiles *d*, collocati sunt.

eee. Porro Oculis uterque Pilis *eee* confertissime obfitus est, quos tamen, evitandae confusio- nis gratia, nequaquam superne, sed tantum ab uno latere heic repraesento. Pili hi Oculis loco Superciliorum aut Palpebrarum inserviunt. At, quoniam eorum situs haud examuffim intelligi potest, nisi postquam tunica Oculorum, cui, tanquam basi, innituntur, descripta est; ideo de Tunica Cornea, in qua Pili isti radican- tur, nunc prius agam.

Extima, qua Apum Oculi gaudent, Tunica Cornea est: quo quidem nomine hanc ipsam Tunicam pariter in Homine, Quadrupedibus, Avibus, Piscibus atque Serpentibus, compella- runt Auctores. In Apum tamen Oculo prae- primis nomen hoc isti Tunicae competit; quum rigore suo, duritie, flexilitate & claritate, cornu naturam tota, quanta est, exprimat. Interim hac dote iterum Oculis Apum ab Oculo Homini- aliorumque Animantium discrepat, quod, uti Cornea Tunica in his laevis apparet atque aequa- biliter exposita, ita contra in Apibus aliisque omni-

drie particuliere Oogskens, dewelke op de wyse van een driehoek hier in de Mannekens geplaatst syn, tusschen en onder de geseide twee groote Oogen, ter plaatse daar se malkander raaken, en als een Y weer van een wyken *a*. In de Wyfkens, ofte ook in de gemeene Byen staan (als elders gesegt) deese drie Oogen hooger op het Hooft, en syn alsoo regt tusschen de twee andere grooter Oogen ingeplaatst. Hier van sal ik onder nog iets meerder seggen.

De uiterlyke figuur van de twee groote Oogen is halve maan wys, dan met dit onderscheit, dat se boven op het Hooft niet spits maar rontagtig syn *bb*. Gelyk se dan weer onder aan *c* na de Tand- den spitsagtig toelopen: haar vorder vertonende als een afgesneede gedeelte van een platagtig druys- gewys rond, dat aan de eene syde wat spitsagtig, en inwendig ingebogen synde, aan de andere syde krom toeloopt. Nu booven op het Hooft, ofte om- trent de Nek en Rug, daar worden deese Oogen met haare ronde bogte van weersyden malkander raakende aan een gevoegt; dat in de andere twee soor- ten van Byen gansch geen plaats en heeft. Vorder staan de Oogen van onderen omtrent de Tand- den, daar se spits toelopen *c*, een groot gedeelte aan weersyden van malkanderen, alsoo de drie kleene Oogskens, de Hoornkens die hier afgesneeden syn *ff*, de geseide Tand- den, ende eenige pluymagtige Hayrkens *d*, daar tusschen in geplaatst syn.

Vorders syn de Oogen aan weersyden dicht met Hayrkens *eee* beset, die ik om confusie te myden, maar ter syden ende niet boven op de Oogen aan een sy- de wytbeelde. Deese Hayrkens verstreken de Oogen voor Wynbrauwen of Oogleeden. Dan alsoo haare situatie niet wel en kan begreepen worden, voor al eer ik het Vlies der Oogen, daar se haar fonda- ment op hebben, hebbe beschreeven; soo sal ik nu van het Hoornvlies gaan spreken, daar deese hayr- kens op geplaatst syn.

Het uiterste vlies van de Oogen der Byen is hoornbeenagtig: gelyk het ook de selve naam in den Mensch, de viervoetige Dieren, de Vogelen, de Vif- schen, en in de Slangen van de Schryvers gegee- ven is. In de Byen komt het bysonderlyk deese naam toe, als geheel en al om syn styfte, hardig- heid, buygsaamheid ende doortuchtigheid met de natuur van Hoornbeen over eenkomende. Dan dit onderscheit heeft het Oog van een Bye tusschen het Oog van den Mensch ende van de andere Dieren, dat, gelyk het Hoornbeen sig aldaar glat ende effen gepolyft vertoont, dat seg ik dit hier in de Byen ende

omnibus, quae mihi examinare licuit, Insectis, eadem variis multiplicibusque divisionibus interfecta sit: quoniam autem istae divisiones globulorum vel sphaerularum prae se ferunt formam; hinc factum est, ut subtilia quaedam atque rapacia ingenia, quae inter illultris Hookeius referri meretur, crediderint, Insectorum Oculum non nisi congeriem esse innumerorum Ocellorum, qui seorsim singuli, ratione fabricae suae, cum nostris aliorumque Animantium Oculis conveniant: id quod tamen haecenus nuspam, nisi in Cochlea quadam, vidi, quae ab uno latere duos monstrabat oculos, distinctos, tribus singulos humoribus suis instructos. Verum ut memoratas Corneae divisiones paullo accuratius exponam; notari velim, eas nequaquam sphaericas, sed potius hexagonas esse *kk*: quamvis nihilominus ipsae massulae, hisce divisionibus interceptae, superna facie penitus globosae sint, adeoque exactissime similes obsignatis Favorum cellulis; utpote quae, pariter sex lateribus circumscriptae, simul tamen convexae affurgunt, & superficie globosa extuberant, vel potius quasi fornicatae sunt. Interim memoratam Corneae constructionem multo adhuc accuratius exprimunt obtextae Crabronum domunculae: hae enim, uti sex quoque lateribus gaudent, ita quam elegantissime camerato sive sphaerico texto clausae sunt. Oculus itaque Apum & plerorumque aliorum Insectorum perfectorum, hac ratione consideratus, veri instar reticuli sese habet: quod quidem omnium exquisitissime comparet, quando adversus lucem, ope microscopii, examinatur: tunc enim per sphaericas rotunditates transpicienti hexagonae interfectiones, quae opaciores sunt, reticuli formam repraesentant. Uterius animadvertendum est, quod sexangulares istae divisiones *kk* Corneae, comparatione exactius instituta, haud adeo examuffim similes sint Favo obsignato: omnes enim lineae, quae Favi cellulas alias ab aliis interstinguunt, rectae sunt; cum contra divisiones hexagonae, quae heic in Apum Oculo occurrunt, curvis & sinuatis lineis intercipientur. Ad hoc autem obtinendum sequenti utitur adminiculo sapientissima Natura. Corneae nimirum sphaericam impertivit convexitatem, cujus ratione nonnullae passim lineae una cum suis divisionibus abrumpuntur; simulque praeterea divisionem quamvis hexagonam sex aliis hujusmodi divisionibus mediam interposuit *kk*: quo fit, ut sexangulares hae divisiones semet ovatas vel-

uti

ende in alle de andere Insecten, die ik gesien hebbe, met verscheide ende menigvuldige verdeelingen afgedeelt is, welke verdeelingen, alsoo sy haar kloots of spherisch gewys vertoonen, sommige subtile ende gaauwe geesten, daar onder den doorlugtigen Hooke is, occasie heeft gegeven van te gelooven, dat het Oog der Insecten niet als een vergadering van oneyndige Oogkens was, dewelke ieder dan in haar particulier, met de Oogen van ons ende van die der andere Dieren souden in haar structuur over een komen. Dan dit heb ik nog nooit, als in een Slak gesien, die aan eene syde twee distincte Oogen had, met haare drie vogtigbeelden in ieder. Maar om wat distincter van de geseide verdeelingen van het Hoornvlies te spreken, zoo zal ik zeggen, dat ze in haare verdeelingen niet spherisch, maar ses hoekig syn *kk*, hoewelse egter van boven geheel rond toe loopen, ende alsoo seer net over een komen met het toegesegelt Hooningraat; dat ook seshoekig synde, in syn verdeelingen meede rontagtig opgaande is, ende globeus uytpruynde ofte anders op die wyse als overwelft. Evenwel, soo komt de geseide structuur van het Hoornvlies, nog veel netter over een met de toegesponne huyskens der Horsels, die meede ses hoekig syn, ende seer aardig rond of spherisch gewys toegesponnen. Soo dat dan het Oog van de Byen, ende van de meeste andere volkome Insecten, op deese wyse geconsideereert synde, als een waaragtig netteken sig voor doet; het welke sig als dan het volmaakt vertoont, wanneer het tegens het licht met een vergrootglas besien word. Want als dan siet men door de spherische rontbeeden heen, en de ses hoekige verdeelingen, die donkerder syn, vertonen een netken. Nog moet men aan merken, dat deese ses hoekige verdeelingen *kk* van het Hoornvlies, in een nauwe vergelykinge genomen, niet met het toegesegelt Hooningraat soo juist over een komen; want alle de linien, die de cellekens van het een tot het andere huysken aldaar maaken, die syn regt, daar in tegendeel de seshoekige verdeelingen hier op het oog van de Bye, tusschen kromme ende geboogen linien ingevoegt syn. Het welke de alwyse Natuur te weeg brengt, door middel van het Hoornvlies een spherische bogt te geven, soo dat hier en daar cenige linien met haare verdeelingen komen te eyndigen, endan egter ieder seshoekige verdeeling, nog binnen ses andere in te plaatfen *kk*; het welk dan deese ses hoekige verdee-

Ih hl hh 2

lin

Tab. XX.
Fig. 1.
ccccbb.

Fig. 1. kk.

uti vel arcuatas super Cornea exhibeant: quemadmodum adpositas inter literas *ccccbb* aliquatenus delineavi. Quomodo autem quaelibet divisio hexagona sex aliis in ambitu stipata sit, sub literis *kk* magnitudine aucta licet conspicere. Curiosi quidam, quibus isthaec demonstrabam, opinabantur, quod in Oculorum fabrica rationes possint inveniri, cur Apes cellulas suas faciant hexagonas: scilicet siquidem per Oculos hexagonos visum exercent. En! Quousque fictionibus abripiamur, siquando, rerum fundamenta ignorantes, nostram phantasiam sequimur ducem! Quasi vero & nos nonnisi rotundas domos deberemus aedificare, quia rotunda pupilla gaudemus. Quotnam dentur in Cornea Apis divisiones, nunquam numeravi; nec novi etiam id faciendi modum: nisi quod Oculum quis vel Corneam in minutas particulas conscindere, harumque dein divisiones microscopii interventu sigillatim numerare possit, animadvertens interim, duas quasvis divisiones dissectas pro unica saltem esse reputandas. Quidquid hujus rei sit, accuratissimus Hookius in Oculo Libellae, vel Perlae *Moufeti*, quam ipse vernaculo suo idiomate vocat *Dragonfleis*, nos vero in Belgio *Romboud*, *Puyfstebyter*, *Naeyer* & *Glasfchryver* adpellamus, decem & quatuor millia ejusmodi intersectionum numeravit: qui numerus sane ingens est. Accedit autem, quod hae divisiones tam nitidae, tam regulares, tantaque arte elaboratae sint; ut humanum quodvis artificium, licet summa, qua par est, industria confectum, infinitis parafangis post se relinquat. Verum ecquid est, quod quis ab humana debilitate effici posse existimet? Cum haec ne separare quidem sive dividere valeat ea, quae Natura per lusum saltem construxit. En! Haec est forma externa hujusce plusquam stupendae Corneae Tunicae.

Quantum ad internam Corneae fabricam attinet: totidem in foveolas hexagonas, sive rotunda quasi cochlearia, interior ejus superficies est divisa, in quot sphaeras hexagonas exterior veluti geometrice distincta cernitur. Quod si jam isthaec Cornea, luci obversa, dictum in modum, ope microscopii spectatur; tunc demum pulchre observari potest verum ejus reticulum hexagonum: quum enim Cornea, qua parte in sphaerulas excavatur, pellucidissima sit & tenuissima, at, qua intersecta est, notabiliter majore gaudeat crassitie; hinc fit, ut solae quasi intersectiones tantum transpicienti

lingen ovaal of boogs gewys op het Hoornvlies doet staan, gelyk ik dit eenigfins tussen de voorgestelde letteren *ccccbb* heb uytgebeelt. Hoe ider ses hoekige verdeelinge tusschen ses anderen in staat, siet men in't groot by de letteren *kk*. Sommige liefhebbers, die ik dit vertoonde, die dogten uyt de structuur der Oogen de reeden te kunnen vinden, waarom de Byen haar huyskens ses hoekig maakten, namelyk, om dat sy door ses hoekige Oogen sagen. Dan soo fabuleert men, als men de gronden der saken niet kent, en syne inbeeldingen volgt, even al eens of wy ook ronde huysen behoorden te timmeren, om dat onse Oogappel ront is. Hoe veel verdeelingen nu dat 'er in het Hoornvlies van de Bye syn, dat en heb ik nooit getelt, en ik sou daar ook geen middel toe weeten, als met het Oog of het Hoornvlies in kleine stukskens te snyden, ende de verdeelingen daar in dan onder een vergrootglas te tellen; rekenende daar na twee doorgesneedene verdeelingen voor een. Wat er van is, de naukeurige Hooke, heeft in de *Rombout van Moufet*, die by in syn moedertaal *Dragonfleis* noemt, ende wy *Romboud*, *Puyfstebyter*, *Nayer* ende *Glasfchryver* heeten, veertien duysent verdeelingen getelt, dat sekerlyk een groot getal is; behalven nog dat deese verdeelingen, soo net, soo regulier, ende soo kunstig syn, dat se alle menschelyke konst, ook met de uysterste pogingen gemaakt, duysent ende duysentmaal overtreffen: en wat sou ook de menschelyke swakheid maaken, dewelke zelfs niet en kan scheyden of verdeelen, dat de Natuur al spelende gemaakt heeft. Siet dit is dan soo de uysterlyke gedaante van dat meer als wonderbarelyke Hoornvlies.

Wat de structuur van het Hoornvlies inwendig belangt, aldaar is sy in soo veel seshoekige holkens of ronde lepelkens verdeelt, als se uytwendig in soo veel ses hoekige sphaeren geometrisch afgeperkt is. Als men nu het Hoornvlies op de geseyde wys met een vergrootglas teegens het licht besiet, soo bemerkt men eerst te regt, dit waaragtig ses hoekige netteken, het welke komt, door dien het heel doorlugtig ende seer dun synde, daar het spherisch is, en merkelyk dikker wezende, daar het verdeelt is, dat dan die verdeelingen puur alleen haar schynen te vertoonen; dat de ware reden is, waarom het sig, als een open seshoekig en getraliet netteken

videantur apparere: atque haec est vera ratio, ob quam Cornea sese tum temporis, instar reticuli hexagonis fenestellis pervii, exhibeat. Attamen haud eadem semper ejus est facies; sed quandoque in trigonas & quadrangulas saltem figuras distincta apparet: quae quidem diversitas varietati reflexionum, quas radii lucis nonnunquam in transitu producunt, adscribenda venit. Id vero praeprius obtinet, quando Corneae divisionum anguli haud omnes microscopio directe oppositi sunt: tunc enim una tantummodo convexitatum pars collustratur, altera vero minime; sicque falsi anguli exhibentur. Caeterum quaecunque propemodum cava corpora, si adversus lucem conspiciuntur, quandoque globosa aut rotundo-convexa visui nostro comparent: quod quidem caelati Achaetae potissimum demonstrant. Quapropter summa opus est circumspicione in tractandis microscopiis, ne, quod nonnullis hoc in negotio evenit, a nobismet ipsis decipiamur. Quidnam vero id sit, quod sexangulares istas in hoc reticulo producit divisiones, infra exponam. Crassities Corneae Apum satis notabilis est, atque insignior, ratione habita magnitudinis, quam in multis aliis Insectis aequae minutis: quemadmodum ex particula ejus quadam, sub microscopio delineata, ad lit. III, aliquatenus conjicere licet. Inter haecenus descriptas divisiones collocati sunt illi Pili, quos ante dixi super oculo observari. Firmissime ii quidem Corneae huic Tunicae infiguntur; quum eam similiter, ac capilli nostram cutem, penitus totam perforant. Acuminati autem affurgunt, & vel triplo quadruplove sunt longiores diametro singularis cujusdam divisionis hexagonae: fabrica fetas aemulantur, figuraque gaudent tereti, infra crassiore, supra acutiore. Satis etiam ingens est eorum numerus; quamquam divisionum numero inferior: interim tamen adeo dense confiti sunt; ut spississimam Pilorum sylvam, quasi abiernam, super oculo videantur constituere: quemadmodum sub lit. eee quodammodo cernere licet, ubi eos saltem in ambitu divisionum Oculi repraesentavi: quae vero praeterea in eadem iconem exhibentur divisiones, minore tantum atque determinato numero a me delineatae sunt; cum revera maximus sit earum numerus, mihi hucusque nondum cognitus. Crediderim tandem, Pilos hosce eum praeprius in finem huc defixos esse, quo Oculum contra casum atque illis muniant, pulvisculos illa-

ken voortdoet. Dan egter soo verdoont het sig niet altyt op die wys, maar ook somtyts drie en vierhoekig, het welk komt, door dien het licht in syn door passeeren verscheide reflexien somtyts maakt, namelyk wanneer de verdeelingen van het Hoornvlies met alle haar hoeken, regt tegens het vergrootglas gestelt syn: want als dan soo wort het eene gedeelte van haar globeusheid maar verligt, ende het andere gedeelte niet, dat dan valsche hoeken maakt. Anders soo verdoonen haar wel somtyts alle holle dingen, wanneer se tegens het licht besien worden, bol of rond verbeeven aan ons gesigt; dat voornamelyk in de uitgegraverde Agaat steenen te zien is, waarom men dan seer voorzigtig met vergrootglaasen moet om gaan, om sig zelfs niet te bedriegen, als eenige ook haar hier omtrent gedaan hebben. Wat nu deese ses hoekige verdeelingen in dit netteken eygentlyk maakt, dat sal ik onder seggen. De dikte nu van dit Hoornvlies is al redelyk aanmerkelyk in de Byen, ende meerder na proportie, als in veele andere Insecten van die kleente, als by III in een stuksken, maar doer het vergrootglas getekent, eenigzins kan afgenoomen worden. Tusschen de geseide verdeelingen in is 't, dat de haayrkens, daar ik van gesegt hebbe, die op het Oog te sien syn, haar plaats hebben; deselve syn seer vast op dit Vlies geplaatst, want se het van de eene tot de andere syde doorgaan, even als de haayren onses hoofts het vel doen. Haar situatie is spits opgaande, ende haar grootte wel drie of vier maal langer, als een enkele ses hoekige verdeeling uytgestrekt is. Haar maaksel is borstelagtig, haar figuur is rond, onder dikker, boven spitsfer. Haar getal is vry veel, hoewel soo groot niet, als dat van de verdeelingen. Egter soo schynt het, of er een heel digte Masten-bosch van haayr op het Oog staat, als by eee enigzins te sien is, alwaar ik se maar in de ronte van de verdeelingen des Oogs afgebeeld hebbe, zynde vorder de verdoonde verdeelingen aldaar, niet als een kleen seker getal, voor een geheel groot ende my tot nog toe onseker getal uytgebeelt. Het gebruyk van deese haayrkens is, soo ik vertruuw, het Oog tegens vallen ende stooten te beschermen, de stofkens af te weeren, ende soo se daar kwamen in te vallen, om soo veel te gemakkelyker, door het vryven van haare pluymige pootkens ('t welk doen de Vliegen ook gemeen is,) af te veegen. Soo datse als de Wynbrauwen in de Bye syn. Deese haayrkens, waar van ik my in 't

psuros arceant, faciantque, ut, si qui forte tamen illaberentur, Apes hos ope frictionis, cum plumatis suis Pediculis institutae, quâ Muscae etiam ad sese abstergendum uti solent, tanto facilius rursus everrere possint: unde Pili hi Apibus Palpebrarum, vel Superciliorum quasi loco infervire videntur. Existimaveram primum, nonnisi longaevas Insectorum species, cujusmodi Apes sunt, talibus Pilis gaudere: at vero postmodum observavi, haud eos Apibus adeo esse proprios, quin & in aliis multis Insectorum speciebus reperiantur. Sic inter alia in coloratis Papilionibus diurnis eos inveni: inveni eosdem quoque super Apis *Goedartiana* Oculo; qui tamen memoratis hisce Pilis haud totus undequaque tectus est, sed ovatum saltem orbem iis consitum ostendit. Apem, cujus modo mentionem feci, *Goedartius* in primae suae partis experimento secundo describit: quam tamen si accuratius quis examinat, deprehendet non nisi Muscam esse stercorariam, duabus tantum alis instructam, & quotannis eodem penitus modo constanter provenientem. Provenit autem e Vermiculo longa cauda, & minutissimis pedunculis, praedito, in fimetis atque latrinis reperiundo; pertinetque ad quartum Ordinem naturalium in membris Mutationum. Apis contra Ordini tertio accensendus est; quemadmodum ante fatis indicavi. Verum confero me ad descriptionem Uvae, quae altera est Oculi Tunica. De reliquis tribus Ocellis singularibus infra nonnulla proferram.

Sicubi Cornea Tunica ab Oculi interioribus amovetur; mox in conspectum prodit Tunica, quae Uvea esse videtur. Haec igitur heic in Insectis minime fundum Oculi occupat, sed superficiei proxima est; neque usquam, uti in Animantibus sanguineis obtinet, perforata cernitur: ut hinc ea ipsa impedimento sit, quo minus radii lucis altius, quam per solam tantum Corneam, intra Oculum penetrare queant. Quo tempore Cornea ab Oculis aufertur, plerumque simul cum ea opaciorum quandam materiem, quae Corneae perspicuitatem & claritatem penitus tollit, abduci observamus: materies isthaec diverso gaudet in variis Insectis colore; in Apibus saturate purpurascit; in aliis Insectis viret; in aliis caerulea est; in aliis nigra; in aliis iterum elegantissimâ superbit variorum colorum, venuste & amoene per Corneam transparentium, mistura. Attamen hoc nonnisi in Corneae superficie interna, qua U-

vea

begin verbeelde, dat se alleen in dat soort der Insecten waaren, die lang leefden, als de Byen doen; die heb ik naderhand bewonden, dat niet particulier in de Byen waaren, want ik se ook in veel andere soorten van Insecten geobserveert heb; als onder andere in de gecouleurde Dagkappellekens: soo heb ik se ook op het Oog van de Bye van Goedaard gezien, dan in dewelke het heele Oog met de geseide Hayrkens niet bedekt is, maar daar is alleen een ovaelagtige kring van hayrkens opgeset. De aangeroerde Bye beschryft Goedaart in syn eerste deel, de tweede ondervinding; dan hem nauw onderzoekende, soo sal men bevinden, dat het niet als een Strontvlieg is, met twee Vleugelen alleen voorsien, ende die alle jaaren op deselve wyse stantvastig voorkomt, groeyende uyt een Wurm met een lange staart, en hebbende seer kleene pootkens, die in de mest bakken en sekreeten gevonden wort. Hy is onder de vierde soort van de natuurelyke veranderingen in leedemaaten; daar de Byen in tegendeel onder de derde order syn, gelyk ik in myn vorige genoeg heb aangewezen. Maar ik gaa over tot het Druyvevlies, dat het tweede Vlies van het Oog is, sullende van de andere drie particuliere Oogkens beneeden iets seggen.

Als men het Hoornvlies van het inwendig Oog aflight, soo ontmoet men dadelyk, soo het schynt, het Druyvevlies, dat hier in de Insecten dan niet in de grond van het Oog, maar in de Oppervlakte sou gevonden worden, sonder eenige perforatie, als wel in de bloetryke Dieren plaats heeft, ende alsoo verhindert het, dat er geene straalen verder, als door het Hoornvlies alleen, kunnen passeren. Op die tyt, als men het Hoornvlies van de Oogen aflight, dan soo siet men gemeenelyk, dat er een donkerder substantie met het selve wort afgetrokken, die de doorsigtigheid ende de helderheid van het Hoornvlies geheel belet. Deese substantie is van een verschillige couleur in de Insecten. In de Byen is by donker purper; in andere Insecten groen: in andere blaauw: in andere swart: in andere weer met gemengelde ende seer aardige coupleuren beset, dewelke

vea Corneae proxime, absque intermedio, adhaerescit, est videre. Caeterum utraque hujusce materiei, Uveam constituentis, pars, & quae Corneae cavae intus adplicata est, & quae Oculi interioribus etiamnum adhaerens observatur, ut plurimum subatro gaudet colore, atque similiter digitos tangentis inficit, ac, quod in nostra aliorumque Animantium Uvea datur, atrum pigmentum: hinc vero est, quod, uti ante memoravi, Corneae perspicuitas ab hac materie obfuscetur. Unde, ut Cornea translucida reddatur, oportet penicilli aut chartae in acumen convolutae adminiculo dictam materiem prius abstergere. Quodsi Mufcae Caput complicatam inter chartam comprimis, purpureum inde colorem, qui effuso Uveae pigmento debetur, charta acquirit. Verumtamen sciscitabitur forte quispiam, quodsi materies haecenus descripta tantum videtur Uvea Tunica esse, nec revera est, quidnam igitur de illa statuendum sit? Huic ego respondeo, materiem hancce nihil esse aliud, quam summos apices defractarum quarundam Fibrarum, quae proxime sub Cornea collocatae sunt *g g*: namque, quod probe animadvertendum est, nulli penitus ita dicti humores uspiam in ulla Oculi parte haec inveniuntur: quamvis *Cl. Hooke*, ob sufficientium experientorum defectum, in Libella eos sibi imaginari vel ideo etiam tanto magis fuerit coactus, quum nullus ipsi alius succurrebat modus, quo Insectorum visus ratio explicari posset. Quidquid demum hujus rei sit, pars ista Oculi Apum colorata certissime in usum Uveae venit.

Statim igitur sub isthac Uvea totidem conspiciuntur Fibrae, quot divisionibus Cornea aut Oculus superne interstinctus est. Fibrae hae quam exactissime congruunt sphaericarum Corneae divisionum cavitatibus: hinc etiam extremo superiore hexagonae sunt & latae, at in medio graciliores, infra tandem, qua desinunt, acuminatae: omnes interim longitudine, crassitie, latitudine & magnitudine propemodum aequalibus gaudent. Circa margines tamen extremosque Oculi sinus, & qua Cornea capiti conjungitur, Fibrae hae nonnihil inflexae sunt, & paullo breviores videntur; ut ideo superne, qua Corneae divisionibus *h h* committuntur, multo sint crassiores *h h*, quam *i* inferne *i*, qua finibus suis inter se coadunantur: referunt hinc fere pyramidem sexangularem inversam, supra crassam & latam, infra tenuem

welke door het Hoornvlies cierelyk ende aangenaam doorschynen. Dan dit is niet te zien als in de binnenste superficie des Hoornvlies, alwaar het Druyvevlies onmiddelyk tegens het Hoornvlies aansit. Anders is het deel deeser substantie van het Druyvevlies, soovan binnen in het Hoornvlies, als dat, 't welk men op 't binnenste van 't Oog nog siet vast te sitten, gemeenlyk donker couleurig, verwende de vingeren, gelyk het swart des Druyvevlies ook in ons en de andere Dieren doet, ende, als gesegt, belettende de doorsigtigheid van het Hoornvlies. Waarom men dan met een Pensseelken, of stuksken scherp te samen gerolt papier, om het Hoornvlies doorsigtig te maaken, deese substantie daar eerstelyk moet afdoen. Als men het Hooft der Vliegen tussen gevouwen papier drukt, soo komt daar een purpere couleur op, dat de vogtige deelen des Druyvevlies syn. Maar mogt iemand vraagen, soo deese substantie het Druyvevlies schynt te syn, en egter niet en is, wat is se dan? Hier op sal ik antwoorden, dat deese substantie niet anders en is, als het opperste van eenige afgebrooke Vesels, die onmiddelyk onder het Hoornvlies geplaatst syn *g g*. want, daar wel op te letten is, daar en syn gansch geen vogtigheeden in het gansche Oog, als de Heer Hooke sig, door gebrek van genoegsame ondervindingen, omtrent de Rombout heeft moeten inbeelden: te meer, alsoo by anders geen middel en sag, om het gesigt der Insecten te expliceren. Wat er van sy, dit gecouleurd deel van het Oog der Bye heeft sekerlyk het gebruyk des Druyvevlies.

Onmiddelyk dan onder dit Druyvevlies syn soo veel Vesels te sien, als het Hoornvlies en het Oog van bovenen verdeelingen heeft: deese Vesels sluyten heel net in de holligbeden van de spherische verdeelingen van het Hoornvlies. Haar figuur van bovenen is seshoekig en breed, in 't midden dunder, in 't eynde spits: voorts syn sy haast altemaal van eene langte, dikte, breedte ende grootte; aan de randen, of kanten, ende de uysterste bogten van 't Oog, en daar het Hoornvlies met het Hooft vereenigt, syn deese Vesels een weinig krom geboogen, en sy schynen daar wat korter. Soo dat se dan om hoog, daar se in de verdeelingen van het Hoornvlies sluyten, veel dikker van maaksel syn *h h*, als onder *i*, daar se met haare eynden te samen gevoegt worden; waarom haar structuur haast als een omgekeerde seshoekige Pyramide is, boven dik en breed, ende onder dun en spits. Komende alsoo om de bogt of het gewelfsel

Tab. XX.
Fig. 1.

nuem & acutam; atque, convexitatem five fornicem Oculi constituendi gratia, similiter quasi constructae sunt, ac illa Ovula, quae circum arborum ramos, in orbem, adglutinantur. Porro hae Fibrae super imis Oculi partibus simili modo erectae stant, ac villosa filamenta sub foliis Cinarae suo disco insident. Colorem harum Fibrarum supra descripsi: velim saltem praeterea sanimadverti, quod pigmentum illud, quo crassiora earum extrema tinguntur, nonnihil etiam profundius deorsum sese diffundat: deinceps vero reliquum omne internarum harum Fibrarum colore, ut dixi, ruffo vel, quem incarnatum vocant, infectum *bb.* est. Mediae harum Fibrarum *bb* rectae affurgunt; quae vero ad latera haerent, nonnihil obliquae sunt; reliquae tandem subincurvae simul ac obliquae excurrunt: omnes tamen in substrata quadam desinunt Membrana, quacum uniuntur, & de qua facile abrumpuntur contractatae. Ista haec membrana ideo easdem propemodum divisiones, at punctis exaratas, quam nitidissime exhibet, quas Omnipotenti Conditori placuit tam stupendo atque inimitabili *abb.* artificio in Corneam *abb* insculpere. Circa has Fibras ulterius adnotandum est, quod, si Cornea inde, absque illarum fractione aut laesione, separetur, eae quam nitidissime sexangulares Favi divisiones expriment: verum ubi abstrahitur ita Cornea, ut harumce Fibrarum quaedam particulae illi adhaerescant; tunc memorata earum figura haud adeo spectabilis est. Fibrae hae, dum Cornea inde detrahitur, quam facillime defringuntur; quandoquidem cum Cornea connexae sunt, hujusque intra cavitates recipiuntur: nexus autem iste tanto etiam firmior efficitur interventu innumerarum Fistularum aëriarum, quae juxta Fibras hasce versus Corneam ascendunt, hujusque, uti mihi quidem videtur, hexagonas divisiones constituunt; imo operam quoque simul forte conferunt ad Oculos, quo tempore exuvias deponunt atque etiamnum molliculi sunt, vi aëris intropressi dispendendos. Unde heic circa Oculi divisiones idem foret Fistularum aëriarum & usus & situs, qualem ante circa Alas Apum iisdem Fistulis adtribui. Attamen non velim haec meas cogitationes, nisi ut verisimiles tantum, accipi. Caeterum Fibra insuper cum Fibra statim sub Cornea etiam unita est; quin & paullo inferius colligationes adhuc quaedam atque nexus mutui has inter Fibras observantur. Qua autem Fibrae istae, cum Cornea

mi-

van 't Oog te maaken, als over een met de structuur van die Eyeren, dewelke om de takken der Boomen gekleeft of gelymt worden; en deese Vesels staan over eynt op de onderste deelen van het Oog, gelyk de fibreuse veselkens onder de bladeren der Artisokken op haar stoel doen. Haar couleur is boven beschreeven, daar by men nog moet aanmerken, dat se daar meede aan haar dikste eynde eenigzins diep neerwaarts doorgeverwt worden. Maar de vordere gansche couleur deeser inwendige Vesels is lyf of vel en vleeschverwig, gelyk dan gesegt is. De middelste van deese Vesels *hh* staan regt, die aan de syden wat schuynder, en de rest kromagtig en schuyn, en voorts soo eyndigen sy alle op een onderleggent Vlies, daar se meede vereenigt worden; maar daar se ook seer ligt afgebrooken worden, als men se handelt; welk Vlies dan seer net haast dezelfde verdeelingen *l*, maar stippelwys aldaar vertoont, dewelke de Almogende Maaker het soo overkünstig ende onnavolgelyk Hoornvlies *cbb* ingegraveert heeft. Omtrent deese Vesels is nog aan te merken, dat, als het Hoornvlies daar, sonder dat se gebrooken of geschonden worden, afgeligt wort, dat seg ik, sy dan seer net de ses hoekige verdeelingen van het Honingraat vertoonen: maar wort daar het Hoornvlies soo afgetrokken, dat een gedeelte van deese Vesels daar aan blyft sitten, soo en is de geseide figuur van de Vesels soo merkelyk niet. Seer ligt in 't afrekken van het Hoornvlies, breeken deese Vesels, het welk komt om haar connexie, ende in een sluyting in de holligheden van deselve, die nog te sterker is, door middel van een oneyndig getal Luchtpypkens, die langs deese Vesels na het Hoornvlies opklimmen, ende soo het myschynt, de seshoekige verdeelingen van deselve maaken, en die mogelyk ook het gebruyk hebben, om de Oogen in haar vervelling, ende als se week syn, door de ingedreeve lucht te helpen uytsetten. Soo dat de Luchtpypen omtrent de verdeelingen van 't Oog het selve gebruyk ende deselve situatie souden hebben, als in de Vleugelen der Byen aangewesen is; dan ik spreek hier door een waarschynelijke meening. Vorder soo is Vesel met Vesel effen onder het Hoornvlies nog vereenigt, gelyk ook deese Vesels wat laager nog eenige connexien en verbindingen onder haar hebben. Daar nu deese Vesels af-

minus aequabiliter inde abstrahitur, defringuntur, ibi saturate purpureus earum color, ut jam supra dictum est, nondum desinit, sed adhuc profundius descendit. Porro mirabilissimum sane est, quoniam pacto & quanto numero memoratae Fistulae Pulmonales juxta istas Fibras ascendunt, cumque his uniantur. Fateri heic cogor, quod equidem maxime gestiverim examinare, cujusnam naturae sint haec Fibrae, an musculosae, an nerveae; item an motu quodam polleant, nec ne; tum quibusnam e particulis compositae sint: verum omnia isthaec investigare mihi absolute impossibile fuit; quandoquidem & visus & instrumenta mea me destituebant. DEUM tamen rursus quasi humanis oculis conspicuum vidi in stupenda hac constitutione particularum, maxime opere admirabilium & inscrutabilium, quae veram inexhaustae DEI potentiae & sapientiae effigiem sibi veluti insculptam exhibebant.

At vero, ut, quo coepi, ordine progrediar, partem nunc illam a descriptum eo, versus quam omnes hactenus memoratae Fibrae, tanquam ad commune centrum, convergebant, & cui, ut filamenta holoserici aut heteromalli suo texto, insidebant. Scilicet membranosa est haec pars, alba, fibrata, intra Oculum sita: per eam vero, atque ad latera ejus, Fistulae aëriæ, sive Pulmonales, ante descriptae, versus Fibras ascendunt. Figura hujusce membranae ad amissim similis est externae Oculi figurae, altero nimirum latere lunata, altero autem semicirculata. In medio ea albicat: verum in ambitu quidpiam illius coloris participat, qui superiori parti Fibrarum, quarum vestigia impressa conspiciuntur, proprius est.

Isthac Membranâ, subtilis ope instrumenti, suo e loco dimotâ, mox subtus altera in conspectum prodit Membrana, multo subtilior, tenuior, limpidior, & Fistularum aëriarum interventu cum membrana priore, quamvis haud admodum valide, connexa.

Subter aut retro hanc deinde membranam, paullo tamen inferius & profundius intra Oculum, alia quaedam sive secunda cernitur Fibrarum species *nnn*, quae descriptarum Membranarum superficiei inferiori transverse applicatae, transra veluti repraesentant, quibus Fibrae pyramidales superimpositae innituntur. Differunt praeterea in eo etiam Fibrae istae a superioribus pyramidalibus, quod his & numero sint pauciores, & longe minus subtiles; quam-

afbreken, als 'er het Hoornvlies ongelyk afgetrokken wort, daar en cyndigt baare donkere purpere couleur niet (als alreede gesegt), maar die gaat nog wat dieper in de selve. Verwonderlyk is het vorder, hoe en in wat een menigte de geseide Longpypen langs deese Vesels opklimmen, ende met baar vereenigt worden. Ik moet hier bekennen, dat ik seer gaarn nu alhier ondersogt had, van wat natuur deese Vesels waaren, spier of zenuwagtig, of se een beweging hadden of geen, ende dan uyt wat deelkens sy gecomponeert waaren: dan dat alles was my t'eenemaal onmogelyk, want myn gesigt en instrumenten begaven my; maar GOD sag ik weer als sienelyk, in deese wonderbaarelyke constitutie van admirable en ondoorsoekelyke deelkens, waar in de kragt GODS en syne onuytputtelyke wysheid afgebeeld stont.

Maar om myn draat te volgen, soo sal ik nu het deel x beschryven, daar alle deese Vesels als op haar middelpunt op aan liepen, ende als de draaden van het selp, fluweel, of tryp op haar geweesel stonden. Het selve dan is een vliesig, wit, ende veselagtig deel van binnen in het Oog, ende waar door en neffens de verbaalde Lucht of Longpykens naa de Vesels toe opklimmen. De figuur van dit Vlies is even als de figuur van 't Oog; halve maan gewys aan de eene sy, en aan de andere is sy half ront. In 't midden is het wit van couleur, ende in syn omtrek deelt het een weinig van de couleur van het opperste gedeelte der Vesels, wêlkers lineamenten ingedrukt gesien worden.

Als dit Vlies met subtile instrumentkens uyt syn plaats geligt is, soo volgt aldaar of daar komt te voorschyn een ander of tweede Vlies, dat veel subtielder, dunder ende doorlugtiger is, ende met het eerste vlies door middel van Luchtpypen, dan niet seer sterk vastgebezt.

Nu onder of agter dit Vlies, maar wat lager of dieper in 't Oog, daar siet men een ander of tweede soort van Vesels *nnn*, dewelke tegens de beschreeve Vliesen van onderen dwars aanglegt syn, ende als de fundament balken van de boven op staande pyramidale Vesels baar vertoonen. Deese Vesels verscheelen van de bovenste pyramidale, dat se in soo groote kwantiteyt niet en syn als deselve, ende ook op ver na soo subtiel niet, hoewel se egter ligtelyk van my gedeelt syn

Kk kk kk

ge

Tab. XX.
Fig. v. x.Fig. iv.
nnn
& Fig. v.
gq.

Tab. XX.
Fig. IV.

Fig. V. qq.

ss.

ss.

qq.

Fig. VI. c.

dd.

quamvis tamen facile mihi fuerit eas dividere. Porro Fibrae hae simili fere modo aliae aliis instratae erant *o*, ac heic Amstelædami trabes peregre evehendas in ratem componere solent. Passim nimirum a se mutuo fecedebant, & media inter se spatiosa relinquebant: quo tale profus spectaculum nascebatur, quale Fibrarum Muscularium in Renum papillis decursus exhibet. Omnia tamen isthaec pulchrius in conspectum prodeunt, sicubi Oculi sectio a parte inferiore inchoatur: quemadmodum sub literis *qq*, quae easdem Fibras sistunt, est videre. Cujusnam indolis autem hae sint Fibrae, & utrum cum Cerebro *ss* communicent, perquam anxie investigavi, atque, ni fallor, deprehendi, eas revera Cerebro cohaerere: quin & ejusdem, ac Cerebrum, sunt coloris, nonnihil videlicet grisei, potissimum tamen carnei: unde & Corticales Fibrae mihi vocantur; quandoquidem Corticali Cerebri substantiae similes sunt. In Rajis itidem spectabilis admodum Nervus cernitur, ex Cerebro oriundus, in extremum definens valde tumefactum, qui, versus Os delatus, mirabiliter ibi in plurima utrinque filamenta distribuitur. Hisce filamentis etiam quodammodo respondent atque assimilari possunt dictae Fibrae; quamvis nervuli isti in Rajis minime ad visum, sed potius ad auditum vel olfactum, facere videantur: quod etiamnum restat inquirendum.

Infra hasce Fibras Corticalis cernitur Cerebri substantia, a cujus ingenio haud abludere videntur istae Fibrae. Substantiam isthanc *ss*, aequae ac Fibrarum *qq* materiem, cum Cerebro notabiliter communicare, imo ex hoc pululare heic manifeste conspicitur.

Cerebrum Apum ex quatuor constat paribus distincte conspicuarum particularum; quibus, ut quinta, accedit Medulla Spinalis in Cranio, five principium *r* illarum particularum: nec, praeter istas, ego quidem plures alias, nec & famosam illam Glandulam pinealem heic reperire valeo. Binae priores & anteriores, five etiam inferiores, particulae *c* nonnihil globosae sunt & pyriformes, duosque emittunt utrinque Nervos, heic bipartitos *dd*; qui tamen quoniam tendant mihi haecenus ignotum est. Reliqua tria particularum paria haud adeo manifeste hucusque a me detecta sunt, ac quidem modo descriptum par primum; quoniam ea cum supra memoratis tribus Ocellis dispersis, qui inter duos illos ante expositos Oculos majores, enarratis divisionibus distinctos, forma trian-

geworden. Vorders waaren deese Vesels op een gelegt met laagen *o*, ten naasten by gelyk hier te Amsterdam de balken gedaan worden, daarmen vloten van maakt, om te vervoeren: soo dat dan deese Vesels hier en daar van een weeken, ende tusschen spatien maakten. Dat sig even al eens vertoonden, als deloop van de spieragtige Veselen in de Tepelkens der Nieren: dan dit alles is beter te sien, als de sectie van 't Oog van onderen geschied, ende by *qq* aangeweesen wort, dat deselve Vesels syn. Wat dit nu voor een aard van Vesels was, en of se met de Hersenen *ss* communiceerden, heb ik seer angstig na gesogt, ende soo ik my niet en bedrieg, ook soo bevonden, synde vorder met de Hersenen van een couleur, een weynig grysagtig, dan lyfverwig. Waarom ik die Vesels van de bast der Hersenen noem, om dat se niet de bastagtige substantie der Hersenen over een komen. In de Roggen daar is te sien een seer merkelyke Senuw, die uyt de Hersenen spruyt, ende op haar eynde heel verdikt wort, en na de Mont geloopen synde, soo was sy aldaar wonder aardig in verscheide draatjes aan weersyden verdeelt, waar meede deese Vesels ook eenigzins over een komen ende vergeleeken kunnen worden. Hoewel die Senuwen in de Roggen niet tot het gesogt, maar tot het gehoor of de reuk daar schynen te dienen, dat nog ondersogt moet worden.

Nu onder deese Vesels vertoont sig een bastagtige substantie der Hersenen, van welkers natuur de beschreeven Vesels niet en schynen af te wyken: deese substantie *ss*, als ook die der Vesels *qq* siet men hier merkelyk met de Hersens gemeenschap te hebben, ofte daar uyt te ontspruyten.

De Hersenen in de Bye bestaan uyt vier paar kennelyke deelkens, synde het Ruggemerg in het Hoofd, of het begin *r* van die deelen het vyfde; kunnende ik geen meer deelen nogte ook die vermaarde Pynappel-klier alhier vinden. De twee eerste, en voorste of onderste van deese deelkens *c* syn een weynig globeus ende peeragtig van maaksel, waar uyt men aan weersyden twee Senuwkens *dd* siet gaan, die sig hier in twee verdeelen, dan waar na toe sy gaan, is my nog onbekent. De andere drie paar deelkens syn van my soo merkelyk nog niet ontdekt, als wel het genoemde eerste paar, alsoo sy met de voorige genoemde drie verspreide Oogkens, die tusschen de beschreeven twee groote Oogen met haar

Tab. XX.
Fig. 1. a.

triangulari *a* interpositi sunt, communicant & connectuntur: quamvis interim haecenus tam distincte, ac quidem in votis erat, haud poterim expedire modum, quo isthic nexus atque communicatio perficitur. Eorum, quae vere heic observavi, primum est, quod hi Ocelli itidem Cornea gaudeant pellucente: deinde, quod in eorum cavo quoque particula appareat colorata, quam Uveam vocare licet: verum cujusnam naturae illa sit substantia, quae subter hac Uvea datur, & num ea quoque pluribus constet fibris, an vero simplex fibra sit, haud determinare valeo; quamvis continua mihi substantia esse videatur. Infra hanc dein tertio tria illa mox memorata Cerebri particularum paria videmus constituta, quae intra eam veluti conclusa sunt. Atque hae sunt rationes, ob quas ista corpora Oculos adpello. Adde, quod Araneorum & Scorpionum Oculi, externa facie, similem profus in modum sint fabricati, laeves, splendentes, divisionibus nullis praediti, nec nisi dispersi, id est, vage super corpus dispositi, Ocelli dicendi. Aranea lupus, quae insultu tantum, nec textis retibus, suam captat escam, Oculos suos talem quoque in modum collocatos gerit. Atqui Aranea haec exquisitissimo & incredibiliter acuto pollet visu, si cum aliis Araneis conferatur: utpote quae caecas veluti & motu destitutas simulat; ut praeda, si qua in earum retia se impedit, tanto certius potiri queant. Interim haecenus nondum detexi, quaenam sit fabrica interna trium illorum. Apis Ocellorum. Porro

Fig. 11. b. litera *b* monstrat itidem Cerebrum, seu potius alterum par particularum Cerebri, & quam ratione Corticalis Cerebri substantia, Fibris desuper ablatis, exinde prognoscatur. Literae dein *ee* tertium & quartum par particularum, sive Cerebellum, seorsim, tum quomodo hae particulae inter se communicent, ostendunt: quae vero ex iis oriuntur, Corticales Fibrae *nn* icone quarta in situ suo repraesentantur. Ut Medullae Spinalis principium *r* in situ conspiciatur; necessum est Oculi sectionem a parte ima, sive qua Caput cum Thorace conjungitur, ordiri. Quod si igitur Caput osseum vel corneum ibidem tantummodo removeris; mox Pinguedinem videbis, & initia Fistularum aëriferarum, quae satis heic numerosae dantur: harumce rami majores versus superiora sese distribuunt; minores autem cum Pinguedine similem in modum connectuntur, ac racemi scapus cum ejusdem bac-

Fig. 17. m.

Fig. 7. r.

haar verdeelingen driehoekig *a* in geset syn, communiceren, en daar aan vast syn, het welk hoe het toegaat, ik egter soo klaar, als ik wel gewenst heb, tot nog toe niet en heb kunnen ontdekken. 't Geen ik ondervonden heb is, eerst dat deese oogkens meede een Hoornvlies hebben dat doorlugtig is. Ten tweede, dat sig in haar holligheid meede een deelken dat gecouleurd is vertoont, en 't geen men voor het Druyvevlies kan neemen; dan wat het voor een substantie is, die op dit Druyvevlies volgt, en of die meede in Vesels gedeelt is, en of het een enkele Vesel is; kan ik niet seggen, hoewel het my dunkt een aaneenhangeende substantie te syn. Hier na of ondersiet men ten derden de drie aangerorde paar deelkens der Hersenen volgen, die daar in als gestooten worden; ende om welke reedenen ik haar Oogen noem. Waar by kan gedaan worden, dat de Oogen in de Spinnen ende de Scorpionen, uysterlyk aan te sien, van het selve maaksel syn, glad glimmende, ende sonder verdeelingen, ende niet als verspreide, dat is hier ende daar op het lichaam gesette oogkens synde. In de Wolfspin, dewelke syn aas met een sprong en sonder spinnen betrapt, staan de Oogen meede soo geplaatst; en is deese Spin van een ongemeen ja ongeloofelyk gaau gesigt, ten aansen van andere Spinnen, die haar als of se blind waren, en sonder bewegen houden, op dat sy, als het aas in haar netten sig vast hegt, dat te beter betrappen souden. Egter hoe deese drie Oogen van binnen syn van maaksel, heb ik tot nog toe niet ontdekt. De letter *b* vertoont vorder de Hersenen of het tweede paar deelkens der Hersenen, als ook hoe de bastagtige substantie der Hersenen, als de Vesels daar afgenomen syn daar uyt spruyt: gelyk de letteren *ee* het derde ende vierde paar deelkens of kleene Hersenen apart vertoonen, als ook hoe se onder een communiceeren: maar de bastagtige Vesels *nn* die daar uyt spruyten, syn in de vierde Afbeelding in haar plaats vertoont. Om het beginsel des Ruggemergs *r* op syn plaats te sien, soo is het nodig, de sectie van het Oog van onderen, ofte daar het Hooft sig met den Borst vereenigt, te doen. Als men het beenig of hoornig Hooft aldaar effen weg genoomen heeft, soo siet men dadelyk het Vet ende de beginselen der Luchtpypen, die in eenige quantiteit daar syn; gaande de grootste takken naa boven,

Kk kk kk z

cb

- culis; unde visu elegans nascitur spectaculum. Unum praeterea vel duas ibidem membranas a Cerebro separare oportet; antequam Medullae principium in conspectum prodeat. Tum vero quam nitidissime ibi conspicitur altera illa species Fibrarum Oculi *qq*, quas Corticales vocavi, & sub lit. *nnn* repraesentavi in praecedente figurâ Oculi, cujus sectio a superioribus erat inchoata. Simul tunc pulcherrime cerni potest inferior facies substantiae Cerebri Corticalis *ss*, quae Fibras corticales ex parte contegit. Praeterea Corticalis isthaec substantia etiam heic in medio divisa esse videtur; quae tamen divisio, ab altero latere, tenui quadam Membrana obtegitur. Particulam hanc ejusque divisionem literis *aa* notavi in figurâ sexta, quae sectionem superne institutam sistit. Medulla *r* tunc, uti dictum est, inter substantiam Cerebri corticalem quam elegantissime interposita adparet; simulque videre est, quomodo ea cum Corticali Cerebri substantiâ ex parte communicet atque conjuncta sit. Verum Medullam sigillatim deinceps totam, una cum omnibus suis Nervis, icone exprimam, & in gloriam Summi Conditoris describam. Id solummodo heic adhuc notari velim, quod litera *y* primum Nodulum, quem Medulla extra Cranium constituit, monstrat; ita tamen, ut altera icone superne, altera inferne, locatus conspiciatur. *zz* Pyramidales sunt Fibrae Oculi, utrinque nonnisi Cornea sua orbat. *uu* Crassissimam notat Fibrarum partem, locumque illum, quo maxime coloratae sunt. *x* Internam Oculorum ostendit Tunicam, ante sub lit. *i* Fig. I. superne demonstratam, in qua Fibrae pyramidales terminantur.

Porro heic, circa Capitis inferiora, nonnullae adhuc Oris partes conspiciuntur, una cum binis corneis particulis prominentibus, pugniculorum aemulis, in quibus Dentium vel Mandibularum Musculi ex parte defixi sunt, tum & Musculi principio Oesophagi proprii. Verum praetereo isthaec omnia: neque & describam auditus olfactusque organa; quandoquidem horumce nulla hactenus vestigia observare mihi licuit: quamvis vix crediderim, Omnipotentem Creatorem, qui tam mirabiliter constructo visus organo Apes impertivit, aliorum sensuum organa ipsis denegasse. At tanta est nostrarum virium imbecillitas, ut ne

en synde vorder het Vet aldaar met de teere takkens der Longpypen samengehegt, als de steel van een bos Druyven met deselve vereenigt is, dat aardig te sien is. Een of twee Vliesen moet men ook van de Hersens aldaar nog aflagten, eer men het beginfel des Mergs komt te sien. Alwaar sig dan seer net vertoonen, de tweede soorte van Vefels *qq* der Oogen, die ik bastagtige genoemt heb, en die ik by de letteren *nnu* in de voorgaande Afbeeldinge, wanneer de sectie van bovenen geschiede, heb aangeweesen. Soo vertoont sig dan ook seer net de bastagtige substantie der Hersenen van onderen *ss*, die de bastagtige Vefels voor een gedeelte bedekt. Deese bastagtige substantie schynt in het midden nog gedeelt te syn, maar het welk aan de andere syde met een dun Vliesken nog bedekt is. Dit deelken in syn verdeling is, als de sectie van bovenen geschiede, met de letters *aa* in de sesde afbeeldinge aangeweesen. Het Merg *r* als gesegt vertoont sig dan tuschen de bastagtige substantie der Hersenen seer net in geplaatst, daar neffens dan te sien is, hoe deselve met de bastagtige substantie voor een gedeelte communiceert en vereenigt is. Dan het Merg sal ik bysonderlyk ende in syn geheel in 't vervolg met alle syne Senuwen afbeelden, ende tot roem van den grooten Maaker beschryven. Alleen is hier nog te weeten, dat de letter *y* het eerste knoopken, dat het Merg buyten het Hooft maakt, vertoont, het eene van bovenen, het andere van onderen. *zz* Syn de pyramidale Vefelen van het Oog, aan weersyden effen van haar Hoornvlies ontbloomt. *uu* Betekent het dikste gedeelte der Vefels, als ook de plaats daarse het meest gecouleurt syn. *x* Wyft het inwendig Vlies der Oogen aan, daar de pyramidale Vefels op eyndigen, dat de letter *i* in de eerste afbeeldinge van bovenen vertoont heeft.

Nog syn alhier onder in 't Hooft te sien, eenige deelen van de Mond, met twee hoornagtige wyfstekende deelkens als stilettten, daar de Spieren van de Tanden of Kakebeenen voor een gedeelte ingeplant worden, als ook de Spieren van het begin des Slokdarms, dat ik alles voorby gaa; gelyk ook het beschryven van de werktuigen des gehoors ende des reuks, dan daar ik geen tekenen nog van gesien hebbe. Hoewel die Almagtige, die haar het gesigt soo wonderlyk gemaakt heeft, haar ook van die werktuigen niet misdeekt sal hebben: maar soo groot is ons

naturalibus quidem capiendis atque intelligendis simus pares.

In Piscibus, multisque aliis Animantibus, modo dicta organa invenire quoque perdifficile est; quandoquidem ea nullo penitus foramine externo patent. Sic in Chamaeleonte observavi, ostium organi auditus intra Os aperiri: quod ipsum etiam in Rana obtinet. Unde necessum est, ut cognita unius Animantis fabrica ad constructionem alterius facem praeferat, viamque nobis monstrat: Anatome enim comparata & fidelissima est & liberalissima magistra; quum, quae in alio Animante conspectu difficiles sunt & perquam obscurae partes, in alio nonnunquam distinctissime videri possint. Hinc antequam Oculos missos faciam; prius ea breviter heic subjungam, quae in aliis quibusdam Insectis circa Oculos vidi atque observavi.

Descripti haecenus Oculi similem in modum in Ape vulgari quoque sabrefacti sunt: id tamen datur discrimen, quod in hac supra modum minores sint, adeoque notabiliter etiam parciore gaudeant fibrarum internarum numero. Verum ut ordine procedam: velim heic animadverti, quod, si Cranium una cum Tunica Cornea, simulque Cornea trium Ocellorum singularium, eodem tempore de Capite tollitur; ilico tunc inter Oculos, divisionibus interstinctos, & subter Antennis, duae observentur Vesiculae pneumaticae, oblongae, quas in Masculi Capite nequaquam conspexi, levitatem forte concilians Api vulgari, ut ad evolandum agilior sit. Praeterea in Capite vulgaris Apis major multo datur Pinguis copia, quam in Capite Maris. Pingue isthoc tenuissimo super vitro positum atque relictum, donec exsiccetur, penitus pellucidum fit; quoniam tenellae ejus membranulae connectentes, albae, sic arescunt: unde tunc Fistulae etiam Pulmonales, per Pinguedinem hanc distributae, simul conspicuae redduntur. Mira autem ratione Pingue istud veluti concatenatum atque incurvatum heic sub Cranio haeret. Porro Fibrae musculosae Mandibularum numerosiores heic conspiciuntur, quam in Capite Maris. Cerebrum vero, Fibrae transversae corticales sive cinereo-griseae, ipsaque substantia Corticalis, heic simili penitus modo, ac in Capite Masculi, constituta sunt, clarius tamen & facilius examinanda; quandoquidem superne collocatae inversaeque Fibrae pyramidales in Ape vulgari pauciores sunt, nec multum adeo impe-

diunt,

onvermoogen, dat we zelfs de natuurelyke saaken niet vatten kunnen nogte ook begrypen.

In de Visschen, ende in veel andere Dieren, syn de geseide werktuigen meede moeyelyk te vinden: alsoo daar omtrent geheel geen openingen van buyten syn, gelyk ik dat in de Chameleon ook geobserveert hebbe, alwaar de ingang van het geboor in de Mont is, gelyk het selve ook soo in de Kikvorsch plaats grypt. Waaron de constructie van het eene Dier dat van het andere dan moet verligten ende verklaaren, want een gecompareerde Anatomie leert ons het meeste ende het sekerste. Want de Deelen, die duyster en swaar in het eene Dier te sien syn, syn dikmaals seer klaar in het andere te bemerken. Hierom eer ik van de Oogen afscheide, soo sal ik daar kortelyk by voegen, wat ik ook in eenige andere Insecten daar van gesien ende geobserveert hebbe.

In de gemeene Bye syn deese beschreeve Oogen op deselve wys van maaksel, dan egter met dit onderscheit, dat se ongemcen kleender syn, ende de inwendige Vesels alsoo in een seer merkelyk minder getal. Dan om ordentelyk te gaan, soo is alhier aan te merken, dat, als men het Bekkeneel te gelyk met het Hoornvlies, ende het Hoornvlies van de drie particuliere Oogkens op de selve tyt van 't Hooft afigt, dat seg ik, men dan ten eersten, tusschen de Oogen met verdeelingen, ende onder de Hoornen, gewaar wort twee langwerpige Luchtblaaskens, die ik in 't Hooft van 't Manneken niet gesien en hebbe, ende mogelyk tot de ligtigheid in 't uytvoligen in de gemeene Bye doen; alsoo is ook hier in 't Hooft van de gemeene Bye veel meer quantiteit Vet, als in dat van 't Manneken. Als men dit Vet op een seer dun stuksken glas legt, ende dat daar op laat droogen, soo wort het heel doorlugtig; alsoo de twee witte, en samenhegkende Vlieskens van het selve als dan opdroogen, waar door dan ook de Longpypen in dit Vet sigtbaar worden. Seer aardig, kettingwys ende gebuogen is het Vet hier onder 't Bekkeneel geplaatst. Nog syn alhier de spieragtige Vesels van de Kakebeenen in meerder quantiteit te sien, als in 't Hooft van 't Manneken. De Hersenen, de dwarse bastagtige of asgraauwe Vesels, met dan de bastagtige substantie, is hier al op de selve wyse als in 't Hooft van 't Manneken, dan klaarder ende ligter om te onderzoeken, ende dat, alsoo de bovenstaande ende de verkeerde pyramidale Vesels minder in 't getal syn,

L1 11 11

endē

diunt, quo minus subjacentia queant videri.

Vespaee Oculi fere similiter sunt constructi: at externâ, aequae ac internâ, figurâ phaseolum Turcicum quasi referunt; quum ad latera Antennarum nonnihil introrsum curventur, tanquam si ibi loci particula quaedam inde excisa foret. Fibrae internae, uti dictum, externis divisionibus respondent: cum enim a quavis divisione pyramidalis Fibra porrigatur; necessum est, Oculi figuram internam exteriori penitus similem fieri.

In multis Insectorum speciebus notabilis simul atque mirabilis cernitur, ratione externae Oculorum figurae, diversitas. Quomodo Naticornis Oculi comparatus sit, data ejus icon ostendit.

In *Goedartii Ape*, seu *Musca stercoraria*, Oculi propemodum similiter, ac in *Ape vulgari*, fabricatus est: sub Corneae enim ejus divisionibus itidem ingens Fibrarum pyramidalium, inversarum, numerus collocatus invenitur. Hisce Fibris cum Cornea abruptis, longe elegantissima sese visui offert materies rubra, nonnihil purpurascens: at sicubi Cornea a Fibris pyramidalibus, sine harum laesione, amovetur, nonnihil flavescens eae apparent. Innumerae pariter in hoc Oculo dantur Fistulae aërierae, & perquam copiosa Pinguedo.

In *Perla*, *Libella*, seu *Musca Pavone D. Hookii*, *Anglis Dragonfleis*, nostratibus *Puystebyter* & *Rombout dicta*, Oculi, ratione externarum suarum divisionum, internarumque Fibrarum pyramidalium, notabiliter ab Oculo *Apum* discrepat: superiores enim divisiones in eo longe majores sunt, quam inferiores, internaeque pariter Fibrae pyramidales inversae, quae superioribus divisionibus respondent, magnitudine multum vincunt illas, quae cum inferioribus divisionibus committuntur. Color Fibrarum pyramidalium majorum est purpurascens; minorum vero pallide nigrescens. Sane operae pretium foret aliquid temporis hujusce Oculi examini impendere; quum memoratarum Fibrarum species maxima in eo admodum distincte spectabilis sit, & commode satis tractari queat: accedit, quod in sexangularibus harum Fibrarum divisionibus, quae in Corneae cavitates recipiuntur, quaedam adhuc mysteria recondita atque obsignata esse videantur. At spero, fore ut alio isthaec tempore a me adhuc investigari queant; quando nimirum multas earum, quas haecenus proposui, obser-

ende de onderleggende deelen haar gesigt niet veel beletten.

De Oogen van de Wespe syn ten naaften by van het selve maaksel, dan haar figuur, soo uytterlyk als innerlyk, is als een turkse Boon, en aan de Hoornen een weinig inwaarts wykende, even als of daar een stuksken in uyt geholt was; de inwendige Vesels volgen als gesegt de uytwendige verdeelingen. Want alsoo van ieder der selve een pyramidale Vesel afkomt, soo wort de inwendige structuur van 't Oog de uytwendige geheel gelyk.

In veel soorten van Insecten, siet men omtrent de uytwendige figuur der Oogen een merkelyk en ook wonderlyk onderscheit; hoe het omtrent het Oog van de Neushoorn gestelt is, kan aldaar in syn figuur nagesien worden.

In de Bye of Strontolieg van Goedaart is het maaksel van het Oog ten naaften by op deselve wys, als in de gemeene Byen: onder de verdeelingen des Hoornvlies staan meede een groot getal omgekeerde pyramidale Vesels; als deselve met het Hoornvlies afgebrooken worden, soo vertoont sig het schoonste root, een weinig naa 't purper trekende, dat men ooit sien kan. Maar soo het Hoornvlies van de pyramidale Vesels wort afgenomen, dat se ongeschonden syn, soo vertoonen se haar een weinig geelagtig. Oneyndige Luchtpypkens syn er meede in dit Oog, ook veel Vet.

In de Rombout of Paauw-Vlieg van de Heer Hooke, Dragonfleis in 't Engels, ende by ons Puystebyter ende Rombout geheeten, daar is het Oog, ten aansien van syn uytterlyke verdeelingen, ende innerlyke pyramidale Vesels, merkelyk van dat der Byen onderscheiden; want de bovenste verdeelingen van het Oog syn aldaar veel grooter als de onderste, gelyk ook de inwendige omgekeerde pyramidale Vesels veel grooter syn, die in de bovenste verdeelingen sluyten, als die, dewelke in de onderste verdeelingen sluyten. De couleur van de grootste pyramidale Vesels is purperagtig, en die vande kleene is bleek swart. In dit Oog was het de moeite waard eenigen tyt sig te oeffenen, om dat de grootste soort der gesegde Vesels aldaar seer kennelyk en makke-lyk genoeg om te handelen syn: en ook, om dat in haare seshoekige verdeelingen, die in de holligbeden van het Hoornvlies sig insluyten, nog eenige verborgenbeden schynen opgeslooten en verzegelt te syn; dan dat hoop ik op een ander tyt eens te onderfoeken, wanneer ik veel van myn voorgestelde observatien nog eens wat nauwer op de proef stellen sal, want onder soo veel saken die daar verhandelt syn, en waar omtrent niet. altyt de beboo-

vationum exactiori denuo examini sum sub-
jecturus: in tanto enim rerum, de quibus in
iis actum est, numero uti non potuit non re-
quisitae attentionis vigor quandoque elangue-
scere; ita me forsan alicubi nonnihil alluci-
natum esse haudquaquam negavero.

Oggerere quis heic posset, quod partes hacte-
nus descriptae non sint Oculi: at sane nihil est
manifestius atque evidentius. Nunquam satis
laudandus *Hookius* varia instituit ad hoc evin-
cendum experimenta: inter alia nempe Oculos
hocse vulneravit, partemque eorum quandam
rescidit; quo factum est, ut omni penitus visu
privata fuerint Animalcula. Verum levio-
re labore isthoc experimentum institui potest;
praeterquam, quod fauciatio dolorque nonnullam
simul circa visum mutationem efficiant. Qua-
propter aliud nihil huc requiritur, nisi ut Ocu-
lis istis pigmenti nigri oleo temperati tantillum,
ope penicilli, illinatur: inde enim ilico caeca
redduntur haec Animalcula, omnibusque mox
actionibus suis defectum visus liquido com-
monstrant: quod quidem potissimum circa il-
las Muscas, quarum Oculi pilis carent, ideo-
que facile colore obduci possunt, experiri licet.
Mirum sane est visu, quam cicur ilico & tracta-
bilis evadat Musca, cum Oculi ejus ita pigmen-
to oblitii sunt: quovis enim momento se-
met apprehendi sinit: quando autem currit
aut volat, quaquaversum offendere eam vide-
bis: quod ubi inter volandum ipsi evenit,
tunc ea, pilae instar, ab obstaculo reper-
cutitur; nisi forte suorum ope unguiculorum
satis expedite semet defigere, lapsumque sic
evitare noverit: prout equidem nonnunquam
observare mihi contigit.

En! Haec est fabrica Oculi Apum aliorum-
que quorundam Insectorum. Hujuscemodi O-
culi iconem, magnitudine tamen aucta, ex
Libella descriptam, exhibere conatus est in sche-
mate 23 & 24 nunquam satis depraedicandae
Micrographiae suae *Cl. Hookius*. Verum quo-
nam pacto visus in Apibus, aliisque Insectis,
perficitur? Respondeo, quod Oculi constru-
ctio meridiana luce clarius ostendat, visum ibi
haud, uti in nobis, multisque aliis Animanti-
bus, radiorum luminis, per Pupillam transeun-
tium, collectione super *Retina*, sed solummo-
do per *Fibrarum pyramidalium, inversarum*, a
propulso per *Corneam* lumine contactum seu
attactum fieri. Oculi igitur isti ita comparati
sunt, ut rerum species per simplicem luminis
reflexi appulsum queant excipere: qui sane mo-
dus

relyke yver heeft kunnen plaats hebben, daar sou
wel mogelyk hier of daar eenig misgreepje onder
gesloopen kunnen syn.

*Men sou hier nu kunnen voorwerpen en seggen,
dit geen Oogen te syn, dan niets is daar klaarder
en sekerder: den onvolpryselyken Hooke om dit te
bewyzen heeft hier omtrent verscheide proeven ge-
noomen; als onder anderen met deese Oogen te
kwetsen, ende wat af te snyden, waar door dan
al haar gesigt benomen wort. Maar men behoeft
soo veel moeyten niet te doen, om deese proef te
neemen, behalven dat de kwetsing ende de pyn ook
nog eenige verandering in, of omtrent het gesigt
maakt: waar om daar niet anders te doen is, als
deese Oogen met swarte olie verw met een penseel
een weinig te overstryken, soo worden deese Dier-
kens dadelyk blind, dat se dan dadelyk in alle baare
actien klaarelyk toonen; als voornamelyk omtrent
Vliegen, die geen hayr op haar Oogen hebben, ende
alsoo ligtelyk te beschilderen syn, te onder vinden
is. 't Is aardig te sien, hoe een Vlieg, wanneer
syn Oogen soo beschildert syn, dadelyk mak ende
handelbaar wort, ende sig op alle ogenblikken laat
grypen: wanneer hy loopt of vliegt, soo stoot hy
over al aan, en soo hy in 't vliegen dit doet, soo
stuyt hy als een bal weer om, ten sy hy met syn
klaauwen sig vaardig genoeg weet vast te houden;
ende syn val te ontkomen, dat ik wel gesien heb-
be.*

*Siet dit is dan soo de structuur van 't Oog der
Byen, en van eenige andere Insecten. Het welk
de Heer Hooke van de Rombout, in syn 23 en 24
schema van syn onvolpryselyke Micrographia, na
't leeven, dan in 't groot heeft tragten en poogen
af te beelden. Maar hoe geschiet nu het gesigt
in de Byen, ende de andere Insecten? waar op ik
segge, dat de structuur van het Oog soo klaar als
den dag leert, dat het niet en geschiet als in ons,
ende in veel andere Dieren, door de verzameling
der lichtstraalen door den Oogappel doorgaande in het
Netwyse Vlies, maar door een enkele aanraking van
de omgekeerde pyramidale Vesels, van het licht door
het Hoornvlies voortgedreeven. Soo syn dan deese
Oogen soo gestelt, dat se de gedaantens der dingen,
door een enkele voortstooting van het weeromgekaats
ligt, kunnen ontfangen, dat waarelyk een uytërma-*

dus sentiendi non potest non quam vividissimus esse. Quandoquidem vero Pupilla heic nunquam, uti in nobis, sese contrahit, neque & foramine gaudet; hinc omnino necessum est, ut visio in Insectis admodum perfecta fiat, ob numerum ingentem radiorum, qui indefluenter in Oculos incidunt. Hinc etiam est, quod Insectorum multa de nocte videant: Perla ideo quoque quam expeditissime escam suam inter volandum captat. Visus igitur, quo Insecta gaudent, nulla penitus ratione cum nostris Oculis, aut cum Camera obscura, in qua rerum species, reflexionis ope, super charta aut panno albicante pinguntur, in comparationem venire potest. Hac occasione recordor illius historiae, quam Illustris & Excellentissimus Boyle, in suo de Coloribus tractatu, de caeco Vermaas narrat, qui, tinctarum taeniarum asperitates distinguendo, diversos harumce colores solo digitorum tactu accurate internoscere sciebat. Talis nimirum visus, quum tactu perficiebatur, videndi modo, qui in Oculis Insectorum obtinet, aliqua ratione similis est. Attamen quomodo isthaec visio vere in Insectis peragatur; & quonam motu ingens ille Fibrarum pyramidalium numerus ab incidente lumine cieatur; tum qua ratione motus iste cum subjacentibus membranis reticulatis commuicentur, & ab his deinde ad infra positas fibras transversas, ab his iterum ad Corticalem substantiam, ab hoc rursus ad Nervos, tandemque ad principium Medullae sive Cerebrum transferatur; id equidem nemo, nisi Solus Ille, qui Totus Oculus est, explicaverit. Is Ipse etiam Solus edocere potest, an species visibiles super Uvea sistantur, nec ne. Mihi heic sufficit meam profiteri impotentiam, & Oculi hujus exposita constructione, Conditoris maximi, summi illius Artificis, laudes alta voce exclamare. Fateor praeterea, me haec observationes novissimo mense Septembri hujusce anni 1673 cum suavissima animi oblectatione instituisse, majoremque inde cepisse voluptatem, quam si aliquot centenis annis auctus fuisssem. Spero enim, fore ut haec quoque res Omnipotentiam & nullis circumscriptam limitibus DEI Potestatem propalet, frigentiaque illa pectora, quae Divinam circa haecce Animalcula Providentiam etiamnum negant, ardentissimo erga suum Conditorem amore incendat. Et sane id unicum si nostris laboribus obtineremus, maximo nos gaudio afficere deberet: hunc enim solummodo in finem, nequaquam vero tem-

ten teer gevoelen moet syn, en, alsoo de Oogappel sig hier noit toe sluyt, nog een gat heeft, als in ons geschiet, soo moet het gesigt in de Insecten al vry volmaakt syn, van wegens het groot getal der straalen, die se geduurig kunnen ontfangen. Waaron ook een groote menigte der Insecten by nacht siet; en de Rombout vangt syn voetsel seer veerdig in de vlugt. Waaron dan dit gesigt der Insecten zelfs niet in het minste, ofte eenigzins met onse Oogen, ofte een zo genaamde donkere kamer, alwaar de gedaantens der dingen op een papier, of wittendoek door weeromkaatsing geschildert worden, kan vergeleken syn. Het welk my in gedagten brengt, 't geen de vermaarde en uitnuntende Boyle van den Blinden Vermaas in syn boek van de couleuren verbaalt, dewelke door de rouwbeeden in de geverwde tapyten te onderscheiden, haare onderscheide couleuren, alleen door het aanraaken der vingeren, distinctelyk wist te onderkennen; het welk sien dan door het gevoelen eenigzins met het sien van de Oogen in de Insecten over een komt. Maar hoe nu dit gesigt eygentlyk in de Insecten te werk gaat, ende wat beweging deese groote menigte van pyramidale Vesels van 't opvallende licht krygen; hoese die aan de onderleggende netwyse vliessen meede deelen, die weer aan de onderleggende dwarsche Vesels, deselve aan de bastagtige substantie, en die weer aan de Senuwen, het begin des Mergs, of de Hersenen overvoeren, dat kan alleen de geheel Geoogden explicieren; en ook seggen, of de zienlyke gedaantens in het Druyvenvlies staan blyven of niet. Het is my genoeg alhier myn onvermogen te bekenen; en naa de structuur van dit Oog voorgestelt te hebben, den lof van den grooten Maaker, die Opperkunstenaar, luyt uyt te kryten. Nog beken ik alhier, dat ik met de grootste vreugt ter weerelt, nu laast in September, in dit Jaar 1673, deese observatien gedaan hebbe, ende dat met meer genoegen, als of my eenige honderden jaarelyks toegelegt waaren: want ik hoop dat ook deese saak GODS Almagtigheid ende onbepaalde Mogenheid sal uyt doen klinken, ende die koude sielen, dewelke syne voorsienigheid omtrent deese Dierkens lochenen, in een brandende liefde tot Hem haaren Maaker ontfonken: Ende als dat geschiede, dat alleenig behoorde onse vreugde aan te ontfsteeken; ende daar

pus fallendi, aut gloriam nomenve immortale consequendi gratia, opera DEI sedulo peruestigare fas & aequum est.

Eodem tempore quoque vidi, Antennis five Cornibus singulis, qua cum Capite articulantur, tres quatuorve distinctos admodum datos esse Musculos, quorum ope Cornicula variis modis moveri, hincque & visum adjuvare, & oculos ab allifu atque injuria defendere possunt. Musculos reliquorum, quibus Antennae constant, articulorum haud indagare tentavi: tanta enim est eorum parvitas, ut simul & Oculus, & manus, & ingenium, & instrumenta nostra iis evolvendis imparia sint. Idem de Fibris muscularibus Mandibularum five Dentium dictum esto; utpote quarum summam in fabrica concinnitudinem penitus excutere, aut pro dignitate describere vel delineare aequum valemus. De plumatilibus Capitis Pilis simul, ubi de illis Thoracis ago, nonnulla dicam: quapropter ad Thoracis descriptionem nunc me confero.

Quantum ad externam Pectoris figuram: superne id subrotundo-convexum est; versus posteriora autem nonnihil denuo sinuatum prominulo margine circa extremitatem suam ornatur. Anterius utrinque comparent Scapulae, quibuscum Alae articulantur: paullo inferius, utrinque sub Alis atque Scapulis, Puncta Respiratoria cernuntur, quorum ostiola heic ovata sunt, & corneo margine in ambitu munita. Prona Pectoris facies in duas divisa est partes, quae quidem, nonnihil oblique & flexuose dorsum porrectae, huic suo inferiori extremo commissum monstrant ultimum Pedum par: quemadmodum cum Pectoris anterioribus par Pedum primum articulatur; quod tamen plerumque, sicubi Caput a corporis trunco abstrahitur, Capiti adhaerescens simul cum hoc avelli observatur. Substantia Pectus corneo-ossae gaudet, & aequae supra, ac infra, & ad latera, Pilis plumatilibus obsitum est, qui superiore potissimum in Pectoris regione aequalis inter se magnitudinis & longitudinis sunt. Pili hi, qui per universi corporis superficiem distribuuntur, adeoque in Capite etiam Apis vulgaris operariae, nec non inter & subter Antennas Marium, heic occurrunt, omnes, uti dictum, atque in principio etiam repraesentatum est, plumatiles sunt, lanugini Cygnorum, dispersive similes plumulis pilosis, singularibus, ad Pavonum caudam conspicuis, quarum medium cauliculum exigui pili laterales dispersi, id est, a se mutuo diffiti, stipant.

An-

om alleenig, ende niet tot tytverdryf, of glorie, of een onsterfelyke naam, moft men GODS werken neerstig onderzoeken.

Op de geseide tyt heb ik nog gesien, dat ieder Hoorn, ter plaatse daar se met het Hoofd articuleeren, drie a vier onderscheide Spieren tot beweeging was gegeven, waar door dat Hoornken, dan verscheidelyk kan bewoogen worden, ende dienen om het gesigt te helpen, ende voor aanstooten ende kwetsen te bewaaren. De Spieren van de vordere articulatiën van deesen Hoorn, heb ik niet getragt te onderzoeken, want oog, hant, verstant en instrumenten, syn daar al te saam om haar groote kleenheid te onvermogen toe: gelyk als se ook syn, om de uysterste nettigheid van het maaksel der spieragtige Vesels van de Kakebeenen of Tandem te ontleeden, of te beschryven, of af te maalen. Van de pluymagtige Haayrkens in 't Hoofd, sal ik te gelyk met die van de Borst iets seggen; waarom ik my dan kortelyk tot de verhandeling van deselve begeeve.

Wat de uysterlyke figuur der Borst belangt, de selve is van boven rondagtig, verheven, en dan naa agteren weer wat inbuigende, soo is sy op haar eynde met een uystekent rantken verciert. Aan weersyden naa voren vertoonen haar de Schouderblaaden, daar de Vleugelen meede gearticuleert worden: een weinig lager syn aan weersyden onder de Vleugelen, als ook onder de Schouderbladen, de ademhalende stippen te sien, wiens openingen alhier ovael gewys syn, met een hoornbeenagtig rantken in den omtrek. Van onderen is de Borst in tweek verdeelt, welke verdeelingen wat schuynagtig ende geboogen nederwaarts gaan, alwaar dan onder aan het laatste paar Beenen gearticuleert worden. Synde het eerste paar voor aan den Borst gearticuleert, die meest altyt, als men het Hoofd van 't lichaam trekt, dat selve volgen, ende daar aan vast blyven. De substantie of het maaksel van de Borst is hoornbeenagtig, en soo van bovenen, van ter syden, als van onderen met pluymige Haayrkens beset, die voornamentlyk boven op de Borst van een gelyke grootte ende langte syn. Deese Haayrkens, die het gansch lichaam over staan, ende alsoo selfs meede op het Hoofd van de gemeene Werkbyen, ende tusschen en onder de Hoornen hier in de Mannekens gevonden worden, syn als gesegt ende ook in 't begin afgeteekent, altemaal pluymagtig, op de manier als het dons der Swanen, ofte de verspreide enkele Haayrveederen aan de staarten der Paauwen, alwaar het middelste schafken met verspreide, dat is van een staande syhaayrkens beset is.

Mm mm mm

Eer

Antequam nunc ad internarum partium Anatomem progrediar; libet iteratò repetere, quod Apes bombum suum vi Alarum duntaxat producant: quandoquidem Alae membranaceae tenues, mobiles, Scapulis adjunctae, aëris ex subtus positae Fistulis Pulmonalibus propulsi interventu, ejusmodi strepitum facile excitare possunt. Neque enim, quod probe notandum est, ulla Puncta Respiratoria in os aperiuntur: accedit, quod Proboscidis angustiae etiam haudquaquam aptae forent modulando aëri; si hujus quidpiam forte e ventriculo, in quo e quidem aërem offendi, eò impelleretur. Muscarum Alae mirifico modo ea parte fabricatae sunt, qua stridori ciendo inserviunt: quanquam tamen fabrica isthaec in aliis & aliis Muscis longe sit diversissima. Locustarum nonnullae mutuo Alarum collifu sonitum edunt; hisque eum in finem circa Alae regionem posteriorem, prope Pectus, particulam quandam singularem impertivit Natura, quae commota, bracteae instar, distinctum sonitum producit. Aliae Locustarum species Alas suas cruribus affricando sonum excitant. Grilli & Grillo-talpaetidem Alarum suarum adminiculo aërem ita modulantur, ut Gryllarum ille crepitus inde nascatur. Cicada duobus gaudet exiguis tympanis, peculiaribus, nostro auris tympano similibus, quae, duarum ope cartilagineum lunatarum percussa, aërem ita vibrant, ut sonitus inde reddatur. Scarabaei corneas capitis sui partes articulationibus pectoris, caudaeque partes vaginis alarum, fortiter adfricando resonant. Omnia autem Insecta, quibus Natura singularia dedit ad concitandum sonitum organa, sexus masculini sunt: quemadmodum in Locustis, Cicadis, aliisque est videre, quorum Foemellae nequaquam canorae sunt. Circa Apum Alas id praeterea animadvertere juvat, quod passim Pilis horreant; & quod Venae sive Nervi, in iis conspicui, non sint nisi Fistulae aërierae differtitae, quarum ope, uti alibi verbis & icones jam expressimus, Alae maximam partem dispanduntur.

Contenta Thoracis varia sunt: Fibrae nimirium motrices Crurum, Alarum; tum nonnullae, quae Abdomini, aliae, quae Collo movendo destinantur. Hae Fibrae musculosae totum propemodum Thoracem replent. Partes reliquae haec reperiundae sunt Fistulae Pulmonales, Pinguedo, Gula, & Medulla Spinalis: quae quidem omnia sicco nunc pede praeteri-

Eer ik nu tot de ontleding der inwendige deelen gaa, soo sal ik nog eens verbaalen, hoe dat de Byen haar geluyt alleen met de Vleugelen maaken, die vliefig dun ende beweegelyk synde, met hulp der Schouderbladen, ende de uytgedreeve lucht uyt de onderstaande Longpypen, dat ligt te weege brengen: want geen Luebtopeningen, daar wel op te letten is, gaan den mond uyt, behalven dat de engte van den Snuyt, ook te nauw om de lucht in te moduleeren sou syn, in geval dat 'er iets uyt de Maag kwam, daar ik wel lucht in gevonden heb. Wonderlyk syn de Vleugelen der Vliegen gemaakt, ter plaatse daar se haar geluyt formeeren: hoewel egter dat het maaksel van de eene Vlieg van dat der andere seer veel daar omtrent verschilt. De Sprinkhaanen, daar van maaken eenige haar geluyt, met de eene der Vleugelen op de andere te zwaayen, alwaar dan een particulier deelken agter in de Vleugel by de Borst van de Natuur geformeert is, dat als het klatergout beweegt synde, een distinct geluyt geeft. Andere soorten van Sprinkhaanen stryken de Vleugelen tegens de Beenen, en maaken soo haar geluyt. De Krekkel en Krekkelmolten, die moduleeren van gelyken de lucht, door middel van hare Vleugelen, dat een kriegent geluyt geeft. De Krekkel heeft twee bysondere trommelkens, even als onsen trommel in het Oor, daar sy haar geluyt meede geeft, door middel van twee half ronde boornbeenkens, waar meede de lucht op dese trommelkens gezwaayt word. De Schalbyters maken haar geluyt, met de hoornagtige deelen van haar Hooft tegens de articulatiën der Borst, en die der staart tegens de schaalenhaarer Vleugelen sterk aan te vrywen. Alle de Insecten, dewelke particuliere leeden om geluyt te maaken van de Natuur gegeven syn, dat syn Mannekens: als onder de Sprinkhaanen, alwaar de Wyf-kens niet en singen, de Krekkel ende anderen te sien is. Omtrent de Vleugelen der Byen is nog aan te merken, dat se hier en daar met Hayrkens beset syn, ende dat haare Aderen ofte Senruwen, die men daar in merkt, niet als verdeelde Luchtpyphen syn, en door middel van de welke de Vleugelen te meesten deele uyt gespannen worden, als elders alreede gesegt ende afgebeelt.

Het geen in de Borst bevat word syn verscheide saaken, als de beweegende Vesels van de Beenen, de Vleugels, ende dan van eenige die den Onderbuik, ende van andere die den Hals beweegen, deese spieragtige Vesels vervullen ten naasten by de gansche Borst. De andere deelen syn de Longpyphen, het Vet, de Strot, ende het Ruggemerg, dat ik alles voorby sal gaan, en alleen een weinig

turus, de Fibris muscularibus saltem quaedam dicam, tuncque mox ad Abdominis contenta me conferam, inter quae tandem Medullae Spinalis quoque exhibebo descriptionem. Fibrae Pectoris musculares, uti jam memoravimus, totam ejus cavitatem implent, levique negotio dividi possunt in Fibras, quae antica, media, & postica Crura movent, atque in illas, quae movendis Alis ferviunt: ubi enim modo recensitae partes collocatae sunt, ibi harumce Fibrarum Tendines conspiciuntur, qui dein mox intra Thoracem carni sese expandunt, & postea superne, in regione Pectoris suprema, iterum tendinei facti, in corneo-ossam veluti ibidem particulam sese defigunt. Fibrae quidem, quae in medium Thoracis implantantur, fere ad perpendicularum erectae stant; quae vero nonnihil inferius circa latera inferuntur, obliquiores sunt; & quae tandem in parte anteriore cum officulo uniuntur, penitus obliquae & propemodum planae decurrunt. Qua Musculi Alis infiguntur, distincta adhuc quaedam articulatio datur praeter illam, cujus ope maximus Alarum motus perficitur. Quodsi Thoracis Fibrae a se mutuo separantur; in oblongos eae villos sese dirimunt, qui subtilibus fibrillis, albis, nervis, transversariis, inter se connectuntur, tandemque adeo tenuiter heic dividuntur; ut ab ulteriore scrutatione desistere debuerim, plenissimus iterum admiratione Divini Artificis, qui heic in tenui quadam fibra suam denuo Omnipotentiam, meamque imbecillitatem mihi manifestabat. Hunc namque solummodo in finem, atque ut in Eo, Ejusque voluntate, omnium nostrorum desideriorum viriumque summam terminemus, Ipsius Opera contemplationi nostrae exposita sunt. Cum ante descriptum marginem, in posteriore Thoracis extremitate conspicuum, aperirem; nonnisi Fistulis is Pulmonalibus & Pingui repletus adparebat.

Partes, quae in Abdomine Masculi continentur, haud minus sane admirabiles sunt, quam quas in Apis vulgaris, Foemellaeque, Abdomine fitas ante exposui. Verum quoniam circa Ventriculum, Intestina, aliasque ejusmodi partes nulla heic occurrit differentia; ideo sola tantummodo Generationis Organa nunc in Masculo describam: ita nimirum discrepantia Maris hujusce a Foemella, quae Ovario gaudet, nec non ab Ape vulgari, quae nec masculinis nec foemininis instructa est Genitalibus, tanto clarius innotescet. Tandem dein Anatomes hu-

van de spieragtige Vesels seggen, ende dan soo overgaan tot de deelen in den Buyk, alwaar ik het Ruggenmerg meede beschryven sal. De spieragtige Vesels der Borst vervullen als gesegt de gansche bolligheit derselve, ende laaten haer seer makkelyk verdeelen in Vesels, die de voorste, de middelste ende de agterste Beenen, als ook in die dewelke de Vleugelen beweegen: alwaar ter plaatse sy haare Peesen hebben, die voorts in de Borst vlesig verbreet geworden synde, haer om hoog in het bovenste gedeelte der Borst weer peesagtig vertoonen, en haer daar ter plaatse als in een hoornbeenig deel implanten. De Vesels, die in het midden der Borst in geplant worden, staan haast regt over eynde, die wat lager na de syden daar ingeplant worden, die staan schuynder, ende die heel na vooren met het Been vereenigt worden, die loopen heel schuyn ende naasten by vlak. Daar de Spieren de Vleugelen ingeplant worden, is nog een kennelyke geleding, behalven die articulatie, daar de meeste beweging der Vleugelen door geschiet. Als men de Vesels der Borst van een deelt, soo splytense ofte verdeelen sy haer in langwerpige Veefels, die door dwars heen loopende subtiële, witte en zenuwagtige Veselkens samengebegt worden, en die eyndelyk haer soo subtiel alhier verdeelen, dat ik myn onderzoekinge heb moeten staaken, vol van verwondering synde van weegen de Goddelyke Kunstenaar in een draatken, en die my alhier syne Almagt ende my weer myne onmagt kwam leeren: want daar toe alleen, en om in Hem en syne wil onse uysterste begeerten en kragten te bepaalen, syn ons syne Werken te beschouwen gegeeven. Het beschreeve rantken agter aan de Borst, wanneer ik dat opende, het selve was niet als met Longpypen ende Vet vervult.

De deelen in den Buyk van het Manneken syn niet minder verwonderlyk, als die in den Buyk van de gemeene Byen, ende ook van die in het Wyfken voorgestelt syn; dan alsoo deselve omtrent den Moag, de Darmen, ende soo voorts over eenkoomen, soo sal ik daar niet in als alleen de Teeldeelten beschryven, om alsoo soo het onderscheit van dit Manneken te klaarder omtrent het Wyfken, dat een Eierstok heeft, als omtrent de gemeene Byen, die nog mannelyke nog ook vrouwelyke Teeldeelten hebben, te toonen. Eyndelyk sal ik deese ontleeding beslyuten met een korte verhandeling van het Rug-

hujusce finem faciet brevis descriptio Medullae Spinalis, quam quidem, licet in singulis tribus Apum speciebus eodem modo comparata sit, malui tamen in Masculo potius, quam in Ape vulgari, accuratissime describere; quoniam corpore Mas majore pollet.

Organa Genitalia Maris supra modum grandia sunt & facillime spectabilia: totum enim Abdomen occupant: imo videtur Abdomen ideo solum Masculis datum esse capacius, quam reliquis Apibus, ut Genitalibus continendis parforet. Testem hujusce rei adhibere possem Serenissimum Hetruriae Principem Cosmum III. qui Anno 1668, illustri D. Thevenoto comitatus, hasce in Ape partes, non sine Supremi Conditoris admiratione, penes me contemplari, measque inmerita hacce salutatione occupationes clementer approbare non est dedignatus. Istaec Apis Maris Genitalia, si Animalculi totius parvitatem spectes, aliorum quorumcunque Insectorum, quin & majorum nec non perfectiorum Animantium Genitalibus, (considerata nimirum, ut dixi, magnitudinis proportione) quantum ad Seminis copiam, longe antecellant. Continetur autem istud Semen in Vesiculis potissimum feminalibus: quemadmodum & in aliis Insectis, atque in majoribus etiam Animalibus, Talpis, Erinaceis, Muribus majoribus, locum habet; quae uti Semine itidem perquam abundantant turgent, ita multo largiorem hujusce copiam in Vesiculis, quam quidem in Testiculis suis, collectam gerunt. Quin propemodum dixerim, id ipsum simili etiam modo in Homine sese habere; sicubi angustias filamentum seu Vasculi Testicularum cum Vesicularum Seminalium capacitate comparo, simulque considero materiei feminalis quantitatem, quae in Vesiculis ipsis generatur, neque, uti vulgaris fert opinio, ex Testiculis eo transfertur. Verum pergo: notandum itaque est accurate, quod partes, quae ad generandum, nec non ad excludendum, vel expellendum semen faciunt, sint sequentes. Duo Testiculi *aa*: duo Vasa Deferentia *bb*, quae utrinque in majorem & spectabiliorem molem, quam Testiculi ipsi, dilatantur *cc*: duae Vesiculae Seminales *dd*, stupenda magnitudine praeditae: Radix Penis *ee*: *ee*: notabilis admodum particula cornea, quae in crassissima Radicis Penis parte nonnihil versus anteriora collocatur *f*: Penis ipse, aut pars *g*. hujus aemula *g*: alia quaedam particula quinque divisionibus, spadicei coloris, interstincta *h*; subter quam, altero tamen in latere, sita

Tab.
XXI.
fig. 1. *aa*.
bb.

cc. *dd*.

ee.

f.

g.

h.

gemerg, dat in alle de drie soerten van Byen van een consideratie is, ende 't welk ik liever in het Manneken, als in de gemeene Byen, om dat dat grooter van lichaam is, op het naaukeurigste heb willen beschryven.

De Teeldeelen in het Manneken syn boven maten groot, ende kennelyk in deselve; soodanig dat se den geheelen Buik vervullen, ende dewelke, om de Teeldeelen te bevatten, daar om alleen grooter, als in die van de andere Byen, schynt gemaakt te syn. Gelyk dat selve sou kunnen bewaarbeeden syn Doorlugtigheid den Vorst van Toscanen Cosmus de derde, dewelke in 't Jaar 1668, synde verselt door den Edelen Heer Thevenot, deese deelen in de Bye, tot verwondering des Oppersten Maker, by my heeft gelieven te besigtigen, ende myne besigheeden, door dit onverdient besoek, goetgunstig komen toe te stemmen. De geseide Teeldeelen, bevind ik hier in dit Manneken, ten aansien van de kleente of proportie van syn lichaam, alle die van andere Insecten, ende ook van grooter ende volwassender Dieren, in veelheid ende kwantiteit van saet (ten aansien van de voorgestelde vergelyking) verre te overtreffen; ende het welk saet sy voornamentlyk in de Zaadblaaskens opgeslooten hebben. Gelyk ook in andere Insecten, als meede in grooter Dieren, als in Molten, Egels, groote Muisen, deese groote overvloed van saet meede plaats heeft, en in alle welke Dieren de Zaadstof in de Blaaskens opgeslooten wesende, seer verre die geene, dewelke in de Zaadballen gevonden wort, overtreft. En ik sou bykans seggen, dat ook in den Mens deese saak sig even op dese wyse toedraagt, wanneer ik vergelyk het nauwe draatken of vaatken der Zaadballen, by de ruimte van de Zaadblaaskens, ende de kwantiteit van de Zaadstof, die aldaar in gegeneroort wort, sonder dat het uit de Zaadballen daar in affsbiet, volgens het gemeene gevoelen. Maar om voort te gaan, soo is het naukeurig te weten, dat de deelen tot de generatie van het saet, ende de uitsluiting van het selve, de volgende syn. Als twee Zaadballen *aa*. twee heenbrengende Vaten *bb*. deselve worden aan weerfyden grooter ende merkelyker als de Zaadballen selve verwyd *cc*. Twee wonderlyk groote Zaadblaaskens *dd*. De wortel der Roede *ee*. een seer opmerkelyk hoornagtig deelken in de wortel aer Roede, wat na vooren daar de wortel het dikste is *f*. De Roede of een deelken dat daar na komt te lyken *g*. Een ander deelken met vyf castanie bruyne verdeelingen *h*: waar onder aan men nog maar aan

con-

de

Tab. XXXI. Fig. 1. *i.* conspicitur alia adhuc particula spadicea, sed major atque pyramidalis: tandem ultimo duae *kk* adfunt Pudendi appendices *kk* fattigatae, luteae, rubentibus tamen donatae apicibus, atque tenuissimâ vestitae cuticulâ, quae directum colorem rubicundum continet, & fauciatâ efficit, ut is facile inde defluat. *Fig. 11. o.* cula, lit. *o* notata, omnes haëtenus recensitas partes nativâ magnitudine repraesentat. *Fig. 1. aa.* Testiculi *aa* in altiore Abdominis regione, & quasi in dorso aut lumbis, collocati sint: quemadmodum in Avibus quoque, Ranis, aliisque Animantibus obtinet. Tubulis autem constare multividentur; uti in Hydrocantharo, cujus Genitalium iconem infra dabo. Infinitae etiam in Testiculos inferuntur Fistulae aëri feræ, quae quidem magno sunt impedimento, quo minus illorum fabrica ex votis queat investigari. Colore gaudent pallide citrino, non nihil ad purpureum devertente: quod ipsum pariter in Bombycibus *bb.* obtinet. Vasa Semen deferentia *bb* tenuissima sunt, gracilissima, & tenerrima, ob transparentes Semen albicantia, & tota, instar capreolorum vitis, contorta; neque prius conspectui patent, nisi postquam Fistulae Pulmonales, quae nexus & convolutiones eorum colligant, immenso taediosissimoque labore lente & paulatim fuerint resectae: hae enim Fistulae adeo firmiter, & Deferentium Vasorum flexibus, & illi horum parti, quae latior evadit, tum ipsis etiam Testiculis, sese innectunt; ut simul cum his omnibus unicum veluti corpus constitutere videantur. Vasa Deferentia haec, aequè ac in Homine & brutis Animantibus, altero suo extremo Testiculis continuantur: paullo post autem perquam notabiliter apparet, quomodo isthaec Deferentia dilatentur, & tam coloris, quam infertarum Fistularum Pulmonalium ratione, novos veluti aut alteros Testiculos referant. Attamen accuratius examinata insignem intus monstrant cavitatem, qua Testiculi destituuntur. Glandulosa etiam constant fabrica, & materie turgent feminali, quae ex iis fauciatâ ilico effluit. Priusquam haec Vasa cum radice Penis connectantur, atque in hujus cavitatem sese aperiant; notabili rursus modo contrahuntur, & simplici duntaxat tubulo, vasculoque semen tantum deferenti, iterum similia sunt. Inferuntur tandem altero suo extremo in partem Vesicularum spermaticarum inferiorem. Ego autem existimo, quod in modo memorata horumce Vasorum dilatatione *cc* feminalis quoque materies fecernatur: quemadmodum etiam nul-

gewanden heb verteert gesien, behalven nog eenige Peefen, die overgebleeven waaren; soo dat men daar makkelyk een geraante van maaken kon. Siet soo vratig eeten deese Wurmen, en soo schielyk groeyen sy, naa dat se uyt haare Eyeren te voorschyn syn gekomen. Het welk de groote onderzoeker der Natuur, de doorluchte Franciscus Redi, in syn proeven raakende de voortteeling der Insecten, ook wonderlyk wel aantekent, seggende seer nadrukkelyk aldus. „ En't geen als een wonder „ was, op den volgenden dag waaren de Wur- „ men tot die grootte uit gegroeit, dat zy elk om- „ trent seven grein woogen, daar te voren 20 of „ 30 derzelve geen een grein haalen konde, maar de „ overige uit de Eieren komende waaren zeer klein, „ en in minder als een ogenblik, op dat ik zoo „ spreekte, vraaten zy al't geen vleesagtig aan „ de Visschen was, haare beenen zo ontbloot heb- „ bende, dat het als zo veele geraamtes, door de „ hand van den naarstigsten ontleder in Europa „ bereid, scheenen te weezen.” In het Stigt van Uytregt heb ik eens in de sverm tyt, wanneer ik om het Haft te sien vliegen in een heeten Soomer naa Cuylenburg was geweest, een doot Peert by de weg gesien, dat met eenige millioenen Wurmen soo op gepropt was, dat men daar haast geen vleesch aan bekennen kon, en men sag de wonderlykste beweeging onder deese Wurmen, die men sou kunnen inbeelden, alsoo sy onder, boven, en door het vleesch ende ingewanden heen kruypende, dat op verscheyde manieren op en neer als de baaren der zee beweegden; soo dat men gemeent sou hebben, dat'er nog eenig leeven in het Dier selve was. Nog was het getal deeser Wurmen soo groot, dat het doode aas geensins bekwaam was, om haar alle te vreden, waar om een groot gedeelte het verlaaten hadden, die dan langs de weegen kruypende, van de Son, en het aanklevende stof versmoort en verstikt wierden. Wat een wonderlyken sterken reuk de Vliegen hebben, om de doode lichaamen op te zoeken, dat heb ik geobserveert, wanneer ik eenige Wurmen van Byen, om die selfs tot Byen uit te broeden en andere experimenten te doen, op myn Kamer in een doosken, dat niet heel wel geslooten was, bewaarde, in welkers lichaamen, wanneer'er eenige van gesturven waaren, dan dadelyk sommige kleene Vliegkens haare Eyeren, als in een bekwaam voetsel, wisten te plaatsen, dewelke binnen korten tyt Wurmen wierden, die tot de gestalte van de vierde

01-

spatium ibi in Vermes evadabant, hique tandem, in speciem quarti Ordinis naturarum mutationum increfcendo mutati, aliquot post diebus Muscas referebant simili penitus & fabrica & forma gaudentes, ac priores illae, e quibus natae fuerant. Ejusmodi praepriis conspiciuntur, cum aestates ferventissimae sunt: tum enim Muscae, harumque Vermiculi, stupendum in modum multiplicantur. Interim dantur & alia Insecta, quae cadaveribus inhiant, horumque ossa denudant: quo quidem adminiculo isthaec ossa, si deinceps pluvia desuper cadente irrigantur, progressu temporis adeo albida fiunt; ut instar Eboris compareant.

Quandoquidem igitur Schimfchonis historia affatim indicat, rem memoratam contigisse circa tempus examinandi, quo Apes cereas suas domunculas aedificant, & Melle replent; hinc abunde simul adstruitur, id ipsum, quo res haec gesta est, tempus in mediam aestatem illosque Soles calentissimos incidisse, quibus Muscae Ovu- la sua ponunt: ut ideo perquam verosimile sit, Vermes, ex Ovis istis exclusos, juvenis hujusce enecti Leonis carnem & viscera devorasse. Quodsi vero & simul considerare libuerit, Solis, pluviae, rorisque efficacitate cadaverosum ex ossibus foetorem & virus extrahi atque elui potuisse; sane comprehensum tunc quam facillimum est, quonam pacto cadaver, aut potius sceleton, mortui istius Leonis Apibus loco domicilii infervire potuerit. Neque enim, uti vulgo fabulose perhibetur, Apes, quo tempore examinant, prodromos quosdam nobiles aut aulicos praemittunt, quibus praeparandi habitaculum cura est demandata: imo vero optimam quamvis occasionem, obviam, captant, sive arboris fuerit ramus, sive muri quidam angulus, sive aliud quidpiam altius humiliorve, quodcumque primum offendunt: quodsi autem tunc nullus praesto est Apum Cultor, eas qui Alveari excipit, alium rursus aliumque seligunt locum; donec tandem stationem inveniant habitationi accommodatam. Unde credibile est, Apes, quarum in Schimfchonis historia mentio fit, simili ratione egisse, & sede demum in Leonis sceleto collocata mox Ceram ibi construxisse, inque Cera Mel deposuisse; quod quidem deinde, ita providente DEO, qui omnia regit ac gubernat, & a quo hoc etiam opus, sive, uti Sacrae Literae loquuntur, Schimfchonis instinctus proficisceretur, aenigmatis argumentum suppeditabat, & consequenter occasionem praebebat liberationis populi Israelitici. Quam in-

order der natuurelyke veranderingen vergroeyt synde, haar eenige daagen daar naa in gedaante van Vliegen vertoonden, van het selve maaksel en gestalte, als de eerste Moedervliegkens geweest waren. Dit alles siet men voornamelyk in heete somers, in welke de Vliegen en haare Wurmen dan seer wonderlyk vermenigvuldigen. Hoewel ook veele andere Dieren de doode lichaamen eeten, en haar gebeente ontblooten, op het welke als daar de reegen dan nog opvalt, deese beenderen soo wit met ter tyt gebleekt worden, dat se als een Elpenbeen haar vertoonen.

En nademaal nu de Historie van Schimfchon genoegsaam aanwyft, dat die in de swerm tyt geschied is, wanneer de Byen haare Wasse buyskens timmeren, en daar Honing in aanwinnen; soo wort daar wyt genoegsaam bewaarheid, dat die in het midden van de somer geschied is, en in die heete daagen, wanneer de Vliegen haare Eyeren setten, welkers Wurmen het seer waarfchynelyk is, dat dan deese jonge doode Leeuw syn vleesch en ingewanden verteert hebben. By het welke als men aanmerkt, dat de Son, de regen en de dauw het gebeente syn stank en kwade reuk kan uytgetrokken en afgespoelt hebben, soo valt het seer makelyk te begrypen, op wat wyse het lichaam, of anders het geraamte van die doode Leeuw, seer ligtelyk tot een wooning der Byen heeft kunnen verstreken. Want als de Byen swermen, soo senden sy geen Edelen nog Hof-jonkers voor wyt, om haar een woning te bereyden, gelyk men fabuleert, maar sy verkiesen de bekwaamste gelegentheid, die se maar ontmoeten. Het sy een tak van een boom, een hoek van een muragie, of iets anders dat hoog of laag is, al naa het haar voorkomt. En indien daar dan geen Byenhouder omtrent is, die haar in een Korf scheidt, soo kieszen sy weer een andere plaats, dat sy tot soo lang doen, tot dat sy 'er een vinden, die haar tot verblyf dienen kan. En soo is het niet twyfelagtig te gelooven, dat de Byen van Schimfchon meede soo gedaen hebben, en haar woning in het geraamte van de Leeuw verkooren hebbende, soo hebben sy dadelyk Wascb, en daar in Honing aangewonnen; dat door de voorsienigheyd GODS, die alles regeert en bestiert, en van wien dit werk of de dryvinge Schimfchons was, (als de Schrift segt) de oorzaak aan syn raatsel gaf, en vervolgens aan de

inordinatae sint in examinando Apes, aliquando videre mihi contigit in concrematis aedibus *Joannis Oort*, hodie *Toparchae* in *Nieuwenrode*; ubi Apum examen, in muro quodam superstitite, inveni, Ceramque & Mel inde eduxi: verum adeo imprudenter suam ibi fixerant habitationem; ut propter foramen muri nimis patulum haud sese a frigore instantis hyemis potuerint defendere: quin & exiguus adeo earum numerus ibidem erat; ut ne sufficiens quidem collegerint alimentum, unde per inclementiores illos dies, quibus evolare prohibentur, vivere potuissent. Quandoque Apes, postquam examinaverant, praealto loco ex arboribus pendentes vidi, quandoque iterum adeo depreffas; ut acervus earum humo proximus & quasi contiguus esset.

Memorata *Schimschon* historia, quum haecenus minus probe intellecta fuerit, procul dubio haud exiguam dedit ansam ad opinionem illam stabiliendam, qua perhibent, Apes ex Leonibus, Tauris, Equis & Vaccis excrescere: cui quidem asserto indubitate majorem quoque fidem fecit insignis ille Vermium numerus, qui in modo dictorum Animantium cadaveribus, aetivo tempore, saepiuscule observatur; potissimum quia hi Vermes quodam modo Apum Vermibus similes sunt: ut adeo levis illa similitudo errorem istum sine dubio tandem penitus firmaverit. Quamvis autem vel maxime ridicula sit haec opinio, omnique prorsus careat fundamento; nihilo tamen minus complures etiam Virorum longe eruditissimorum eandem sustinere haud dubitarunt. Ita industrius *Goedartius* Apum originem ex Vermibus stercorariis derivare ausus est; eique vel doctissimus etiam *de Mei* suffragatur: quamvis revera non nisi extrinseca similitudo, qua Musca quaedam Api accedit, hunc aeque ac illum seduxerit. Idcirco summa utendum est circumspeditione in determinandis iis, quae non ab omni parte, uti se habent, a nobis observata sunt; aut oportet ea saltem istis cum conditionibus describere, sub quibus sese nobis obtulerunt. Quanquam igitur omnino reprobanda sit opinio isthaec, quae statuit, Apes e cadaveribus aliorum quorundam Animantium, vi putredinis aut transpositionis partium, provenire; maximam tamen ea sibi faventem habet hominum multitudinem, qui omnes, clausis veluti oculis, eidem semet dederunt. Verum si quis accuratius considerat ea omnia, quibus, juxta ac supra prolixè descripsi, opus est, priusquam Vermiculus Apis suo ex

verlossinge Israëls. Hoe onordentelyk de Byen swermen, dat heb ik eens op het afgebrande huys van de tegenswoordigen Heer van Nieuwenrode, de Heer Jan Oort, gesien, alwaar ik een swerm Byen in een van de overgebleeven muuren vondt, daar ik Wasch en Honing uytbaalde, dan sy hadden haar woning soo onvoorsigtig verkooren, dat de opening van het gat in de muur soo wyt was, dat se haar voor de kou van de aanstaande Winter niet beschermen konden. En nog waaren sy daar in sulken kleenen getal binnen, dat se ook geen voetsel genoeg vergadert hadden, om in die koude strenge daagen, wanneer se niet kunnen uytvoliegen, by te leven. Somtyts heb ik haar hoog in de boomen sien hangen, na sy geswermt hadden, en op andere tyden weer dicht en als rakende op de aarde.

Deese Historie van Schimschon heeft sonder twyfel, alsoo sy niet wel verstaan is geworden, een groote occasie gegeven, om het gevoelen vast te stellen, dat de Byen uyt Leeuwen, Stieren, Paarden, en Koeyen souden voortgroeyen; en dat heeft sonder twyfel syn bevestiging gevonden, door het groot getal der Wurmen, dewelke men veeltyts in deese doode Dieren in de Somertyt bemerkt: en te meer, om dat deese Wurmen eenigzins naa die der Byen gelyken, welke superficiele overeenkoming sonder alle twyfel de dwaling heel vastgesteld heeft; en hoewel sy nog soo seer belaggelyk is, en sonder eenigen gront, soo hebben, dit niet tegenstaande, veele van de aldergeleerste lieden haar durven ondersteunen. Gelyk ook de neerstige Goedaert niet gescbroomt heeft de oorspronk der Byen uyt Drekwurmen vast te stellen, het geen ook den geleerden de Mey toestemt, hoe wel het in der daat niet als de superficiele gelykenis van een Vlieg is, die se met een Bye heeft; dat den eenen en den anderen misleyt heeft. Daarom moet men seer voorsigtig syn om iets vast te stellen, het geen men niet in alle syne omstandigheeden geobserveert heeft, of men dient het met die omstandigheeden te beschryven, met dewelke men het ondervonden heeft. Hoewel het dan seer te verwerpen is, dat de Byen uyt eenige andere Dieren haar lichaamen, door verrotting of door vergroeying van deelen, souden voortkomen, egter heeft het den meesten hoop der Menschen tot bevestiging, die alle dat blindelings hebben aangenomen. Maar soomen wel overweegt wat'er al toe behoort, eer het Wurmen der Bye uyt syn Ey komt, gevoet wort, en in een Bye vergroeyt, gelyk ik wytlopig beschreeven heb, sonder twyfel sul men nu den draat wel vinden, om uyt dit doolhof van soo veele fabulen, inbeeldingen en dwyflernissen, die als den knoop

Ovo prodeat, enutriatur, atque in Apem accrescat; is sane filium inveniet, cujus ductu facile ex illo infinitarum fabularum, phantasmatum & tenebrarum, quae, nodi instar Gordii, inter se mutuo implexa, nativam historiae Apum pulchritudinem hactenus obvolverunt atque sepelierunt, Labyrintho semet expedire valebit. Nec profecto quidpiam interest, quod, deleta isthac opinione, plurima simul corruant dogmata moralia, inde deducta: restant enim satis multae adhuc observationes, solido innixae fundamento, quae stabiliora nobis morum praecepta suppeditant. Unicus sane suffecerit amor mutuus, atque amicalis illa cohabitatio, quae in Apum republica, tanquam sub Christiana bonorum communione, sceptrum tenent, atque universali quadam industria continuo magis augentur, nunquam diminuuntur. Amor iste, communio, atque sedulitas, totam hancce rempublicam actuosam reddunt, gubernant, sustentant, & veluti animant. Nonne autem exemplum isthoc salutaris doctrinae quam plenissimum est, atque dignissimum quod imitemur? Imo vero, si primaevas contemplamur constitutiones, Christicolis incumbit simili inter se ratione vivere.

An longum sit an breve, quod Apibus a Natura datum est, vitae spatium, determinare quam difficillimum est: fateor ego saltem, certa mihi in hanc rem experimenta hactenus nequaquam suppetere. Nonnulli Apum Cultores pro certo statuunt, quod Apes vulgares non nisi anni unius spatio vivant: a qua equidem opinione non sum alienus; quamvis ea certis hucusque indiciis nondum comprobata sit. Si quis omnes, quae in Alveari quodam spatio unius anni moriuntur, Apes colligeret; is mortuarum omnium simul sanctarum numerum aequum magnum effret inventurus, ac earum, quae etiamnum vivae in Alveari supersunt. Praesertim vero autumnalibus atque hyemalibus mensibus, quando non adeo evolvant Apes, nec mortuarum cadavera ex Alveari exportant, conspici maxime potest, quantus earum numerus despondeat: tum enim aliquot mortuarum Apum manipuli in Alvearis fundo jacentes observantur. Hisce si praeterea addideris eas omnes, quae evolarunt, nec revertuntur, aut quae in campis occidunt, suffocatae imbribus, gelu constrictae, ab Hirundinibus atque Libellis devoratae, inter arborum folia ventis agitatae conquassatae, aut Araneorum telis hinc inde impeditae; facile est conjicere, totum earum,

van Gordius vast in een gestrengelt syn, te raken, en waar in de natuurelyke schoonheid van de historie der Byen tot nog toe in opgewonden en gebonden is geweest. En hoewel de meeste morale leringen, die men daar uyt getrokken heeft, te gronde vallen, daar syn fundamentele observatien genoeg van my voorgesteld, die ons vastter zeedeleffen kunnen geeven, al was het niet als de liefde en de minnelyke byeenwooning alleen, die daar als in Christelyke gemeenschap van goederen op den thron sit, dewelke door een algemeene neerstigheid, geduurig vermeerdert en niet vermindert worden: en door welke liefde, gemeenschap en neerstigheid de gansche regeering beweegt, bestiert, onderhouden, en als bestiert wort: dat seker geheel leerzaam ende ook navolgelyk is, of ten minste onder de Christenen, volgens de aldereerste instelling, behoort te weesen.

Een groote swarigheid ontstaat 'er, om het lang of kort leeven der Byen te bepaalen, daar ik beken nog geen regte ondervinding van te hebben. Eenige Byenbouders stellen voor vast, dat de gemeene Byen niet als een Jaar souden leeven; van het welk gevoelen ik niet vreeht ben, hoewel men dat soo eygentlyk niet kan weeten. Soo men al de Byen vergaderden, die in een jaar binnen een Korf kwamen te sterven, men sou al soo groot een getal hebben, als de menigte is, die men levendig in de Korf telt. Hoe seer de Byen weg sterven, dat siet men in de Herfften Wintermaanden, wanneer sy soo seer niet uytoliegen, nog ook baare dooden buyten de Korf draagen, op welken tyt men eenige handen met doode Byen onder in de Korven siet leggen. Waar by als men nog aanmerkt alle die Byen die uytoliegen, en die niet wederkomen, of die in 't velt sterven, door de reegen vergaan, van de kou bevroesen, en van de Swaluwen en de Puyflebyters opgegeten worden, als ook die van het slaan, tusschen de bladeren der boomen, in wonderig weer sterven, en in het Spinrag hier en daar blyven hangen: soo kan men ligt besluyten, dat het gansche getal, die in een jaar sterven en verloren gaan, veel grooter selfs is, als de menigte der Byen, die in de Korf selfs overblyft. Men siet ook, dat de Byen in de Herfften maanden afgeslaa-

rum,

T t t t t

g^g

rum, quae unius anni spatio moriuntur & dispareunt, numerum longe sane majorem esse multitudine Apum, quae in Alveari superflites manent. Observamus etiam, mensibus autumnalibus Alas Apum quassas esse, sauciatas & contritas: id, quod primo etiam vere cernitur; nequaquam vero tempore examinandi: unde rursus verosimiliter inferri posse videtur, Apes non nisi per unicum hyemem, sive ab uno ad alterum usque examinandi tempus, superstites esse. Interim tamen vel aliquot etiam annorum intervallo in uno eodemque Alveari quandoque commorari possunt; modo Cera ipsarum jugiter decurtetur: at vero tunc simile quid heic accidit, quod in urbe quadam ampliore, & admodum frequente, in qua juniores inhabitantium nati sensim, & modo vix percipiendo, in seniorum, qui emoriuntur, locum succedunt. Accedit, quod Apes vulgares, quae examinandi tempus atque hyemem transegerunt, suo jam perfunctae sint officio; mutua nimirum concalescentia, prolis educatione &c. Atqui tum temporis omnia occidunt Insecta, alia quidem paullo ocius, tardius alia. Ea videlicet Insecta, quae omnia sua semina quam citissime emittunt, praec aliis maturius obeunt: quemadmodum in Ephemeris patet; utpote quod perfecta jam continet Ovula, quando nascitur, neque proli suae victum prospicere tenetur. Alia vero Insecta eas ob rationes necessario diutius superflites; quoniam vel Ovula eorum haud satis expedite ad maturitatem perveniunt; aut quia haec non nisi paulatim ab ipsis in lucem edi possunt: id quod Apum Foemellae, aequae ac aliis, proprium est. Unde admodum verosimiliter inferre liceret, Apum Foemellam diutius, quam Apes vulgares, vivere; quandoquidem uno partu omnia sua Ovula edere non potest. At vero, quamdiu Foemella vivat, quoque haecenus nondum adeo in propatulo est. Interim crediderim tamen, id quam commodissime observari posse, si Foemella, juxta Clutii consilium, certo quodam signo distingueretur: quod equidem Alas ejus perforando, aut forficula nonnihil praecidendo, aut Alarum extrema pigmento oleo subacto colorando, facile fieri posse videtur. Atque sic tandem certo investigare liceret, quousque vitam illa protrahat. Ego quidem existimaverim, eam fieri bimulam, hacque aetate exacta mori, aut effoetam reddi. At circa reliquas Apes id haud adeo facile indagari potest: obstat enim & in-

signis

ge Vleugelen hebben, die gekwetst en gebrooken syn, dat men ook in het voorjaar siet, maar soo niet in de swermtyt, waar uyt men waarfchynelyk kan oordeelen, dat se niet langer als een winter overblyven, dat is van de eene swermtyt tot de andere. Hoewel nogtans dat se eenige jaaren haer in een en de selve Korf wel kunnen onthouden, als men die geduurig afkort. Maar dan gaat het daar meede, als met een groote stad vol Menschen, daar de jongen, die aangeteelt worden, ongevoelig in de plaats van de oude komen, die afsterven. En ten anderen soo hebben de gemeene Byen, die de swermtyt en de winter door gepasseert syn, haer pligt afgeleyt met malkanderen te verwarmen, en de jongen te voeden, en soo voort. Op welken tyt men siet, dat alle de Insecten sterven, de eene wat vroeger, de andere wat laater. Die het eerst haer saet uytgelegd hebben, die sterven het eerst, gelyk het Hast doet, want dat komt met volmaakte Eyeren voort, en het beboeft syne Jongen de kost ook niet te versorgen. Andere Insecten leeven om die reeden nootzakelyk langer, of om dat haare Eyeren niet veerdig genoeg tot rypheid koomen, of om dat sy die met ter tyt moeten lossen, gelyk onder anderen het Wyfken der Byen doet, dat men sou kunnen heel waarfchynelyk oordeelen, langer als de gemeene Byen te leeven, om dat het op een reys al haare Eyeren niet uytset. Dan dat is meede nog niet heel bekend, hoe lang het Wyfken leeft: Egter soo sou men dit het alderbekwaamste kunnen weten, met aan het Wyfken een teeken te stellen; als Clutius begeert. Dat ik ook oordeel heel bekwaam te kunnen geschieden, met een gaatken in haer Vleugelen te maaken, of ik sou die met een schaarken wat afknippen, of wel deselve op haare tippen met een gecouleurde olie veruw bestryken. Waar uyt men dan seker sou kunnen weesen, om te weten, hoe lang dit Dierken leeft, dat ik evenwel twee jaaren oordeel te syn, op welken tyt het sterft, of ongeregtig wort. Maar omtrent de andere Byen is dit soo ligt niet te observeeren, soo om haer groote meenigte, als om dat men de tyt selfs van haer geboorte niet regt en kent, dat men van het

Wyf-

signis earum multitudo, & temporis; quo natae sunt, ignoratio; dum interim Foemellae natales fati exacte cognoscimus. Apes namque vulgares quovis propemodum anni tempore generantur: & quamvis, examinandi praefertim tempore, grandior atque abundantior earum fit proventus; attamen aliae aliis quandoque unius, duorum, trium, quatuorve mensium intervallo citius in lucem eduntur: nonnullae enim nonnisi tempore examinis dudum praeterlapso demum excluduntur: quod ipsum circa Masculos quoque verum deprehendi. Adde, quod Foemella vel mense etiam Martio Ovulis suis pariendis acriter jam occupata fit: unde necessario Apum aliae citius, aliae tardius, nascuntur, & prorsus ambiguum redditur de longitudine vel brevitate vitae earundem iudicium. Quis enim in tanto numero juniores a senioribus dignoscere valet? Sane nemo. De Masculorum vita quoque nondum adeo certo constat: quanquam enim ego existimem, eos vix ultra sex octove septimanas naturaliter vivere; haud tamen id per indubitata mihi experimenta innotuit: imo crediderim, non nisi difficillimo labore hanc rem observari posse. Nonnulli quidem mihi adseverant, se Mares, cum Foemella minus plene prolifica est, in hyemem usque superstites vidisse. Utut haec sese habeant, id unicum certus scio, quod ea omnia diligentius adhuc investigare necessum sit: quum enim Mares violentam subeant mortem; ideo hactenus de longitudine naturalis eorundem vitae certi nihil determinari potest. Interim tamen quam minime alienus sum ab illa opinione, quae statuit, vitam eorum naturalem haud ultra sex octove hebdomadas protrahi. Ut autem ita sentiam, nonnullae primum me inducunt observationes; tum vero & generales illae Naturae leges, juxta quas isthaec Animalcula ilico vita excedere debent, quamprimum munere suo circa generationis negotium sunt perfuncta: isto enim tempore exacto revera nulli amplius usui deinceps infervit horumce Masculorum vita. Manifestum id est in Ephemero: patet etiam in Bombycum Papilionibus, qui plerumque triduo, postquam semen suum in lucem ediderunt, moriuntur; nisi cum frigidior est anni tempestas: tum enim diutius supersunt; quandoquidem, uti mihi videtur, vitales spiritus atque humores horum Animalculorum, quae toto vitae suae tempore nec quidquam comedunt, sub aura frigidiuscula haud adeo

fubi-

Wyfken al doet. Want de gemeene Byen worden haast op alle tyden van het jaar voortgeteelt, en hoewel sy in de swermtyt in een groot en overvloedig getal voortkomen, soo komt de eene wel een maant; twee, drie, en vier eerder, als de andere ter werelt, want sommige koomen eerstelyk voort als de swermtyt al lang gedaan is, dat ik ook omtrent de Mannekens zelfs heb aangemerkt. Doet hier by, dat het Wyfken al in Maart overvloedig haar Eyeren begint te setten, waar door dan nootsakelyk de eene Bye eerder als de andere geboren wort, dat de langte of kortte van haar leeven t'eenemaal onseker maakt: en wie is het dan mogelyk onder soo een groot getal de jongste van de oudste te onderscheyden? seker niemant. Het leeven der Mannekens is meede nog soo seker niet: want hoewel ik oordeel, dat se maar ses of agt weeken naturelyk leeven, soo bestaat dat in geen sekerere ondervinding, en ten anderen geloof ik niet, dat men het sonder een seer swaare moeyte sou kunnen ondervinden. Hoewel eenige my verskeren, dat se de Mannekens, wanneer het Wyfken ongeregtig is, tot in de winter hebben sien leeven; wat er van is, dit is seker, dat het alles nog neerstig ondersogt moet syn: en daarom, alsoo haar doot geweldig is, soo kan men tot nog toe niet sekens van de langte van haar naturelyk leeven besluyten: hoewel ik t'eenemaal niet vrent van dat gevoelen, dat se niet langer als ses of agt weeken naturelyk leeven. En dat trek ik eerst uyt eenige ondervindingen, en dan ook uyt die generale regelen der Natuur, van dat deese Dierkens dadelyk sterven, als sy haar plicht omtrent de voortteeling volbragt hebben, op welken tyt ook in der daad deese Mannekens onnut om te leeven syn, soo wel als het Haft of de Popkens der Sydewurmen, die in het gemeen drie daagen naa het setten van haar saad komen te sterven, ten sy dat de tyt van het jaar seer kout is, want dan leeven sy langer, dat ik oordeel syn oorspronk te neemen, om dat de levens geesten, en de vogtigheeden van dit Dierken, dat nooit en eet, naa syn geboorte;

Tt tt tt z

dan

subito exhalant: unde fit, ut vita eorum paullo longius protrahatur.

Ter mille circiter Insecta, uti sunt Papiliones, Muscae, Scarabaei, Locustae, Erucae, Vermes, Chrysalides, Insecta aquatica & alia, collegi; inter quae sex Apum ferarum species monstrare valeo. Prima harum est illa Apis, quae Alveum suum ex lapillis, arenulis, & argilla construit: at vero accedit ea, ratione fabricae suae, tam prope ad Bombylios; ut horum numero accenseri jure possit. Altera species^a quam rarissima est constructionis: Capite equidem & Thorace non discrepat a vulgaribus Apibus; verum Venter ejus alio penitus modo fabricatus est: is namque ex rubro flaventibus pilis, tanquam maculis guttatis, obsitus, postremum anulum suum tribus apicibus acuminatis, veluti aculeis, exornatum monstrat; praeterquam quod ad latera annuli ventralis proxime superioris bini adhuc alii ejusmodi apiculi, minores tamen, compareant. Porro Crura ejus flavescente pilo hispida sunt: qui vero sub Corniculis, in fronte, & inter Pectoris Ventrisque divisionem, conspicitur pilus, tantum non penitus albicat. Corporis mole atque longitudine cum Apum Foemella propemodum convenit haec species; nisi quod Ventre gaudeat notabiliter latiore & nonnihil brevior. Tertia species^b paullo crassiore & coactiore est corpore, atque, ratione magnitudinis & figurae, Apum Masculo fere similis: brevioribus tamen Alis pollet. Caput ejus atque Oculi, uti in Apibus vulgaribus, constructa sunt: sub qualibet autem Antenna flavum punctum inscriptum cernitur; quo quidem signo haec species ab aliis dignosci possit. Caeterum & superior Proboscidis pars illi colorata est. Pectus & Venter ejus griseis horrent pilis: extremi autem Pedum articuli pilis longioribus & paullo magis fuscis obsiti sunt. Species quarta^c eam ob causam potissimum notabilis est, quoniam ejus Antennae, sive Cornua, vel triplo crassiora & quadruplo longiora sunt, quam in Ape vulgari: praeterea & Proboscis ejus multo major est longiusque exprorecta. Caeterum univsum ejus Dorsum, sive superior Thoracis pars, tum & quaedam Ventris portio, pilis spadiceoruffis, atque ex rubello nonnihil flavescens, exornatur: qua quidem nota, praesertim vero ratione Corniculorum, haec species ab omnibus aliis Apibus discernitur. Denique tertiam fere partem major est Ape vulgari. Quinta species^d paullo iterum minor est, picturaque &

^a Tab. XXIV. Fig. IV.

^b Fig. V.

^c Fig. VI.

^d Fig. VII.

dan soo draa niet uitwaassenen, waar door het syn leeven wat langer uytstreckt.

Terwyl ik omtrent de drie duysent Insecten vergadert heb, als Kapellekens, Vliegen, Schalbyters, Sprinkhanen, Rupsen, Wurmen, gulde Poppen, water-Insecten en andere, soo kan ik daar onder ses soorten van wilde Byen vertoonen, waar van de eerste soorte die Bye is, dewelke syn Korf uyt steenkens, sandekens en kley opbout; maar syn maaksel komt soo seer met de Hoorntorens over een, dat men deselve daar onder sou kunnen tellen. De tweede soorte^a is seer raar van maaksel, syn Hooft en Borst verschilt niet van die der gemeene Byen; maar de Buyk heeft een heel andere structuur, om dat se met rootverwige geele hayrkens als met stippelende vlakskens beset is; en dan wort de alderagterste ring der selve met drie scherpe puntkens als een Angel verciert: waar neffens aan de syde van de ring des Buyks, die daar boven komt, nog twee andere diergelyke puntkens, die kleender syn, haar vertoonen. Voorts syn de Beenen met een geelagtig hayr beset, 't geen onder de Hoornkens op het voorhoofd, en tusschen de verdeling van Borst en Buyk, haast heel wit is. Syn grootte en langte komt by kans over een met het Wyfken der Byen, maar de Buyk is merkelyk breder en wat korter. De derde soorte^b is wat dikker in een gedrongen van lichaam, en komt ten naasten by met de grootte en het postuur van het Manneken der Byen over een, maar syne Vleugelen syn korter. Syn Hooft en Oogen syn van maaksel als dat der gemeene Byen, en onder ieder Hoorn staat een geel stippeken, waar aan het te kennen sou syn: Voorts is ook het bovenste gedeelte van den Snuit gecouleurd. De Borst en Buyk syn met gryscouleurige hayrkens voorsien. En voorts, syn de alderonderste articulatie der Voeten met lange haarkens, die wat bruyn der van couleur syn, beset. De vierde soorte^c is hier in seer aanmerkelyk, dat syne Hoornen wel driemaal dikker en viermaal langer syn, als in de gemeene Bye, syn Snuit is ook veel grooter, en langer uytgestrekt. Voorts is syn geheele Rug, of het bovenste gedeelte van de Borst, als ook een gedeelte van syn Buyk, met castanie verwige roffsche haarkens, die een weynig rootagtig geel in haar hebben, verciert, waar door by, en bysonderlyk door syne Hoornkens, van alle andere Byen onderscheyden wort. Syn grootte is haast een derde part meerder, als die der gemeene Byen. De vyfde soorte^d, is weer wat kleender; en by verschilt van alle de

pi-

an-

pilis, quibus membra ejus ornata sunt, ab aliis omnibus Apibus discrepat: qui enim pili Pectus & Crura ejus obsident, saturate aureo gaudent colore: potissimum vero duo superiores Crurum posteriorum articuli, maximi, in ambitu suo quam confertissime pilis ejusmodi, sed multo longioribus, hispidi sunt: infimi contra Pedum articuli pilis omnino carent. Porro & Annulorum ventralium extremi margines similibus, at brevioribus & magis helvis, pilis exornantur. Species sexta^a Ape vulgari nonnihil est minutior: Caput ejus & Pectus magis gilvis pilis obsita sunt, quam in modo memoratis Apibus: Venter contra corneo-offeis constat Annulis nigricantibus, qui flavis utrinque lineolis, haud penitus sibi mutuo contiguus, notati sunt: quo fit, ut Apum isthaec species haud multum a Vespis differat. Caeterum corneo-offeum Crurum ejus integumentum flavet, ipsaque Crura, quam in Apibus vulgaribus & Vespis, crassiora sunt: unde conjicio, Animalculum hocce robustae indolis esse. Omnes haec tenus memoratae Apum species cum tribus ante descriptis in eo conveniunt, quod sex Cruribus, quatuor Alis, duabus Antennis, atque divisione in Caput, Thoracem, & Ventrem, omnes & singulae instructae sint: in quibusdam speciebus tres quoque illi Ocelli disparati conspiciuntur. Attamen rarissime Apes istas gregatim confociatas videbis volare, sed semper seorsum atque solitarias: unde etiam credibile est, quod mutua non gaudeant, more Apum vulgarium, cohabitatione. Raro eae in campis observantur; saepius autem in hortis floriferis; e quorum floribus Mella sua colligunt. Ad Ceram tamen ferendam earum quaedam, ob Pedum suorum hirsutiam, inhabiles mihi videntur.

Crabronum duas adservo species, majorem & minorem. Sunt ii vel octuplo majores Ape vulgari, & fabrica magis ad Vespam, quam ad Apem, accedunt. Quatuor gaudent Alis *aa*, quarum interiores triplo minores sunt exterioribus, ad Omoplatas adfixis. Sex praeterea pollent Cruribus cum prona Pectoris parte articulatis, quorum extremi articuli duobus Unguiculis, sive Ungulis *bb*, acuminatis, sunt muniti. Caput *c* non nihil oblongum comperit; praecipue quando Dentes sive Maxillae inter se commissae sunt: Oculi lunata propemodum figura gaudent, atque in sua intercapedine, supernè, fitos monstrant tres Oculos disparatos, sub quibus deinde duo Cornicula collocata sunt. Porro duobus

etiam

andere Byen, door de tekening en hayrkens van de leeden syns lichaams, die op de Borst en Beenen als van een donker gout couleur syn; en bysonderlyk syn de bovenste twee groote leeden der agterste voeten, heel dicht in haar omtrek, met de geseyde hayrkens beset, die aldaar vry langer syn, en de alderonderste articulatiën van de Voet syn weer gansch sonder hayr. En dan worden voorts de uysterse randen van de Ringen des Buyks met diergelyke, maar vaalder en korter Hayrkens verciert. De sesde soort^a is een weynig kleender van maaksel, als de gemeene Bye: het Hooft en Borst is met vaalder hayrkens beset, als in de geseyde Byen: de Buyk in tegendeel bestaat uyt swarte hoornbeeninge ringkens, die aan weersyden met gele streepkens getekent syn, die niet heel tot malkander loopen; waar door dit soort van Byen niet veel van de Wespen verschilt. Voorts is de couleur van het Hoornbeen syner voeten, geel verwig, behalven dat synne Beenkens dikker syn, als in de gemeene Byen en Wespen; waar uyt ik oordeel dat dit Dierken van een sterken aart is. Alle deese Byen komen hier in met de drie beschreeve soorten van Byen over een, dat se ses Beenen, vier Vleugelen, twee Hoornkens, en dan de verdeeling van Hooft, Borst, en Buyk gemeen met malkanderen hebben, en in eenige soorten, siet men ook de drie verspreyde Oogkens. Selden vindt men deese Byen in geselschap by een vliegen, maar altyt bysonder en eenzaam; waar uyt het ook te gelooven is, dat se geen by een woning hebben, gelyk als de ordinaire Byen. In de velden siet men se heel seldom, maar dikmaals in de bloem tuynen, daar se uyt de kruiden haar Honing vergaderen; maar om Wasch te draagen schynen my eenige onbekwaam, om haare ruyge Voeten.

Van de Horsels bewaar ik twee soorten, als een groote en een kleene; deselve syn wel agtmaal grooter als de gemeene Byen; dan haar maaksel komt meer over een met de Wespen, als met de Byen. Sy syn met vier Vleugelen voorsien *aa*, waar van de binnenste wel driemaal kleender syn, als de buystenste, dewelke men aan de Schouderbladen vast siet. Sy hebben ses voeten, die onder aan de Borst gearticuleert syn, en met twee scherpe nagelkens of klaauwkens *bb* gewapent, die op de uysterse articulatiën derselve geplaatst syn. Het Hooft *c* is een weynig langwerpig, voornamelyk als de Tandens of Kaken geslooten syn, de Oogen syn ten naasten by halve maan wys, boven tusschen deselve siet men de drie verspreyde Oogkens, waar

V v v v v v

on-

etiam Dentibus instructi sunt Crabrones, robustis, in minimos Denticulos divisis; quos inter brevissima conspicitur Proboscis. Abdomen tenuissimi velut fili interventu cum Thorace, qui satis latus est, connectitur, atque caeterum in sex Annulos dividitur corneo-ossis, modice firmos, qui ad extremas suas oras flavi sunt, superne autem ruffis & atro fuscis striis aequaliter interstincti: ex hisce striis praeterea utrinque octo guttatae veluti maculae, fuscae, profluunt, quae in secundo atque tertio Annulo, si ab anterioribus numerare incipias, tertia adhuc macula interposita augentur, & quasi trianguli formam expriment. Caput, Pectus & Crura undequaque ejusdem fere sunt coloris, subtilibusque caeterum pilis obsita. Aculeum ex apertura infimi Annuli protensum videre licet d.

Tab.
XXVI.
Fig. IX. d.

Vesparum novem species possideo; quas inter & illa est, quam in ante memorato nido lapideo Apum, quae lapillos ad extruendum istud aedificium comportant, inveni. Maxima, quae inter varias Vesparum species datur, discrepantia potissimum in corporis mole majore minoreve, & picturae diversitate, sita est: praeterquam quod in una vel duabus speciebus ingens praeterea fabricae discrimen occurrat. At hisce omnibus describendis nequaquam immorabor. Maxima Vesparum species plus quam triplo major est Ape vulgari, itidemque duobus Dentibus, Proboscide, duobus Oculis & Corniculis, quatuor Alis, senisque Pedibus praedita: quemadmodum etiam in Apibus & Crabronibus obtinet. Abdomen Vesparum, aequae ac Crabronum, in acumen convergit, & simili fere modo conformatum est, uti in ita dicto Apum Regulo. Abdominis caeterum Annuli flavo super fundo nigricantibus punctis, & circularibus striis, variegati sunt. Ex hacce generali descriptione putem satis intelligi posse, qualia Vespa sint Animalcula. Vespa, quam Fig. X. exprimit, nonnihil minor est specie maxima. Infra eam vero alia adhuc quaedam conspicienda datur, singulari admodum fabrica sese distinguens, Fig. XI.

Fig. X.

Fig. XI.

Ulterius octo mihi sunt Bombyliorum species, tam magnitudine & parvitate, quam diverso colorum apparatu, inter se discrepantes. Eorum quidam nigerrimo est corpore, & purpureo-cyaneis Alis quam magnificentissime ornatus. Species maxima vel sextuplo major est, quam maxima Apum vulgarium, satisque longa gaudet Proboscide: Dentes tamen ejus, ha-

onder de twee Hoornkens geplaatst syn. Voorts hebben sy twee sterke Tanden, die in seer kleene Tantkens verdeelt syn; waar tusschen men een seer korte Snuit siet. De Buyk wort als met een syn draatken aan de Borst, die redelyk breed is, vast gehegt, en voorts in ses tamelyk sterke Hoornbeenige ringkens verdeelt, die op haar uysterse randen geel syn, en van bovenen met roffche en donker bruyne streepen eenparig getekent worden; uyt deselve siet men aan weersyden agt stippelwyse bruyne vlakskens spruyten, dewelke op de tweede en derde Ring van bovenen, nog met een derde vlakken vermeerderd worden, en als een driehoek sig vertoonen. Het Hooft, de Borst en Beenen syn haast over al van deselve couleur, en voorts met fyne bayrkens beset: buyten de opening van de onderste Ring siet men den Angel uyt kyken d.

Van de Wespen bewaar ik negen soorten, waar onder die is, dewelke ik in het steene nest der Byen, die deese steenkens tot dat gebouw samen draagen, gevonden heb. Het grootste verschil, dat men onder haar bemerkt, is meest in de grootte en kleente van het lichaam, en dan in de tekening der coupleuren op het selve gelegen; behalven dat in een of twee soorten de structuur ook seer verscheyden is; dat ik alles voor by gaa om te beschryven. De grootste soort onder de Wespen is ruym driemaal grooter als de gemeene Bye, synde van gelyken met twee Tanden, een Snuit, twee Oogen en Hoornkens, vier Vleugelen, en ses Voeten voorzien: als ook in de Byen en Horsels plaats heeft. De Buyk loopt in haar, gelyk ook in de Horsels, spits toe; op die wyse ten naaften by, als in den gemeenden Koning der Byen. En voorts syn de ringen des Buyks met een geele gront geteekent, die door swarte stippelen, en ronde ringwyse streepen gevakt worden. Uyt welke generaale beschryving men genoegsaam begrypen kan, wat Dierkens dit syn. De Wespe die ik uytbeelde Fig. X, is wat kleender als de grootste soort. Waar onder men nog een ander siet van een rare structuur, Fig. XI.

Voorts bewaar ik agt soorten van Hoorntorens, die soo in grootte, als kleente en in tekening van haare coupleuren verschillen; onder deselve is 'er een beel swart van lichaam, en seer heerlyk met purper blaauwe Vleugelen verciert. De grootste soorte is wel ses maal grooter, als die der gemeene Byen, en met een redelyk langen Snuit voorzien, maar de Tanden syn kleender na de proportie van het

habita magnitudinis ratione, minores sunt. Caput nonnihil oblongum est: Oculi itidem lunati; horumque a latere interno Cornicula conspiciuntur. Pectus perquam latum est, pilisque asperis confertim obsitum. Ad imam Pectoris faciem Crura sunt collocata, numero fena, ratione corporis breviuscula, pilis hirsuta. Superne quatuor Pectori adhaerent Alae, quarum interiores minimae sunt. Venter valde latus est, & versus inferiora paullulum acuminatus, pilis itidem densissime stipatus. Pili hi equidem in nonnullis speciebus, juxta Annulos ventrales, variis coloribus, albo, flavo, rubro, nigro, aliisque diversimode picti observantur, in nonnullis autem tantummodo bicolores. Bombylius, quem depictum exhibeo ^a, mediae est speciei.

Pseudosphecae, vel Vespae spuriae à me adfervantur quinque supra viginti, & fabrica, & magnitudine, & coloribus, inter se diversissimae. Omnia autem isthaec Insecta nonnisi ob externam solum quandam similitudinem, qua eorum nonnulla Vespis accedunt, Vesparum nomine impertio; quamvis natalibus atque indole quam maxime ab his discrepent: ut plurimum enim e Chrysalidibus prognascuntur; dum videlicet e Verme in Nympham, atque e Nympha porro in Pseudosphecā increfendo abeunt. Mutatio isthaec perquam singulari modo fit, atque distincte internosci potest; quandoquidem ei perficiendae Natura trium quatuorve septimanarum spatium impendit: unde omnes, quae interea fiunt, membrorum accretiones, mirasque colorum mutationes, accurate observare licet. Harumce Pseudosphecarum species nonnullas possideo, quae Muscas venantur & devorant; alias, quae Araneos interficiunt, horumque Crura defringunt & comedunt. Est & inter eas Musca unifeta, atque illa species, quam Muscam tripilem ^b vocant: hae enim omnes Pseudosphecae sunt, de quibus nunc specialius agere mihi non licet; quandoquidem ingens de iis volumen conscribendum foret. Hinc etiam indolem, naturam, propagationem & fabricam Crabronum, Bombyliorum, & verarum Vesparum, heic exponere abstineo; neque & horumce Insectorum vespeta dicta, aedificia, habitacula; aliaque memorabilia, quorum nonnulla adfervo, in praesenti producere animus est. Rarissimum quoddam Crabronum aedificium demonstrare valeo, tum & Marem atque Foemellam, nec non eorum Vermem, hujusque Textum, & Exuvias, quas in Nympham abiens

het lichaam, het Hoofd is wat langwerpig, de Oogen syn meede halve maanagtig, waar neffens en tusschen men de Hoornkens siet. De Borst hebbende seer breed, en met een digt ruyg hayr beset; onder aan de Borst syn de Voeten geplaatst, ses in 't getal, kortagtig ten aansien van haar lichaam, en ruyg hayrig van maaksel. Van boven heeft de Borst vier Vleugelen, waar van de binnenste de kleinste syn. De Buyk is seer breed, en naa onderen een weynig spits, en van gelyken heel digt met hayr beset: het welk in sommige, volgens de ringen derselve, door witte, geele, rode, swarte en andere couleuren verscheydelyk getekent bevonden wort, en somtyts maar met twee coulcuren alleen. De Hoorntoren die ik uytbeelde ^a is een middelbare soort.

De bastert Wespēn, die ik bewaar, syn vyf en twintig in het getal, maar van een seer verscbillig maaksel, dat soo wel ook in haare grootte, als in haare kleente plaats heeft, als meede omtrent haare couleuren. Alle deese Dierkens noem ik nergens anders om Wespēn, als om de superficiele gelykenis, die sommige met de Wespēn hebben, daar se in geboorte en aart seer veel van verscbillen; alsoo sy meest uyt Gulde Poppen voorkomen; waar in men haar uyt een Wurm in een Pop, en voort uyt een Pop in een Bastert Wespē kan sien vergroeyen. Dat seer raar in syn werk gaat, en bekwamelyk kan onderscheyden worden, om dat in deese verandering wel drie en vier weeken tyt van de Natuur besteeft wort, soo dat men alle de aangroeyingen in leedematen, ende rare verwisselingen van couleuren, bescheydentlyk onderkennen kan. Onder deese bastert Wespēn die ik kan vertoonen syn eenige soorten, die op de Vliegen jagt maaken, en deselve verteren, andere dooden de Spinnekoppen, die sy de pooten afbreeken en op eeten. Nog is onder deese de eenborstelige Vlieg, en die soorte, de welke drieborstelige Vlieg ^b genoemt wort, dat alle bastert Wespēn syn. Van de welke ik niet particulierder sou kunnen spreekē, ten zy ik daar een groot boek van wildc maaken: als ook van den aart, natuur, voortteeling en het maaksel der Horsels, Hoorn-torens en Wespēn selve, welkers hollen; gebouwen, woningen, en andere aanmerckelyke dingen, ik voor tegenswoordig voor by gaa; en waar van ik eenige bewaar. Van de Horsels kan ik vertoonen een seer raar gebou ^c, als ook het Mannēken en Wyfken, de Wurm, syn spinsel, het vel dat by afstroopt als by een Pop wort; als ook alle syn

abiens deponit, omniaque excrementa, quae is una cum interiore Ventriculi & Intestinarum tunica simul eliminat. Crabronum quoque Nymphas variis modis constitutas, atque initia mutationum, quae sub lenta accretione circa harum colores enascuntur, exhibere possum. De partibus Crabronum internis, membranaeum possideo Ventriculi reticulum, aliquot Fistulas Pulmonales, alterum Sacculorum netui infervientium, atque Medullam Spinalem.

Varias etiam Muscarum species asservo, quae Apibus similes sunt, & hinc nonnullis etiam Apes vocantur: cujusmodi est Apis Goedartii & J. de Mey, quae duabus tantum Alis gaudet; quo quidem unico signo Musca facillime ab Ape discerni potest. Interim dantur tamen etiam Muscae quatuor Alis instructae. Ipse ego talem demonstrare valeo, quae perquam elegans est, Antennis praepilatis praedita, Apique caeterum accedens, nisi quod longe major sit. Praecipue autem id in hac Musca animadverti meretur, quod ea ex Insecto aquatico suam fortitur originem. Verum, uti modo jam indicavi, si omnibus hisce describendis me dare vellem, tractatu singulari opus foret. Quapropter huicce de Apibus Operi nunc finem impono. Natura profecto, ingenium, & fabrica Apum adeo mirabilia sunt & adorabilia, ut DEI Bonitatem, Sapientiam, Justitiam & Majestatem, voce elatissima, indefinenter exclament: quemadmodum & reliqua omnia Animantia, suo quaelibet ordine, id ipsum praestant; utpote quae, in aëre, aquis, & tellure viventia, totidem veluti voces & tinnientia organa sunt, quibus DEI laudes undequaque divulgantur. Horum igitur vocibus & meam ego nunc intermiscibo, cum viginti quatuor Presbyteris in Apocalypsi exclamaturus: „Dignus es Domine, DEUS noster, accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia Tu creasti omnia, & per voluntatem tuam sunt, & creata sunt. Ita tandem ingens hocce de Apibus Opus finio, cum Regio Psalmista isthaec in verba erumpens.

*Laudate Dominum coelitum
Chori beati, qui procul
Contagio mortalium
Templa aetheris tuemini. &c.
Vide Psalm. CIII.*

Historiae naturalis trium specierum Apum
FINIS.

vuiligheden, die by met het binnenste vlies der Maag en Darmen te gelyk loft: de Pop op verscheyde manieren, en dan de begintfelen der vergroeyingen aangaande de couleuren in de selve. Van de inwendige deelen bewaar ik het vliefige netteken van de Maag, sommige Longpypen, een van de Spinbeurskens, en het Ruggemerg.

Soo kan ik ook verscheyde soorten van Vliegen vertoonen, die naa Byen gelyken, en daarom van sommige ook Byen genaamt syn, gelyk de Vlieg van Goedaert en de Mey is, die maar twee Vleugelen heeft, en waar uyt alleen men heel ligt een Bye uyt een Vlieg kan onderscheyden. Hoewel ook dat 'er wel Vliegen gevonden worden, die vier Vleugelen hebben, gelyk ik 'er een vertoonen kan, die seer aardig is, hebbende voor uitsteekende Hoornen, en voorts naa een Bye wat gelykende, behalven dat by veel grooter is. En het geen aanmerkelyk in deese Vlieg is, dat is, dat by syn oorspronk uyt een water Insect neemt. Maar gelyk gesegt, om dit alles te beschryven, diende ik wel een bysondere verbandeling te maaken: waar om ik dan dit werk van de Byen sal bestuyten, welkers natuur, aart en maaksel soo raar verwonderlyk en aanbiddelyk is, dat het de Goetheid, de Wysheid, en de Gerechtigheid en Majesteit GODS, sonder onderlaaten lugtrugtig uytgalmt, gelykerwys ook alle de Schepselen in haare ordenen doen, dewelke in de lugt, in het water, en op het lant leevende, als soo veele stemmen en helder klinkende geluyden syn, die de lof GODS verkondigen: waarom ik dan myne stemme by de haare sal voegen, en met de vier en twintig Ouderlingen in de Openbaringe uytroepen: „Gy HEER, zyt waardig te ontfangen de beerlykheid, ende de eer, ende de kragt, want gy hebt alle dingen geschapen, en door uwen wille zyn zy en zynse geschapen. Waar op ik met den koninklyken Psalmist eyndige, en dit groote werk der Byen bestuyte, dewelke aldus uytgalmt:

*Gy hemelsche creatuuren,
Looft GODT syn tot deser uren;
Gy inwoonders des Hemels reyn,
Singt syn eer lieflyk in 't gemeyn. enz.
Siet Psalm CIII.*

EINDE van de natuurlyke Historien der drie soorten van Byen.

*Mantissa Observationum peculiarium ad
Historiam Apum pertinentium.*

*Alveare Apum 10 Martii apertum, numerusque
cellularum in eo repertarum describitur.*

Decimo Martii Alveare aperui, in quod mense Junio anni superioris repositum erat juveniculum Apum examen: quae tamen omnes Februario proximo obierant; quum Mellis defectu laboraverint. Adgressus sum omnes cereas cellulas, quas a mense Junio ad hyemem usque, id est, intervallo quatuor mensium, fabrefecerant, speciatim singulas numerare, summamque subducendo inveni numerum 22574. Atque hae quidem omnes ejusmodi duntaxat cellulae erant, in quibus Apes operariae incubantur & enutriuntur, aut Mel & Apum Panis coacervatur. Earum vero, in quibus Apes jam jam excubatae fuerant, summam constituebat numerus 7814: has enim certo ab aliis cellulis poteram dignoscere ope tunicarum & textorum, quae in iis reperiebam, & quae ab exclusis Apibus semper ibi relinquuntur. Reliquae omnes cellulae ad Mel capiendum accommodatae erant: cui etiam usui priores inserviunt, quando Proles iis contenta Alas obtinuit.

Vidi praeterea, quod omnes istae cellulae novem Panibus, ut ajunt; aut divisionibus Favorum, magnis, oblongis; diversimode figuratis, partim aequaliter divergentibus, partim in duos, tres; quatuorve angulos excurrentibus, fuerint comprehensae. Scilicet inde nascebatur varia horum Panum figura, quod alii solitarii essent exstructi, alii inter sese continuati; aut quod, bacillos, qui a Cultoribus Apum per Alvearia transfiguntur, ut Cerae praebeant sustentaculum, evitandi gratia, angulosi debuerint exaedificari: tum enim Apes quandoque Panes suos in triangularem, quandoque etiam alias in figuras, accommodant. Neque ullum hac in re ordinem regulamve ab Apibus servari cernimus; quum cellulis inde nulla accedat mutatio.

Domuncularum plurimae, in quibus Mel coacervatum erat, dupla gaudebant longitudine earum, in quibus progenies fuerat enutrita; atque praeterea irregulares erant, angulosae & incurvatae. Quin & hexagonae cellularum divisiones haud undequaque sibi mutuo exacte

re-

Toegift van bysondere observaticn, die tot de historie van de Byen behooren.

Een korf Byen geopent op den 10 Maart, waar in't getal van haare huyskens beschreven wort.

Het waer op den 10 Maert, dat ik een Korf opende, die het jaar daar te voren in Juny een jonge swerm geweest had; maar daar de Byen in February daar op volgende alle in gestorven waaren, door gebrek van dat sy geen Honing, badden genoeg gebadt. Ik nam de moeyte, om alle de wasse huyskens particuliereyk te tellen, dewelke sy van Juny tot de winter gemaakt badden; dat is binnen de tyt van vier maanden. En ik bevond; dat het gebeele getal uytmaakte 22574 cellekens; dat alle te samen niet als huyskens waaren, daar de Werkbyen in opgevoet ende uytgebroeyt worden, of ook daar sy Honing en Byenbroot in vergaderen. Het getal der cellekens, daar abreede Byen in uytgebroeyt waaren, dat beliep tot 7824. En dit kon ik seker weeten uyt de Vliesen en Spintfels, die ik daar in bevont; en de welke daar altyt van de uytgebroeyde Byen in gelaaten worden. Alle de rest van de overige huyskens waaren geschikt om Honing te vergaderen: gelyk ook de vorige cellekens daar toedienen, wanneer haare Jongen geuleugelt syn geworden.

Ik bevond ook, dat alle deese huyskens in negen grootte langwerpige Brooden, of verdelingen van Honingraaten bevat waaren, die verscbillige figuren hadden; als van effen neer gaande Brooden, en ook van twee, drie en vierhoekige: dit syn oorspronk nam, naa dat se alleen, of aan malkanderen gebout waaren; of ook dat se om de stoksken te vermyden, die om in de Korven tot de vastigheid van het Wasch steekt, met winkelboeken op getimmert waaren: op welchen tyt de Byen haare Brooden ook wel als een drieboek maken; en van andere figuren meer, daar men haar geen order nog regel in siet houden, alsoo dat ook niets geeft, nog neemt aan haare cellekens.

De meeste huyskens, daar sy haare Honing in vergadert badden, die waaren eens soo lang als de anderen, in welke sy haare Jongen opgevoet hadden, en ook waaren sy irregulier, hoekig, en kromgeboogen. Hier en daar sag men ook, dat de seshoekige verdelinge der cellekens niet regt op mal-

X x x x

kan-

respondebant; verum hinc inde apertura, in qua aciculae caput recondi poterat, inter eas relicta observabatur: id quod in Cera regulari nunquam fere animadvertitur.

Ab altero latere fundamenti perpendicularis, quod inter cellulas medium porrigitur, & cui cellulae utrinque horizontaliter adstruuntur, toti etiam dimidiati Panes cellularum vel sesqui majorem ad longitudinem, quam ab altero latere, exaedificati cernebantur: quin & aliae plures insuper heic aderant anomaliae, quae haud adeo in illis cellulis observabantur, quae incubatui jam inservierant; nisi cum adhuc imperfectae essent.

Ex ingenti hoc cellularum numero, quas Apes a Junio ad Septembrem, & quandoque ad Octobrem usque, fabrefaciunt, facile est conjicere, quam numerosas eae a Martio ad Junium vel Julium usque anni proxime sequentis aedificent: crediderim sane summam numero 50000 superiorem esse; quum eo tempore simul pro Masculis, Foemellis, & vulgaribus Apibus domunculas construant. At vero hactenus nunquam summam subduxi.

Narravit mihi aliquando Apum Cultor fide dignus, Alveare sibi esse nuda super humo collocatum, perquam numerosis Apibus dives, quae, ut favos suos amplificare possent, tellurem subjacentem effoderint & asportaverint, Favisque dein admodum profunde intra factam fossam productis suam familiam multiplicaverint. Attamen frequentius id occurrit circa Vespas & Crabrones; utpote quae Insecta sub tellure nidificant.

Alveare Apum 14 Junii apertum, numerusque Apum & Nympharum in eo repertarum, una cum aliis pluribus hactenus inauditis rebus, quam specialissime describitur.

Principio Junii Alveare emi, cujus Apes 14 ejusdem mensis examinabant. Examen hoc juveniculum Alveari alio excepi, atque postridie Alveum hunc, una cum Apibus contentis, in Aqua submersi. Inveni in hoc examine 1 Foemellam, 2433 Apes vulgares, & 4 Masculos: neque praegresso die quidpiam Ceræ sibi comparaverant.

Apes, in primo Alveari residuas, quae altera deinceps, imo & tertia vice erant examinaturae, 16 Junii pariter aquis submergi curavi. Reperi autem ibi 1 Foemellam, 8494 Apes vulgares, & 693 Masculos. Interea, dum his numerandis occupatus eram, aquas de Al-

kander pasten, maar dat daar tusschen beyders een opening gelaaten was, daar men het Hoofd van een spelt wel in kon verbergen: dat men schier nooit in regulier Wasch siet.

Aan de eene syde van het lynregt fundament, dat tusschen de huyskens doorgaat, alsoo sy aan weersyden daar horizontaal tegens aan gebout worden, sag men, dat heele halve brooden huyskens, daar aan de eene syde, wel de helft langer opgebout waaren, als die van de andere syde, met veele andere irregulierbeeden meer, die men seer weinig bemerkten in de huyskens, daar sy in gebroeyt hadden; ten sy dat se nog niet volbout waaren.

Uyt dit groot getal der cellekens, die de Byen van Juny, tot in September, en ook wel tot in October maaken, kan men ligt oordeelen, wat een menigvuldig getal sy, in het jaar daar op volgende, van Maart tot in Juny en July aan timmeren: dat ik ligt kan gelooven, dat een getal van meer als 50000. komt uyt te maaken: alsoo sy dat te gelyk Mannekens, Wyfken, en gemeene Byen huyskens aanbouwen; maar dit heb ik tot nog toe nooit getelt.

En my is eens verhaalt van een geloofwaardig Byenhouder, dat by een Korf bad, die bloot op de aarde stont, en daar overloedige Byen in waaren, dewelke de aarde daar onder hadden uytgegraven en weg gedraagen, op dat sy haare Honingraten daar in souden uytbreyden; die sy ook al vry diep, in de uytgedolve aarde, hadden aange-timmert, en daar in haer Broetsel voortgekweekt. Maar dit is gemeender omtrent de Wespen Horsels, als die onder de aarde nestelen.

Een korf Byen geopent op den 14 Juny, waar in heel particuliereyk beschreeven wort, hoe veel Byen en Poppen daar in gevonden sijn, met andere ongehoorde saaken meer.

In het begin van Juny kocht ik een korf Byen, dewelke den 14 van de selve maant-kwam te swermen: deese jonge swerm in een korf geschept sijn-de, soo deed ik de Byen met de Korf des anderen daags onder het water steken ende verdrinken. In deese swerm bevond ik 1 Wyfken, 2433. gemeene Byen, en 4 Mannekens, sonder dat se de dag van te vooren eenig Wasch hadden aangewonnen.

De Byen, die in de Moederkorf overgebleeven waaren, en die voor de tweede en derde maal, nog eens souden swermen, die liet ik den 16. Juny van gelyken onder het water steken. Waar in ik bevont 1 Wyfken, 8494 gemeene Byen, en 693 Mannekens. Terwyl ik in dit tellen besig was, soo

uari sinebam exfillare; ut deinde, quod mecum constitueram, cerearum quoque domuncularum summam colligere possem: verum adeo ingens erat earum, praesertim quae ad Apes vulgares pertinebant; numerus, ut propositum mutare consultum duxerim; ne alia, quae majoris mihi momenti videbantur, ideo forte praetermitterem.

Numeravi itaque quam sollicitissime & exactissime domunculas Regulorum vel Foemellarum; atque sic novendecim inveni rudimenta domuncularum ejusmodi imperfectarum, quarum aliae aliis paulo altius exaedificatae erant. Praeterea autem 15 perfectas ibidem reperi Foemellarum cellulas pyriformes, quae omnes, Cera obsignatae, circa oras atque margines Favorum diversimode collocabantur.

Earum namque nonnullae prorsus erant solitariae: quaedam vero ternae, quaternae, vel quinae, juxta aut pone se mutuo arcte congregatae haerebant: aliae dein quam proxime Masculorum cellulis adstructae erant: aliae obliquo gaudebant situ: aliae ad horizontem parallelo; ut poculum vitreum, e quo cerevisiam haurire solemus, super mensa in latus reclinatum, referrent, atque simili modo ac omnes, tam Apum vulgarium, quam Marium, cellulae, essent collocatae: aliae contra, penitus inversae; aperturis suis deorsum spectabant; quemadmodum plerumque cellulae Crabronum sitae observantur. Tandem & Foemellae ibi vidi domunculam, quae parte anteriore tota peresa erat, & e qua juvenis illa Foemella, quae 14 Junii examen fecerat, evolaverat.

In novem ex istis obsignatis & obtectis Foemellarum domunculis totidem inveni Regulos sive Foemellas, incrementi plenitudinem jam adeptas, dispanfis Alis instructas, quarum aliquot etiamnum vivebant. Earum nonnullae penitus griseae erant; aliae coloris paulo saturatioris: prout nimirum diu vel paulo antea mutaverant, & brevi vel longo demum post tempore suas peresurae erant domunculas, atque ex his erupturae. Interim nulla tamen inter omnes exitum hactenus vere tentaverat.

In reliquis quinque obsignatis & obtectis Foemellarum cellulis totidem inveni Foemellarum Nymphas. Prima quidem harumce quinque cellularum Nympham continebat, quae in dorso jam jam grisea evadere incipiebat, & cutis suae mutationi valde propinqua erat. In reliquis quatuor Nymphis nondum observabatur iste

color;

liet ik ondertussen het water uyt de Korf sypereu, lopende van gelyken alle de wasse buyskens te tellen; maar de menigte was soo groot, voornamentlyk van die der gemeene Byen, dat het selve my van resolutie deed veranderen, om geen andere saken, die van meer gewigt by my waaren, over te slaan.

Hier op telden ik dan heel sorgvuldig en distinct, de buyskens der Koningen of Wyfkens, waar van ik 19 begintfelen van onvolbouwde buyskens vont, synde de eene wat verder als de andere daar van opgetimmert. En voorts sag ik daar 15 volkome peersgewyse wooningen voor de Wyfkens in, dewelke alle met Wasch versegelt waaren: sy baden op verschillige wysen, aan de boorden en randen van het Honingraat haar situatie.

Want eenige stonden heel apart: andere met haar drie, vier en vyven, die stonden dicht by, en agter malkanderen: en sommige wederom waaren heel dicht by het werk der Mannekens opgetimmert. Sommige derselve stonden schuyns, andere heel horizontaal, als een bier glas, dat op een tafel op syn syde geleijt is, en op de manier, gelyk alle de buyskens der gemeene Byen en Mannekens stonden; maar andere ter contrarie, die stonden met haare openingen heel het onderste boven, op de wys, gelyk men gemeenelyk de buyskens der Horsels geplaatst siet. Eyndelyk sag ik aldaar een buysken van een Wyfken, dat heel open gebeeten was van vooren, en alwaar het jonge Wyfken was uytgevloogen, 't geen op den 14 Juny geswermt hadt.

In 9 van de toegesegelde en besponne Koninks buyskens, daar in bevond ik soo veele volwasse Koningen of Wyfkens, met uytgespreyde Vleugelen, waar van sommige nog leefden. Eenige waaren heel grys, en andere wat boger van couleur, na dat sy langer of korter vervelt hadden geweest, en digter kwamen te naderen, om haare buyskens door te byten, en daar uyt te breeken, dat egter geen van allen nog ter deegen begonnen hadt.

In de andere vyf verssegelde en toegesponne Koninks buyskens, bevond ik soo veele Poppen van Wyfkens. In het eerste buysken van deese vyf, daar in sag ik dat de leedematen van de Pop, die aldaar in beslooten was, al grys op de rug begonnen te worden, en dat het seer avanceerde tot syn vervelling. In de andere vier Popkens sag met

XX XX XX 2

dec-

color; quandoquidem etiamnum in cunabulis veluti erant constitutae, & maximam partem albidae coagulatum quasi lac colore referebant. Oculi solummodo dilute purpureum sensim colorem contraxerant: quod ipsum etiam circa tres Ocellos disparatos observabatur; utpote qui haec distinctius erant conspicui, quam sunt postmodum, quando haec Animalcula suam obtinuerunt perfectionem.

Sub Ventre & Cauda harumcè Nympharum illas offendi exuvias & Fistulas aërias, quas deposuerant, cum, specie Vermium exuta, Nympharum formam induerent. Quin & reliquiae alimenti ipsarum ibi cernebantur, quod, vi aquae intromissae, Amylo emollito, aut Gummi Tragacanthae intumescere incipienti, simile evaserat, colore fuccino pellucenti accedens, sapore praeditum subacidulo.

Superne, subter Ceram, qua 14 istae cellulae erant consignatae; tela illa conspiciebatur, quae ab hisce Nymphis, quo tempore adhuc Vermes sunt, ibi expanditur. Tela haec superiore hac parte admodum erat fortis, & filamentis contexta; at in cellulae regione inferiore membranae fabricam exhibebat: quum enim hi Vermes eo tempore, quo cellulam texto oclusuri semet quaquaversum movent, suum quoque pabulum, quin & excrementa forte sua, hisce telis infricent; inde est, quod ductorum Itaminum interstitia, glutine quasi, oppleantur; adeoque texta velut in membranas aequantur.

Aperui praeterea omnes obfiguatas & obtextas Marium cellulas, quarum plurimae cellulis Apum vulgarium erant finitimae, atque singulari Pane vel Favo comprehensae, in regione Alvearis inferna pendebant. Reliquae Marium cellulae medio inter Apum vulgarium cellulas loco extructae erant, & parietes intergerinos cum his communes habebant. Obfiguatae vero haec Masculorum cellulae simul computatae summam dabant 858. In earum 234 totidem reperi Vermes perfectos, qui nondum quidem in Nymphas excreverant; at alii tamen aliis ad cutis mutationem propius accesserant. In 146 harumcè cellularum totidem conspexi Nymphas masculinas, lactis instar, candidissimas, quae novissime exuvias deposuerant. In aliis 44 cellulis Oculi Nympharum jam jam dilutissimo purpurae colore levissime spectabiles fieri incipiebant. Porro in 414 aliis ejus-

modi

deese couleuren nog niet, alsoo sy nog in haar beginsel, en meest wit, als een geronne melk van couleur waaren. Alleen sag men, dat de Oogen allengskens in een bleek purper waaren vergroeyt, gelyk men dat omtrent de drie verspreyde Oogkens meede observeerden, die alhier kennelyker waaren als sy syn, wanneer deese Dierkens haar perfectie hebben.

Onder de Buyk en Staart van deese Popkens, daar observeerden ik het afgestrootte Vel, en de Longaderen, die sy hadden afgeleyt, wanneer sy de gestalte van Wurmen verlatende, de gedaante van Popkens hadden komen aan te neemen. En daar neffens sag men nog het overschot van haar voetsel, dat door het ingedronge water als een gewekt styffel was geworden, of gom Tragacant; die begint te swellen. De couleur hier van trok wat naa het doorlugtig Barnsteen: wanneer ik dit proefde, soo begon de smaak daar van wat rensch te worden.

Boven aan, onder het Wasch, daar deese 14 huyskens meede versgelt waaren, sag men het spinsel, dat se daar wytspannen, als sy nog Wurmen syn. Dit spinsel was daar seer sterk en dradig; maar beneeden in het huysken was het vlietig; alsoo sy haar op die tyt, wanneer sy haar, om het celleken toe te spinnen, over al beweegen, ook haar voetsel, en dan mogelyk haare vuiligheden, daar in vryven, dat het vlietig maakt, en de openingen der gesponne draaden toelymt.

Vorders soo openden ik alle de toegesegelde en gesponne Mannekens huyskens, waar van de grootste menigte aan het eynde van de cellekens der gemeene Byen vast gebout was, en in een particulier Broot of Honingraat, om laag onder in de Korf hing. De andere Mannekens Huyskens, die waaren midden onder de cellekens van de gemeene Byen getimmert, en sy hadden daar gemeene murgien meede. Het getal deser toegesegelde Mannekens huyskens was 858 te samen. In 234 huyskens daar van, vont ik soo veele volkome Wurmen, die nog in geen Popken vergroeyt waaren, en waar van de eene meer, en de andere minder, tot haare vervelling waaren genadert. In 146. van deese huyskens, daar in sag ik soo veel spier en melk wittē Mannekens Poppen, die effen vervelt waaren. In andere 44 cellekens, daar begon de couleur in de Oogen der Poppen effen sigtbaar te worden, dat sig als een heel bleek purper vertoonden. Wederom sag

sag

modi consignatis cellulis totidem offendi Nymphas, quarum Oculi saturata jam purpura tincti erant. Tandem in 20 aliis Nymphas tales observavi, quae jam in eo erant, ut exuvias ponerent, & Apum Marium formam induerent; siquidem per earum cuticulam pilosa & grisea juvenulorum Marium membra jam transparebant.

Numeravi deinde reliquas omnes cellulas Masculinas, quae summam 1508 constituebant. Earum vero 720 penitus erant vacuae; quandoquidem juvenes Mares, aliquo ante tempore in iis exclusi, evolaverant. 268 aliae nondum perfectae erant, neque adhuc incubatui infervierant. 520 earundem cellularum, in quibus pariter nondum factus fuerat incubatus, purissimo melle virgineo repletas cernebantur. Praeterea 1701 alias numeravi cellulas, quoque vacuas, majores, oblongas, Masculorum cellulis haud absimiles, in quibus itidem nondum incubatum fuerat: minus enim regulariter erant constructae, atque hinc eum tantummodo ad finem accommodatae; ut Mel in iis coacervari possit. Quapropter etiam existimo, eas nequaquam cellulis masculinis adnumerandas esse; sed inter illas saltem habendas, quae ab Apibus ideo solum aedificantur, ut sint apothecae, in quibus annona in hyemem colligenda adservari queat: nam eidem quoque destinatas usui cellulas oblongas, sed Apum vulgarium cellulis similes, ab Apibus fabrefieri observamus.

Cellulae Apum vulgarium consignatae aequabant numerum 6468. In his autem Vermiculos inveni atque Nymphas, simili modo sese habentes, ac ante de Masculorum cellulis exposui. Quam ob rem iis seorsim singulis interstinguendis haud volui immorari; praesertim quia nec tempus mihi suppetebat ad omnia isthaec tam exacte numeranda: Nympharum enim nonnullae jam foetere incipiebant.

Porro 210 cellulas numeravi Apum Panem continentes, qui sparsim in Favis Apum vulgarium, intra peculiare cellulas, quae cellulis, tum Melle plenis, tum Nymphas recondentibus, interpositae erant, congestus atque accumulatus haerebat: nullum tamen horumce loculorum vidi obstratum.

Reliquas cellulas, de novo adstructas, tum vacuas, & in quibus incubatum erat, illasque, quas Apes anno superiore in hoc Alveari aedificaverant, tam Apum vulgarium progeniei excubandae, quam continendo melli dicatas, haud

sag ik, in 414 andere toegesegelde Mannekens cellekens, soo veele Poppen, daar de Oogen nu in een donker purper verandert waaren. Eyndelyk bevont ik in 20 andere cellekens, dat de leeden van de jonge Mannekens Byen aldaar hayrig en grys door het huytken van de Pop heen sbeenen, en dat sy op het punt stonden om te vervellen, en de gedaante van Mannekens Byen aan te neemen.

Ik telde voorts alle de rest der Mannekens huyskens, die tot een getal van 1508 waaren. 720 der selve, die waaren t'eenemaal leedig, alsoo de jonge Mannekens, daar eenigen tyt te vooren, in uytgebroeyt en uytgevolgen waaren. 268 andere waaren nog niet volbout, en daar was ook nog niet ingebroeyt geweest. 520 van deselve huyskens, daar ook nog niet in gebroeyt was, die sag men, dat met suyveren Maagdenboning gevult waaren. Nog telde ik 1701 andere ongevalde, groote en langwerpige huyskens, van fatsoen als die der Mannekens, daar ook nooit in gebroeyt was, alsoo sy irregulier van maaksel waaren, en daarom alleen geschikt, om Honing te versamelen: waarom ik se ook niet oordeel, dat men se onder de Mannekens huyskens behoort te tellen, maar alleen onder die sy particulier timmeren, om Honing en winter provisie in te vergaderen; gelykerwoys sy ook diergelyke huyskens die langwerpig syn bouwen, van fatsoen als die der gemeene Byen.

De versiegelde huyskens der gemeene Byen, die waaren 6468. Daar ik Wurmen en Popkens in vont, die op deselve wys gestelt waaren, als van die der Mannekens gesegt is: om welke reden dat ik se niet particulier onderscheyde: als ook om dat ik de tyt niet hadt, om dit alles soo distinct te tellen, alsoo eenige Popkens daar van nu al begonnen te stinken.

Voorts telden ik 210 huyskens met Byen broot, dat hier en daar, in de Honingraten der gemeene Byen, in gesepareerde huyskens vergadert was, en op een gestapelt; soo tussen de huyskens met Honing, als in het werk daar de Popkens laagen: sonder dat ik daar eenige van versgelt sag.

De vordere nieuwe aangeboude, de leege, de uytgebroeyde, en de huyskens, die de Byen het voorleede jaar in deese Korf gemaakt hadden, en die alle tot de jongen der gemeene Byen dienden, en om den Honing in te versamelen, die heb ik niet kunnen

Yy yy yy

tel-

haud potui omnes numerare; quia & enormis earum erat multitudo, & tempus me deficiebat. Neque etiam illas numeravi cellulas obfignatas, quae, superiore in regione Alvearis sitae, congesto Melle turgebant. Attamen curiositate inductus Mei, quod cellulis hisce continebatur, ponderavi, atque septem sicut libras aequare deprehendi.

Nec Ovula, nec minores Vermiculos nondum plene adultos, usquam in universo hoc Alveari inveni; ut hinc maximi atque gravissimi Apum vulgarium labores tum temporis jam peracti fuerint: neque enim ulla amplius nutriendi sobolem, aut cellulas exstruendi, cura premebantur; sed Mel solummodo in nutrimentum Marium, Foemellae, & sui ipsarum, adhuc colligere debebant. Insuper tamen & praeparanda erant necessaria ad secundum, tertium, & quartum examen instituendum: quippe quod necessario consecuturum fore certus praevidebam ex discrepantia & Nymphis Regulorum, qui aetate multum inter se differebant, & hinc diversis temporibus suis e cellulis erant prorupturi. Credibile hinc est, quod Foemellae seniores medio etiam inter examina tempore ab opere propagationis haud ferientur: quemadmodum in priore Alvearis apertione, 22 Augusti instituta, animadvertimus.

Multae vulgarium Apum, quae in primitivo hocce Alveari erant, griseo etiam colore gaudebant; quod certum est indicium, ipsas haud ita pridem suis e cellulis prorupisse. Ne unicam quoque inter eas observavi, cujus Alae erant decussae; quales tamen mensibus autumnalibus & verno tempore complures occurrunt: unde credibile est, veteranas praeteriti anni Apes maximam partem jam fuisse mortuas, aut sinistro casu interemptas, harumque in locum recens natas successisse. Nec sane cuiquam velim paradoxum videatur hoc assertum: quod si enim 14 Junii in unico Alveari 6468 Nymphae, atque in unico examine 2433 Apes fuerint numeratae; sane conjicere facile est, quam insignis Apum multitudo, medio inter Martium & Junium, nec non inter Junium & Septembrem tempore, progeneretur: multitudo certe, quae Alveare vel triplicato quoque novorum incolarum numero instruere possit; quamvis omnes etiam illae, quae anno superiore, aut mensibus aestivis, in eo habitaverunt, interea sinistre periissent. Regulus solus diutius superest; quamquam tamen vix probabile mihi videatur, ipsum ultra triennium vitam protrahere. **Quan-**

tellen, soo om haar groote menigte, als om dat my de tyt ontbrak. Gelyk ik ook niet getelt heb de verzegelde huyskens, waar in zy haaren Honing heel boven in de Korf hadden versamelt. Ik had egter de curiositeit om den Honing te weegen, die in deese huyskens was, dewelke ik bevont, dat seven pont bedroeg.

Eyeren, nog kleene onvolwasse Wurmen vond ik in deese gansche Korf niet: waar om de grootste en swaarste arbeyt der gemeene Byen nu gedaen was: alsoo sy niet het geringste meer hoefden te voeden, nog huyskens aan te timmeren, maar alleen Honing te maken, om de Mannekens, het Wyfken, en haar selve te voeden. En ook om haar tot het tweede, derde en vierde swermen gereet te maaken. Dat ik gewis, en ook nootsakelyk oordeelde, uyt de verschillendheid der Koningen, en haare Popkens, die veel van malkanderen in ouderdom verscheelden, en op verschillige tyden souden uyt haare huyskens breeken. Tusschen welke tyt het schynt, dat deese oude Wyfken dan haare voortteeling verworderen: als in de eerste opening der Korf van den 22 Augustus aangemerkt is.

Veel gemeene Byen, die in deese Moederkorf waaren, die waaren nog heel grys, dat seekere teekenen syn, dat se nog niet lang uyt haare huyskens waeren gebrooken geweest. Ik sag daar ook gansch geene Byen onder, met afgeslage Vleugelen, gelyk men in de Herfstmaanden, en het voorjaar veel siet: soo dat het te gelooven is, dat de oude Byen van het andere jaar, nu meest gestorven of verongelukt waaren, en de nieuwgeboorne in haar plaats gesuccedeert. En deese stelling behoeft niemant ook wonder te geeven, want indien daar op den 14 Juny, alleen in een Korf, 6468 Popkens waaren, en in een swerm 2433 Byen, soo kan men ook ligt oordeelen, wat een grooten getal Byen, dat 'er tusschen Maart en Juny, en tusschen Juny en September, moeten aangeteelt worden, die meer als capabel syn, om de Bykorf met drie dubbelde nieuwe inwoonderen te voorsien; hoewel sy alle mogten verongelukt syn, die het vorige jaar, of in de somermaanden, daar in geleefd hadden: de Koning alleen uytgesondert, die langer leeft. Hoewel ik ook niet en kan geloven, dat die over de drie Jaaren leeft.

Want

Quandoquidem enim ex haftenus dictis patet, quod, spatio unius examinandi temporis, 15 juvenes Reguli, five Foemellae, unico in Alveari pro-
venerint; & quum experientia quoque constet, Apes, nostris in oris, raro plus quam ter vel quater examinare, atque tum semper Regulis, qui sub ultimo examine supervacanei sunt, mortem inferre; hinc in promptu est concludere, quod eo tempore veteranus five effoetus Regulus quoque una enecetur, & recens natus ejus in locum succedat. Attamen per experientiam id etiamnum demonstrandum restat. Nec sane difficile adeo foret hanc rem certo expiscari; modo quis sufficientia institueret experimenta, nec Alvearibus parceret.

Mirum, quantum vivaces sint Apes: postquam enim eas omnes, una cum Alveari, aliquo tempore aquis submergi curaveram, jamque iis numerandis eram occupatus; sensim eae veluti reviviscere, atque adeo acriter per Alveare discurrere & volitare incipiebant, ut iterato eas aquis submergendas curare fuerim coactus. Et quamvis tum saltem omnes penitus exstinctas esse certo crederem; tamen multae etiamnum in vita supererant: arescentes enim aliquo post tempore ad vitam redibant, & vel trium adhuc dierum duarumque noctium intervallo, impastae etiam, vivebant.

At vero ut compendio nunc exhibeam omnia, tam in Alveari primitivo, quam eo, quod hinc evolavit, examine observata, & constet, quantus fuerit numerus omnium Apum Nympharumque simul computatarum; libet heic paucis summam subjungere.

Regulus adultus in Examine	- - -	1
Regulus in Alveari primitivo	- - -	1
Reguli adulti in cellulis obfignatis	- - -	9
Apes vulgares perfectae in Examine		2433
Apes vulgares perfectae in Alveari primitivo		8494
Masculi adulti in Examine	- - -	4
Masculi adulti in Alveari primitivo		693
Nymphae Regulorum	- - -	5
Nymphae & Vermes Apum vulgarium		6468
Nymphae & Vermes Masculorum	-	858
Qui numeri ad unam summam relati exhibent		18966

Animalcula, quae omnia unico in Alveari extiterant, & quorum 2438 examinando inde evolaverant.

Numerus domuncularum, exceptis veteranis, recens adstructis, obfignatis Nymphas continentibus, vacuisque, aut Melle vel Apum
Panc

Want gelyk uyt dit verhaal blykt, namentlyk dat 'er op een swerm tyt, 15 jonge Koningen of Wyfkens in een Korf voortkomen, en dat ook de ervarentheid leert, dat de Byen selden over de drie en viermaal hier te lande swermen, op welken tyt sy altyt de Koningen, die in de laatste swermen te veel syn, doodden; soo kan men ligt vast stellen, dat op die tyt de oude of uytgeleyde Koning meede om den hals raakt, en dat daar in syn plaats een nieuwe succedeert. Dan dit moet nog door de ervarentheid beweesen worden; en die was ligt te nemen, in dien men maar genoegsame experimenter deed, en geen Korven kwam te spaaren.

Het is wonderlyk, hoe sterk de Byen van leeven syn, want naa dat ik haar alle met de Korf had eenigen tyt onder het water laten steecken; en dat ik nu besig was met haar te tellen; soo begonden sy allenkskens als te herleeven, en soo sterk door de Korf te loopen, en ook te vliegen, dat ik genootsaakt was, haar nog eens onder het water te laten dompelen: en hoewel ik my doe vast inbeelde, dat se doot waaren; soo behielen veele egter nog het leeven: want sy droogden en bekwamen eenigen tyt daar naa: en sy leefden by my sonder eeten; nog drie daagen en twee nagten.

Maar, om nu in het kort te begrypen, alles wat in de Moederkorf, en syn uytgevolge swerm geobserveert is, en hoe hoog het getal der Byen en haure Popkens daar in te samen opklimt, soo sal ik daar de korte som van stellen. als

Volwassen Koning in de Swerm:	- - -	1
Koning in de Moederkorf	- - -	1
Volwassen Koningen in versgelde huyskens.		9
Volwasse gemeene Byen, in de Swerm.		2433
Volwasse gemeene Byen, in de Moederkorf.		8494
Volwasse Mannekens in de Swerm.	- - -	4
Volwasse Mannekens in de Moederkorf.		693
Popkens der Koningen.	- - -	5
Popkens en Wurmen der gemeene Byen.		6468
Popkens en Wurmen der Mannekens.		858
Dat te samen een som maakt, van		18966

Dierkens, die alle in een eenigen Korf syn geweest, en waar van dat 'er 2438 uytgeswermt waaren.

Het getal der Huyskens sonder de oude, de nieuwe aangeboude, de verzegelde met Popkens, en de lege huyskens der gemeene Byen te rekenen, of
Yy yy yy z die,

Pane refertis Apum vulgarium cellulis, ita sese habebat.

Inchoatae & perfectae cellulae Regu-
lorum. 34

Cellulae Marium obfignatae, vacuae, &
quae, post Mares inde exclusos, Melle
erant repletae 2366

Quae simul constituunt summam - 2400
domuncularum. Nonne omnia isthaec inge-
nium atque dexteritatem, quibus Omnipotens
Apes impertivit, mirum in modum nobis
patefaciunt?

*Alveare apertum, continens Examen aliquot die-
rum, in quo multa mirabilia deteguntur.*

Quum Julii 25 ruri essem; ingens atque exi-
mium Apum examen advolabat: quod cum in
Ulmo confedisset, inde in vacuum Alveare decuti
curavi. Verum paullo post omnes totius examinis
Apes rursus semet ad Ulmum conferebant, ibi-
que, Pedum suorum ope inter se cohaerescen-
tes, semet suspendebant: Regulus namque
sive Foemella haud, una cum aliis, de ar-
bore in Alveare fuerat decussa. Quapropter
examen iterato Alveari committendum curavi,
sicque obtinui tandem; ut omnes deinde,
quotquot erant in hoc examine, Apes paul-
tim eo se reciperent.

26^{mo} Julii tempestas satis serena erat, radiisque
solaribus illustris. 27^{mo} coelum contristabatur.
28^{us} & 29^{us} pluvia infestabantur. 30^{mo} Alveare
examinabam, atque subtus in solo, quo super id
repositum erat, exiguum Panem sive portionem
Favi inveniebam, quae, quoniam ab Apibus
haud satis firmiter Alveari adglutinata fuerat,
aut quod forte nimis multae Apes semet illi
adfixerant, delapsa erat. Numeravi autem in
hoc Pane 418 cellulas cereas Apum vulgarium,
qua inchoatas, qua perfectas, decemque insu-
per Ova, quae altero suo extremo ad Ceram
adfixa haerebant. 31^{mo} toto tempore anteme-
ridiano pluebat; circa meridiem vero ventis
nimisque infesta, imbrica, erat tempestas.
Flexo tandem in vesperam hoc die Alveare
istud una cum Apibus contentis in cubiculum
detuli, investigaturus, quidnam Apes spatio
sex dierum in eo peregerint.

At vero quum Aculeum & venenum earum
pertimescerem; omnes prius Apes interficere
constitui: quapropter eas vaporavi fumo fasci-
culi cujusdam accensi, quem de fat magno sul-
phuratorum, pannis lineis detritis obvolutorum,
numero adeo crassum confeceram, ut in superio-

die, daar Honing ende Byenbroot in was, dat be-
stont: in

Beginselen en volkome huyskens der Koningen.

En in toegesegelde, leege, uytgebroyde en
met Honing gevulde huyskens der Manneken:

2366
dat te samen een getal van 2400

huyskens maakte. Het welk alles ons de geest en de
kunst, die GODT in de Byen opgesloten heeft,
seer wonderbaarelyk bekent maakt.

Een Korf geopent synde een swerm van
eenige dagen, waar in veele wonde-
ren ondekt worden.

Wanneer ik den 25 July op het lant was, soo
kwam daar een groten en schoonen swerm Byen
vliegen, die sig in een Ipenboom begaf, waar
van ik haar in een leege Korf liet afschudden.
Maar een weynig tyts daar naa, soo vloog de gan-
sche swerm weer in de Boom, daar sy met haare
voeten aan malkanderen bleeven vast hangen; door
dien de Koning of het Wyfken niet meede van de
Boom was afgeschut geworden. Soo dat ik de
Swerm ten tweeden maal in de Korf deed stor-
ten, en als doen soo vloog de gansche troep daar
allengskens meede in.

Den 26 was het redelyk goet weer, en sonne-
schyn. Den 27 was het een betrokke lugt. Den
28 en 29 was het regenagtig weer. Den 30 soo
besag ik de Korf, en ik vond onder op de gront van
de aarde daar hy op stont, een Brootken of stuksken
Honingraat gevallen, het geen de Byen niet sterk
genoeg aan de Korf vast gekleeft hadden, of dat
daar van afgeweeken was, door dien dat 'er te
veel Byen aangeseten hadden. Ik telde in dit broot-
ken 418, soo beginselen, als volkome wasse celle-
kens der gemeene Byen, en dan tien Eyeren, die
met haar eene eynde op het Wasch vast stonden.
Den 31 regenden het de gansche morgen, en op
de middag was het windrig, buyig en regenagtig
weer. Den avont gekomen synde, soo brogt ik dese
Korf met Byen in een kamer, om daar in te on-
derjoeken, wat sy binnen de tyt van ses dagen daar
in gemaakt hadden.

Maar alsoo ik haaren Angel en fenyn vreesden,
soo resolveerden ik de Byen eerst alle te dooden, en
daarom soo beroekten ik die met out linnen, dat ik
om een goet getal swavel stikken bewonden hadt,
en effen soo dik gemaakt, dat het door de bovenste
opening van de Korf heen kon. Maar alle myn

rem Alvearis aperturam modo immitti posset. Verum frustranei erant omnes isti, quibus eas occidere satagebam, conatus: quamvis enim, ab hora vespertina octava ad undecimam usque nocturnam, vaporationem hancce continuaverim, atque pannos extinctos subinde iterum accenderim; mansere tamen in vi a superstites, ingentes bombos & murmur horribile intus excitantes.

Mane sequentis diei admodum tranquillae erant: quare Alveare in alium locum transtuli, atque sic centenas aliquot Apes mortuas in solo reperi jacentes. Maximus interim Apum numerus adhuc vivebat, earumque nonnullae ex Alveari provolare incipiebant. Decevi igitur Alveare de novo vaporare, Apibusque simul liberam concedere viam, qua ex Alveari exire possent. Ne vero sub hoc opere quidpiam noxae mihi inferretur; lagenam fumiferaeque pintae capacem, cujus collum, charta grisea obvolutum, Alvearis ostio immisi, illaque dein charta obturavi spatium, quod inter collum lagenae & Alvearis orificium adhuc parebat. Hinc, quamprimum tunc fumus per Alveare diffundebatur, Apes mox vehementissime inter se commotae, atque confuse cursitantes, formidabilem edebant strepitum, earumque 1898 uno quasi impetu ex Alveari in lagenam prorumpabant. Exemi proinde hanc lagenam, aliamque jugiter in ejus locum substitui; donec tandem omnes Apes hac ratione ex Alveari expulsaee essent, nec ullus amplius bombus intus perciperetur.

Tum vero, Alveari inverso, Regulum inveni, animae defectu quasi correptum, subtus in solo procumbentem. Aliae itidem nonnullae Apes, quae infra in solo confederant, fumo suffocatae interierant, & admodum madebant: aliae autem, quae in superna Alvearis regione sese continuerant, omnes erant siccae, atque in lagenis haud aliter discurrebant & volitabant, ac si forent integerrimae.

Hoc peracto tantillum aquae Apibus intra lagenas detentis adfudi, sicque effeci, ut eae paullo post morerentur; quamvis nonnullae tamen rursus ad se redibant. Ita tandem inveni, omnes hujusce Examinis Apes, simul computatas, summam constituisse 5669, adeoque eximium id fuisse examen. Interim quoniam serius, anno jam labente, evolverat, atque praeterea in locum inciderrat, qui parum mellis suppeditabat; ideo illud destruxi; praeprimis tamen, ut experirer, quid-

arbeyt om haar te dooden was te vergeefs, want niet tegenstaande dat ik dit van savons te 8 uuren tot 11 uuren in de nagt continueerde. en nu en dan het uytgedoofde linnen weer aanstak, soo bleven sy egter in het leeven, maakende een groot gehommel, en een verovarelyk geluyt.

Des morgens waaren sy seer stil, waarom ik de Korf verplaatste, en ik vond eenige hondert Byen daar onder doot leggen; levende nog het meejie getal, en sommige begonnen uyt de Korf te vliegen. Daar op resolveerde ik de Korf op het nieuw te verookken, en met een de Byen een vrye passagie te geeven, om uyt de Korf te kunnen loopen. Maar op dat ik daar geen ongemak van lyden sou, soo nam ik een anderhalf pints vles, die ik sijn bals met grauww papier bewont, en soo open in de mont van de Byekorf stak, en met het papier sloot ik de spatie, tusschen de Korf en het glas. Soo draa nu als de rook in de Korf kwam, soo begonden de Byen haar verovarelyk te roeren, en door malkanderen lopende een verschrikkelyk gedruys van haar te geeven; soo dat daar op een maal 1898 Byen uyt de Korf in de vlesch liepen, die ik daar vervolgens af nam, en een andere vlesch in de plaats stak, tot dat alle de Byen op die wys, uyt de Korf gedreeven wierden, en ik geen geluyd meer vernam.

Als doen soo keerde ik de Korf om, en ik bevond de koning half in swym leggende, onder op de gront. Eenige andere, die onder op de gront geseten hadden, waaren door den damp bevangen geworden en gesturven, synde heel vogtig. Maar de andere, die haar boven in de Korf gehouden hadden, die waaren alle droog, en sy liepen en vloegen in de vleschen, als of haar niets en schorste.

Dit gedaan synde, soo goot ik een weynig water op de Byen, die in de vleschen waaren, die kort daar na sturven; hoewel dat sommige wel weer bekwamen. En ik bevon, dat den ganschen hoop een getal van 5669 Byen uytmaakte; synde dit een seer schoone swerm. Maar die te laat in 't jaar was gevallen, en dan nog op een plaats, daar niet veel boning te vergaderen viel; waarom ik hem doode, maar voornamentlyk, op dat ik net sou

quidnam Apum iste numerus, intra tam breve temporis spatium, coeloque insuper minus favente, suam per industriam potuerit efficere.

Inter omnes haec Apes nonnisi unica erat, quam Regem vocant, Foemella. Maximum numerum Operariae constituebant Apes, quae nec masculini nec foeminei sexus sunt. Has tamen inter 33 numeravi Mares, qui una cum illis ex Alveari primitivo evolaverant, perpetuam Apes incubantes vocati: Apiculae enim solo calore aestivo, illoque praesertim, quem Apes perpetuo suo motu, tum huc illuc discurrendo, tum operando alasque suas agitando, inter se mutuo concitant, incubantur. Unde & vel maxime dignum erat notatu, quod ipsa lagena, in quam illae 1898 Apes sese receperant, concitato harum motu, atque vaporibus, quos corpora earum exhalabant, penitus fuerit excaefacta.

Cerae cellulae tam inchoatae, quam perfectae, quas Apes hae, intra illos sex dies, fabricaverant atque extruxerant, computatis simul iis, quae in supra memorato Favi pane numerabantur, summam exhibebant 3392: ejusdem tamen omnes erant fabricae & magnitudinis, nec nisi vulgaribus Apibus excubandis accommodatae. Has inter cellulas numeravi 236, in quibus eae jam jam Mel congefserant: quod tamen rursus inde erat exfuctum; quia foris haud multum dabatur colligendum. Facile autem domunculas haec internoscere poteram; quandoquidem paullo magis flavebant, quam aliae, quae nihil adhuc Mellis continuabant: hae enim contra nitide albo gaudebant colore.

Porro in ingenti hac cellularum multitudine cellulas 62 numeravi, in quas Apes jam inceperant Panem Apum sive Erithacen congerere: erat autem materies isthaec versicolor, ex flavo nimirum rubescens, nonnihil ad purpureum vergens. Dubito interim, an non vaporatio hancce coloris varietatem produxerit: ipsa enim Cera alba quoque sic infecta, nigrisque punctis maculata, cernebatur.

In 35 cellulis totidem inveni Ovula, quae altero suo extremo ibi adglutinata erant. His si decem illa Ovula addas, quae in prima Cera numeravi, summa omnium erit 45. Praeterea in 150 harumce cellularum totidem offendi Vermes, qui, suis jam Ovis exclusi, languide fernet movebant. Magnitudine ii quidem inter sese discrepabant, eorumque maxima species illi,

weeten, wat haar getal en arbeyt, in soo een korten tyt en kwaat weer, kan te weeg brengen.

Onder alle deese Byen was maar een eenig Wyfken, dat men de Koning noemt. De grootste hoop waren Werkbyen, die nog Manneken nog Wyfken syn, en daar onder telde ik 33 Manneken, die niet haar uyt de Moederkorf gefwermt waren, en die men verkeert Broetbyen noemt. Want de Byen worden alleen uytgebroeyt door de hette van de Zomer, en voornamentlyk door de hette, dewelke de Byen onder malkanderen maaken, door haare geduurige beweegingen, die soo uyt haar been en weer loopen, als uyt haar wercken, en het beweegen haarer vleugelen komt te ontstaan. En het was seer aanmerkelyk, dat de vlesch, daar de 1898 Byen ingelopen waaren, selfs heel warm was geworden, door haare snelle beweeging, ende uitwaasemingen uyt haare lichaamen.

Het getal soo van de begintselen, als van de volkome wafse huyskens, die deese Byen in de verhaalde ses dagen gemaakt ende getimmert hadden, als men die van het voorgenoemde Broetken daar by reken, dat besjont in 3392 cellekens, die alle van een aart ende grootte waaren, en niet bekwaam, als maar alleen, om de gemeene Byen in op te kweeken. Onder deese huyskens telde ik 'er 236, daar sy alreede Honing in hadden vergaart, maar deselve waaren weer leedig gesjoogen geworden, om dat daar weynig Honing te haalen was. En deese huyskens waaren heel ligt te kennen, om dat sy wat geelder van couleur als de andere waaren, daar nog geen Honing in geweest was, dewelke helder wit van verruw waaren.

Voorts telde ik onder dit groot getal huyskens nog 62, daar sy Byenbroot in hadden beginnen te versamelen: deese substantie was van verscheyde coupleuren, als geel, rootagtig, en een weynig naer het purper trekkende, dat ik niet weet, of het uit berookten syn oorspronk nam, alsoo het witte Wasch daar selfs van besmet was, en met swarte stippelen beklad.

In 35 huyskens vond ik soo veele Eyeren, die op haar eene eynde daar in vastgekleeft waaren. Waar by als men de 10 Eyeren voegt, die ik in het eerste Wasch getelt heb, soo sou haar volle getal 45 weesen. Nog vond ik in 150 van deese kamerkens soo veele Wurmen, die alreede uyt haare Eyeren gekoomen waaren, en die haar traaglyk beweegden. Deselve waaren van verschillige grootte, komende het grootste soort over een,

illi, quem Tab. XXIII. Fig. XIII. sub lit. c re-
praesentavi, accedebat Omnes autem hi Vermes
medio in pabulo suo, quod Apum Cultoribus
expertissimis Mel eructatum audit, collocati
erant. Mel isthoc, instar Gummi Tragacanthi
soluti, aut Amyli aqua subacti, albidum,
vix ullo sapore eximio pollebat, neque caeterum,
microscopio perlustratum, aliud quid-
piam peculiare ostendebat. In ipsis Vermibus
Fistulas pulmonales argentei candoris decur-
rentes, & per eorum corpora, quae pellucida
erant, transparentes quam elegantissime con-
spicere licebat.

Cum Ceram ibi loci examinarem, ubi ea,
fastigio Alvearis adglutinata, primum efficit
Favi fundamentum; ne minimum quidem dis-
crimen hanc inter & reliquam Ceram anim-
adverti: quin ejusdem utraque indolis & natu-
rae erat. Id tamen maxime mirabar, quod
Commolis isthaec simpliciter tantum, specie
exiguae cujusdam diductae crustae, Alveari
adglutinata, & hinc pro parva solum nodo
parte cum eo unita esset; dum interim reliqua
Cera, undequaque libera, ad perpendiculum
dependebat: simili prorsus modo, ac si discus
ligneus exigua suae circumferentiae parte la-
queari plano adfigeretur.

Plura autem in hoc Alveari suspenfa cerneban-
tur cereorum ejusmodi panium rudimenta, quae
figurae erant ovato-rotundae, & à rinqve cellulis
plena. Praeterea ita pendebant, ut non nisi
dimidium pollicem latum a se mutuo distarent;
in quo quidem spatio intermedio Apes, pani-
bus adhaerescerent, discurrebant: quae ratio
fuit, ob quam panium quidam, in quo 418
cellulas numeravi, prae pondere adhaerentium
Apum, ab Alveari abruptus deciderit. Patet
hinc Apum Cultores gravissimis cogi rationibus
ad Alvearia passim cum bacillis decussatim
transfigenda; quo Cera pluribus sustineatur ful-
cimentis: unde in vetustioribus Alvearibus
etiam observamus, quod ipsae quoque Apes hi-
sce bacillis Ceram suam undequaque adfigant.

Numerum equidem Apum considerans,
quae cereis cellulis conficiendis operam suam
impenderunt, haud adeo miror, tantam ha-
rumce multitudinem, intra tam breve tempus,
coeloque insuper minus favente, potuisse fa-
brefieri. At vero id maxime stupeo, quod
unica Foemella tot Ovula; tam brevi temporis
intervallo, & parere, & in totidem singula
distinctas diversasque cellulas collocare, atque
adfigere potuerit. Accedit, quod, antequam

haec

niet die ik in de XXIII. Taf. in de XIII. afbeelding,
by de letter c vertoont heb. Alle deese Wurmen
lagen midden in haar voetsel, dat de ervarenste
Byenhouders speyg Honing noemen. Het selve was
wit, als een gesmolte gom Tragacant, of een weynig
styffel, met water gemengelt; sonder dat het veel
smaak had, of eenige andere bysonderheeden; wan-
neer men het onder een vergrootglas besag. In de
Wurmen selve sag men seer fraay de loop der
silver witte Longpypen, die door haare lichaamen,
dewelke doorlugtig waaren, heen scheenen.

Wanneer ik het Wasch examineerde, ter plaats
daar het boven aan de Korf was vast gekleeft,
en 't geen de aldereerste gront van het selve is;
soo vond ik daar het alderminste onderscheyt niet
in tusschen dat van het andere Wasch, want het
was van een aart en natuur. Maar, het geen my
daar omtrent verwonderde, was, dat het soo simpel
en eenvoudig, alleen met een kleenc wytgebreyde
korst, aan de Korf was vastgekleeft, soo dat
het niet, als maar voor een kleen gedeelte, daar
meede vereenigt was. hangende het vordere Wasch
lynregt in de ope lucht. Even al eens, of men een
houte tafelbord, met een kleen gedeelte van syn om-
trek, aan een vlakke Jolder hadt gelymt.

Men sag in deese Korf verscheyde diergelyke neer-
hangende begintjelen van wasche Brootkens, die van
figuur een ovaalagtig ront vertoonden, en aan weersy-
den vol van cellekens waaren: en sy hingèn niet ver-
der, als een halve duym van malkanderen, waar
tussen de Byen in liepen, en haar daar aan vast
hielden; dat ook de reeden is geweest, dat het eene
Brootken, daar ik 418 huyskens in getelt heb door de
swaarte van de aanhangende Ben, van de Korf
was afgeweeken. Waar uyt men siet, dat de
Byenhouders seer groote reden hebben om de Korven,
met verscheyde stokkens kruyswys te door steeken,
op dat het Wasch te beeter steunsel sou hebben. Al-
so men in ouder yekorven ook siet, dat de Byen
selfs haar Wasch daar rontsom aankleeven.

Wanneer ik het getal der Byen aanmerk, die
alle deese wasse kamerkens, in soo korte tyt, in
kwaat weer getimmert hadden. soo verwondert my
dat soo veel niet, als hoe dat een eenig Wyf-
ken soo veele Eyeren in die korte tyt heeft kun-
nen voortbrengen, en die in soo veele distinde en
verscheyde huyskens plaatsen en vast kleeven, dat
se ook niet eer heeft kunnen doen, voor het lynregt
fondament daar van geleyt was. En het is voor
al aanmerkeelyk, dat deese Eyeren in soo korten tyt

Z z z z z z

Wut

haec res fieri posset , perpendiculare fundamentum prius jactum esse debuerit. Praepri-
mis deinde id notatu dignum est, quod isthaec
Ovula intra tantillum temporis spatium in Ver-
mes abierint , quorum subitum incrementum
pariter maxime animadverti meretur. Igi-
tur, ut vela contraham , in hoc Alveari fue-
runt

- 33 Masculi.
1 Foemella.
5635 Apes communes.
3392 Cellulae ceræae, Apibus vulgaribus ac-
commodatae.
45 Ovula.
150 Vermes.
62 Cellulae Panem Apum continentis.
236 Cellulae, in quibus Mel jam collectum
fuerat.

F I N I S.

Wurmen hebben voortgebracht , en waar in van gē-
lyken opmerkelyk is, hoe schieelyk sy aangroeyen.
Soo dat dan, om te besluyten, in deese Korf waad-
ren

- 33 Mannekens.
1 Wyfken.
5635 Gemeene Byen.
3392 Wassehe huyskens voor gemeene Byen.
45 Eyeren.
150 Wurmen.
62 Huyskens met Byenbroot , en
236 Huyskens, daar alreede Honing was in
vergaart geweest.

E I N D E.



RECENSIO INSECTORUM, quae ad Secundum Modum TERTII ORDINIS Naturalium Mutationum, cui CHRYSALLIS nomen est, referuntur.

Transfeo jam ad illorum descriptionem Insectorum, quae quidem ad eundem hunc Tertium Ordinem pertinent, at membra sua paulo minus manifeste conspicienda offerunt: quam ob rationem exultimavi, Mutationum hunc Ordinem in duas species sive modos esse distinguendum; licet horum alter ab altero non nisi per accidens, ut ajunt, discrepet.

Quantum ad illa Insecta adinet, quae alterum Tertii Ordinis Mutationum modum subeunt, ac vi incrementum atque extumescendum membrorum, quibus cutis denique perumpitur, Chrysalidis, quae omnes suas partes non nihil obscurius, quam Nympa, conspiciendas exhibet, formam induunt: inter ea equidem primo loco repono Papiliones diurnos, qui Belgis Vlinders & Pennevogels audiunt, nec praeterea nisi duobus adhuc tribusve peculiaribus nominibus, Albulorum (Witkens), Papilionum butyraceorum (Boterkapellen), & Cerdonum (Schoeniappers), apud nos distinguuntur.

Papilionum diurnorum alii torpentes & languidi vivunt, alii contra agiles atque pernices sunt, & sic porro: ut hinc modis infinite variis aera findentes sese moveant. Eorum ego LXXXV species adservo; quas inter XXXIV dantur species exterae, ex Africa nimirum, America, Brasilia, Hispania, Gallia, & aliunde, transmissae.

Inter memoratos autem Papiliones diurnos, qui penes nos sunt, viginti & duo dantur maximi, tres supra triginta medii, & triginta minimi.

Praeterea etiam aliquot eorum Vermes & Erucas, varias Chrysalides, nonnullosque Vermes, qui parte altera Erucae, altera Chrysalides sunt, possidemus. Quin & ad vivum demonstrare valemus, quonam modo Papiliones intra ultimam suam cutem, qua conclusos Chrysalides vocamus, collocati sint, eorumque partes, ut ut etiamnum minimae, jam tum tamen suo quaelibet colore sese distinguant; nec non quanam ratione ipsorum Alae, positae exuviis, protuberare incipiant. Porro & Furcas, Intestina, Ventriculum, atque Proboscidem Pa-

OPTELLINGE VAN DE DIERKENS, dewelke op de Tweede Wyze onder de DERDE ORDER van de Natuurlyke Veranderingen, GULDE POPKEN genoemd, behooren.

Nu gaa ik over tot de beschryving van die Insecten, welke wel tot deeze Graer behooren, maar die bunne leden wat min openbaar te zien geeven: om welke reden ik geoordeelt hebbe, dat deeze Order der veranderingen in twee soorten of wyzen moet worden onderscheiden; alhoewel de een van den ander niet als by toeval verschilt.

VI. Denique eandem hanc Erucam repraesentato, uti in Chryfallidem primo mutata, postremis deinde exuviis suis depositis, tandem in Papilionem Nocturnum Marem abiit. Hanc formam ubi semel indepta sunt haec Animalcula, deinceps nunquam amplius crescunt aut mutantur; sed soli tantummodo generationi incumbunt: prout in sequentium figurarum explicationibus paullo manifestius exponam. Interea hoc in Masculo elegantia, quibus is gaudet, Cornicula *aa*, Corpusculum tenue & pusillum *b*, quatuorque Alas *cc*, quibus Foemella ejus destituta est, exhibeo:

aa.
b. cc.

Fig. I.

Fig. I.

Primum Ovum Papilionis Nocturni, de quo agimus, magnitudine aucta heic repraesentatur. Purpureus in eo annulus, foveae nonnullae, atque inaequalitates, depicta cernuntur, quibus id ab aliis Ovis omnibus sese notabiliter distinguit. Praeterea in medio etiam nonnihil sinuatum est hoc Ovum: quo fit, ut ibi loci velut perforatum & patulum appareat, quando absque microscopio conspicitur.

Fig. II.

Idem Ovum nunc exhibeo, prout in duas partes diffractum, atque ab incola suo derelictum est. Quum enim id, haud aliter ac Ovum Galinaceum, duro constet Cortice; hinc minime in unum convolvitur, aut tanquam membranaceum integumentum, abstrahitur; ut in Formicarum & Apum Ovis fieri solet: imo vero ab Eruca, quam investit, dentatae instar testae divellitur, divulgumque deseritur. Attamen haud omnibus hisce Ovis iste fissionis modus communis est: prout enim Corticis durities sive renixus major minorve est; ita etiam Testae derelictae magis minusve a descripta forma recedunt. Quocirca conspiciere hinc datur, quam variis modis Insecta primas suas pelliculas sive tunicas exuant atque relinquunt: quod quidem plurimis speciminibus facile comprobari possit.

Fig.

't geen alle de leedematen van een toekomstende Nagtkapel vertoont: dan wat duysterder als een Pop doet, die de leeden van het Dier, dat daar uyt sal vervellen, t'eenemaal klaar vertoont, als hier vooren op syn plaats omstandig is aangeweesen. Egter, alsoo de Gulde Pop alle de leeden van het toekomstende Dierken meede vertoont, en dat het, het Dierken selve is, dat het vertoont, soo sal ik deselve leeden vervolgens meede in dese Gulde Pop aanwysen, 't geen ik in de vierde en vyfde figuur doen sal.

VI. Eyndelyk vertoon ik nu het afgebeelde Rupsken, soo als het ten laastten tot een Mannetjes Nagtkapel vergroeyt is; naa dat het tot een Gulde Pop eerstelyk vergroeyt was geworden, en voorts syn laaste huys heeft afgelegd. Naa welke tyt dese beeskens dan noit meer aanwassen nog veranderen, maar baar alleen tot de voortteeling begeeven. Dat ik nu in de verklaring der volgende figuren wat nader sal uytleggen. Ondertusschen soo vertoon ik in dit Manneken syne cierlyke tuornkens, a a syn dun ende kleen lichaam v, en voorts syne vier vleugelen c c, waar van het Wyfken berooft is.

Fig. I.

Eerstelyk soo wort het Ey van de tegenswoordige Nagtkapellekens hier in het groot vertoont, waar op men een purper ringeken, eenige bollig- en on-effentbeeden afgebeelt siet; waar door het van alle andere Eyerken merkelyk onderscheyden wort. Van gelyken soo is ook dit Eyerke, in het midden wat ingebogen, waar door het sig in syn natuurelyke grootte vertoont, als of het op die plaats doorboort ende open was.

Fig. II.

Dit Ey wort vervolgens afgebeelt, hoe het aan twee stukken is opengebroomen en afgeleyt: want alsoo het even als de schaal van een Hoender ey, uyt een harde Schaal bestaat, soo wort het niet in een gerolt, nog als een vliesig dekfel afgestroopt, gelyk de Eyerken der Mieren ende Honingbyen gebeurt: maar het word van het Rupsken, dat het bekleet, als een tandige potscherf van een gescheurt, en soo verlaaten. Egter soo is deese manier van opensplyting, niet ordinair aan alle deese Eyerken, want naa dat de tegenstant of hardigheid van de Schaal meer of minder is; soo wyken dese verlaate Schaaen, ook meer of minder van de afgebeelde gedaante af. Soo dat men hier uyt sien kan, wat onderscheyt dat daar is, tusschen het verlaten en afstroopen van de eerste huyskens of vlieskens der Insecten, daar men seer veele voorbeelden van sou kunnen bybrengen.

Fig.

Fig. III.

Tertio modum ostendo, quo isthaec Ova ipsi Texto adglutinantur: qua de re paullo post non-nihil accuratius agam. Patet heic etiam, quali foramine Papilio Nocturnus, e texto prorepturus, exitum sibi paraverit.

Fig. IV.

Quarto membra Papilionis Maris omnia in ipsa Chryfallide repraesentantur: uti sunt

a Bini in Capite Oculi, sub quibus, in Thorace, proxime inter Crura superiora, sita cernitur Proboscis.

bb Antennae suis cum tegumentis e situ naturali distractae.

cc Sex Pedes itidem e locis suis dimoti.

dd Superiores & inferiores Alaë, etiamnum naturaliter compositae.

e Annuli Ventris, in quibus nonnulli observantur pili cuticula sua exuti: id quod circa illos etiam pilos, qui in Capite conspiciuntur, locum habet.

Fig. V.

Omnia haec membra in Papilionis Foeminae Chryfallide heic pariter exhibentur: ita tamen, ut e naturali sua dispositione sive situ per artem non sint dimota. Elucescit autem inde, quod Chryfallis Foemina a Chryfallide Mare tribus modis discrepet: primo nimirum quoad Cornua; tum ratione Alarum; tertio magnitudine atque crassitië corporis: verum in explicatione Iconis sextae isthaec clarius patefient. Porro id heic in memoriam revocandum est, quod haec membrorum compositura, quantumvis diversa sit, haud tamen unquam inter Chryfallides variorum Insectorum essentialis, ut ajunt, discrimen producat, sed tantummodo accidentale, in brevitate vel longitudine, aut magnitudine & parvitate membrorum situm. Praeterea etiam animadvertere oportet, isthanc Chryfallidem, & quod mutata cute inde provenit, Animalculum ne minima quidem alia dote a se mutuo discrepare, nisi solo ordine atque dispositione membrorum; utpote quae in Chryfallide aliter, aliter in Animalculo ipso, sive spoliata suis exuviis Chryfallide, digesta sunt: quod quidem fedulo sane notandum est.

Fig. VI.

Postquam sub No. VI. Papilionem Marem, una cum elegantibus suis Corniculis, gracili subtilique corpusculo, & quatuor expansis Alis, depictum dedi; jam in Foemella quoque eos ipsos artus omnes, at longe imperfectiores, heic exhibeo: nimirum

aa Duo

Fig. III.

Ten derden soo vertoon ik de manier, op welke dese Eyeren op het spinsel selve vast gekleeft worden; waar van ik een weynig laager nog wat omstandiger spreken sal: men siet ook, wat opening het Nagtkapelleken daar in gemaakt heeft, als het daar buyten is gekroopen.

Fig. IV.

Ten vierden soo worden alle de leeden van de Mannetjes Kapel in syne Gulde Pop afgebeeld: Als

a De twee Oogen in het Hooft, waar onder men op de Borst, effen tusschen de bovenste Beenen, de Snuit siet.

bb De Hoornen met haare bekleetselen, buyten haar situatie geboogen.

cc De ses voeten, meede uyt haar plaats geligt.

dd De bovenste ende onderste Vleugelen, die in haare natuurelyke schikking gelaaten syn.

e De Ringen des Buiks, waar op men eenige hayrkens siet, die vervelt syn, dat meede in de hayrkens, die op het Hooft gesien worden, plaats heeft.

Fig. V.

Alle deselve leeden worden hier in de Gulde Pop van de Wyfjes Kapel meede vertoont; behalven dat se door de kunst niet uyt haare natuurelyke schikking of plaats syn geboogen geworden. Alwaar men dan siet, dat dese Wyfjes Gulde Pop op drierley manier verschilt van de Mannetjes Gulde Pop; als voor eerst omtrent de Hoornen, ten tweeden omtrent de Vleugelen, en ten derden in de grootheid ende de dikte van het lichaam; dan dat sal klaarder blyken in de verklaring van de sesde figuur. Voorts soo moet men sig hier wel erinneren, dat dese schikking van leeden, hoe verschillig sy is, nooit een wesentlyk onderscheyt tusschen de Gulde Pop van het ene of het andere Dierken komt te maaken; maar alleen een toevallig, dat in de korte of langte, of ook in de grootheid en kleenheid der leedemaaten bestaat. Waar by men ook wel in agt nemen moet, dat dese Gulde Pop, en het Dierken, te geen door de vervelling daar uyt voortkomt, niet het aldergeringste van malkanderen, verschillen, als alleen in de order van de schikking der leedemaaten, die anders in de Gulde Pop, en anders in het Dierken, of de vervelde Gulde Pop geplaatst syn: daar men neerstig op moet letten.

Fig. VI.

Het Mannekens Kapelleken, by No. VI. vertoont geweest synde, met syn twee sierelyke Hoornen, syndun subtiel lichaam, en syn vier uytgespanne Vleugelen; soo vertoon ik nu alle deselve leedematen in het Wyfken, maar op een heel gebrekkelyke manier, als

Dd dd dd d

aa Dd

Tab.
XXXIII.
Fig. VI.

aa Duo Cornua inconcinna.

b Corpus crassum atque distentum.

cc Quatuor breviculas Alas, aut potius leves tantum Alarum adumbrationes.

Unde patet, vere dici posse, quod Foemella isthaec alis careat: quapropter etiam fenos ejus Pedes absque ullo impedimento videre licet; qui contra in Masculo eousque sub alis delitescunt, ut duo tantum anteriores, inter Cornua & Alas superiores, nec nisi leviter, in conspectum veniant: prout sub No. VI. manifestum est.

Summopere igitur circa hanc Insectorum speciem animadverti meretur, quam mirifico modo Adorandus Architectus discrimen inter Marem & Foemellam ibi constituerit; & quam illustres dignitates atque praerogativas conjugum horumce alteri impertiverit, alteri contra negaverit. Sane dum elegantes Antennae, agile & expeditum Corpus, atque velocissimae Alae, Marem ad Regum thronos & scepra evehunt; Foemella, omnibus hisce adeo insignibus orba privilegiis, gravem tumidi crassique corporis sarcinam aegre circumferens, ad nidum perpetuo servandum, curamque rei domesticae gerendam, a provida Natura, quae principatum atque dignitatem omnem soli tantummodo Masculo detulit, quasi damnata esse videtur. Hinc etiam est, quod Foemella isthaec, solertissimae instar Matrisfamilias, nunquam domo exeat; sed matrimonii sui fructus, Ova nimirum, texti, e quo prorepit, superficiei semper adglutinet: prout in fig. 3. videre licet. Atque hic quidem Ovula texto adglutinandi mos constanti ordine, & immutabili Naturae lege, adeo proprius est huic Insectorum speciei; ut in aliis eum nullis Insectorum speciebus unquam haecenus observaverim, praeterquam in hac sola Foemella: quae hinc uti elegans praebet industriae matrisfamilias exemplum; ita hoc quoque nomine insigniri omnino meretur. Quin Masculus etiam iusto tempore suam revivens Foemellam, debitumque benevolentiae tributum huic persolvens, sua in specie commonstrat, sese a casto atque egregio Patrefamilias nequaquam deflectere; quandoquidem praestantiam atque dignitates suas cum Foemella communicat, hujusque tenuitatem sustentat.

Fig. VII.

Fig. VII.

Foemella adeo Ovulis repleta est; ut totus ejus Venter his scateat: quum vero Ventris in-

te-

aa De twee oncierlyke Hoornen.

b Het dik ende uytgeset lichaam.

cc Met de vier korte Vleugelen, of liever de flaauwe tekening van deselve.

Waar uyt dan blykt, dat men niet waarheid seggen kan, dat dit Wyfken geen vleugelen heeft; waar om men ook haare ses voeten sonder eenig belotfel komt te sien, die in het Manneken ter contrarie soo dicht door de vleugelen bedekt worden, dat men van deselve niet als de twee voorste gewaar wort, dewelke tusschen de Hoornkens en de bovenste vleugelen nog maar flaauwelyk gesien worden. Als by No. VI. naa te sien is.

Soo dat het overaanmerkelyk omtrent dese beeskens is, hoe verwonderlyk dat de Aanbiddelyke Architect, aldaar het onderscheyt tusschen het Manneken ende het Wyfken gesiet heeft. En wat voor beereylyke waardighceden ende voordeelen by het eene Dierken meede gedeelt heeft, en deselve wederom aan het andere geweygert. Soo dat daar de cierlyke Hoornen, het afgeregte vaardige Lichaam, en de oversnelle vleugelen, het Manneken tot den thron en scepter voeren; daar wort het Wyfken, van alle deese hoge voordeelen ontbloot synde, met een opgeswollen dik lichaam bevonden; en het is tot een eeuwige t' huys blyven ende kamer bewaaren, van de voorfigtige Natuur geschikt geworden: dewelke alle de opperhoofdigheid en waardigheid alleen aan het Manneken opgedragen heeft. Waar om het ook, als een seer verstandig Huys wyf, nimmermeer buyten het huys loopt, maar de vrugten van haare voortteeling, dat haare Eyeren syn, altyt op en aan haar spinsel, daar het uyt gekroopen is, vast kleeft: gelyk men dat in de 3. fig. sien kan. En dit is ook particulier in dit soort van Dierkens, dat se altyt, door een stantvaste order in den aard der dingen onveranderlyk, haare Eyeren op haar spinsel vast kleeven: dat ik nimmermeer omtrent eenige andere soorten van Insecten geobserveert heb, als alleen omtrent dese waaragtige Huismoeder, daar dit Dierken een fraay voorbeeld van is: en het Manneken dat syn Wyfken op de regte tyt bezoekt, en haar de schuldige goetwilligheid betaalt, dat verstoont ook in syn soort, hoe dat hy van een kuysschen en kloekmoedigen Huys vader ook niet af en wykt; wanneer hy syne eer en waardighceden met het Wyfken deelt, en hare swakbeeden te hulp komt.

Fig. VII.

Dit Dierken is soo vol Eyeren, dat haar geheele Buik daar meede vervult is, en alsoo het vel

van

Tab.
XXXIII.
fig. VII. a.

tegumentum supra modum tenue fit; hinc Ovula per id distinctissime translucent. Quin ceritur etiam, quomodo cutis sese circum convexas Ovulorum flexuras, inter spatiosa, quibus alterum ab altero distat, insinuando applicet; ut ideo formam veluti racemi aemuletur. Quo autem Ova isthaec quam clarissime in conspectum producantur; cutem solummodo in Ventre aut Dorso disseccare, atque posteriora versus de corpore abstrahere oportet: ita enim distincte conspicere tunc licet, quam ratione ea ibi collocata sint. Ova haec, e corpore depromta, rotundam prae se ferunt figuram, & superne, uti jam ante monui, purpureo gaudent annulo; inferne autem, minorum instar Margaritarum, colore sunt albo, resplendente. Testa adeo durâ constant; ut, cum in aëre arefiunt, nunquam collabuntur: quam ob rationem nativa eorum specimina haud inelegans contemplanti spectaculum praebent.

Summopere consideratu dignum est in hoc Animalculo, quod vel tum temporis, quando id in Erucæ habitu etiamnum haeret, Ovulorum rudimenta jam jam in eo manifeste detegere liceat; quae quidem, ubi in Chrysalidem abiit Eruca, multo adhuc perfectiora ibi sese exhibent, tandemque in ipso Papilione omnem suam perfectitudinem adeptam observantur. Scilicet intra Erucam aqua veluti videntur; in Chrysalide membranacea quasi & flexilia apparent; at in Animalculo ipso dura sunt; veramque Testam, ab Ovorum Gallinaceorum testa minime discrepantem, referunt: quapropter etiam in modum vasis fictilis diffinguntur. Patet hinc ratio, quare haec Ovula suam retineant figuram, quando intus exsiccantur: in omnibus enim Ovis, quae duro gaudent putamine, locum id habet; cum in iis; quae tenui pellicula vestiuntur, contrarium obtineat: prout videre est in Ovis Apum multorumque aliorum Insectorum, quae exsiccando tantum non penitus dispereunt.

Antequam nunc finem huic historiae imponam; necessum est quaedam adhuc de membris istius Aureliae subjungere; ut haec tanto aptius cum Nympharum membris conferri, & quod inter utraque datur, discrimen intelligi queat. Quo tempore igitur haec aliaeque Erucæ suam cutem exuunt, & abdita sua membra extrinsecus conspicienda offerunt, sub initium hujusce mutationis mollia haec, tenera, & humidula esse observamus: id, quod circa Nympharum membra pariter locum habet. At vero paul-

van de Buyk nytermaaten dun is, soo siet men de Eyeren daar distinct door heen schynen, en ook, hoe het vel sig om de ronde bogten der Eyeren, tusschen de spatien die de eene van de andere maakt, komt in te sluyten, waar door het sig druifagtig vertoont. Om nu dese Eyeren heel klaar aan het gesigt te beschouwen, soo is daar niet anders te doen, als het vel op de Buyk of Rug te openen, en het agter over het lichaam te trekken a. Soo siet men distinct, hoe deseive aldaar geplaatst syn. De figuur der Eyeren, uyt het lichaam genoomen synde is ront, en van bovenen, als gesegt is, hebben sy een purper ringeken; maar van onderen syn sy wit ende glimment van couleur, gelyk kleene peerkens: haare Schaal is soo hart, dat se nooit invalt, wanneer sy in de lugt gedroogt worden; dat dan ciereelyk in het leeven staat.

Het is ten alderhoogsten opmerkelyk in dit Dierken, dat wanneer het nog een Rups is, men de begintfelen van de Eyeren daar klaar in ontdekken kan; dewelke dan als het tot een Gulde Popken vergroeyt is, daar nog veel volmaakter in te sien syn; en in het Dierken selve siet men, dat sy haare volkomentheid hebben. In de kups syn sy wateragtig, in de Gulde Pop vlietig ende buyghsaam, maar in het Dierken syn sy hart, en als een waare Schaal, dewelke (als gesegt is) van de Schaal in de Hoendereyeren niet en verschildt, en ook als een aarde vat gebrooken wort. Soo dat dit de reeden is, waarom dese Eyeren haare figuur behouden, als sy van binnen uyt droogen, gelyk men dat in alle Eyeren siet, die een harde Schaal hebben, wordende het contrarie in Eyeren, met een dun vlies bekleet synde, geobserveert, als in die der Honingbyen ende veele andere Eyeren, die haast eenemaal weg droogen, plaats heeft.

Maar eer ik nu dese verhandeling beslyt, soo is het nootzakelyk, om nog iets van de leedematen deeser Kapel te seggen, op dat men deseive te bekwaamer omtrent die der Pop sou verstaan, en het onderscheyt tusschen beyden begrypen. Wanneer dan dese en andere Rupsen haare vel afstroopen, en haare verborge leeden uytterlyk vertoonen, soo syn deseive in het begin van de vervelling week, teer ende vogtig, dat alles meede plaats grypt in de leeden der Poppen: dan een geringe tyt daar na, soo sluyten dese leeden in de Gulde Poppen neffens en in

paullo post membra isthaec in Chryfallidibus ad se mutuo accedunt, compinguntur, atque tam arte, plane & aequaliter in unum coeunt; ut pellem quasi continuam, laevem, indivisam, conglutinatam, repraesentent: quod quidem in membris Nympharum minime obtinet: haec enim neutiquam inter se mutuo coadunantur; sed tantum juxta se invicem ita disponuntur, ut singula seorsim distincte liceat conspiciere. Atque hoc verum est discrimen, quod inter Nymphae & Chryfallidis membra intercedit.

Ratio autem, ob quam Chryfallidum membra in unum coeunt, atque inter se mutuo veluti conglutinantur & continuantur, in eo vertitur, quod pellicula Chryfallides investiens, qua parte ista coadunatio perficitur, notabiliter tenuior sit, quam quidem ibi loci, ubi haec ipsa aeri obversa est. Unde ob inaequalem istam cutis crassitiem omnino necessarium erat, membra haec ab aere exsiccante custodire, mutuaque compactione ab injuriis defendere.

In Nympharum membris, quae minime conglutinantur, cuncta haec itidem modo contrario comparata sunt: earum enim cutis undequaque in omnibus membris aequali donata crassitie deprehenditur; ut ideo supervacaneum fuisset haec inter se conglutinare. Attamen vel in ipsis etiam Nymphis nonnulla aliquando membra occurrunt, quae cute inaequaliter crassa vestiuntur: id, quod tum maxime locum habet, quando membra quaedam sibi mutuo incumbunt: quemadmodum praepimis circa Vaginas Alarum animadvertitur, quae ea parte, qua Alas excipiunt, longe tenuiorem monstrant cutem, quam qua ad aërem conversa sunt. Unde hac dote Nymphae tunc penitus cum Chryfallidibus conveniunt.

Maximopere sane animadverti meretur, quam subtilia sint & tenuia, in Aureliis atque Nymphis, horumce membrorum integumenta ibi loci, ubi membra sibi mutuo incumbentia reperiuntur: ut hinc ea ipsa pellicula continuata, quae partes istas involvit, exteriore sua portione crassa, fortis, & dura sit, interiore autem tenuis, tenera, mollis, & instar telae Araneorum fabrefacta. Imo tanta nonnunquam hujus cuticulae est tenuitas; ut transparentes Solis radii varios in ea, praesertim sicubi nonnihil crispata est, colores oculo exhibeant: quemadmodum & in tenui ac subtilissime diffuso vitro, atque in gracilibus telae Araneae filamentis, observatur.

malkanderen, en dat soo dicht, vlak, ende effen aan een, dat se als een gladde en onverdeelde te samengelymde huyt vertoonen. Het geen in de leeden der Poppen gansch geen plaats heeft: alsoo deselve haar niet in malkanderen sluyten, en maar alleen neffens malkanderen geschikt worden, soo dat men lit voor lit onderscheydelyk sien kan. En daar in bestaat het waare onderscheyt tusschen de leeden van een Pop en een Gulde Pop.

De reeden belangende, waarom de leeden in de Gulde Poppen in een sluyten, en aan malkanderen als gelymt en gecontinueert worden; die bestaat, in dat haare bekleedende huyt, ter plaatse daar dese in een sluytinge geschiet, merkelyk dunder is, als wel ter plaatse, daar sy tegens de lucht gekeert is. Soo dat het door deese oneenparige dikte van huyt nootzakelyk is geweest, om dese leeden voor de wytdroogende lucht te beschermen, en door haar in een sluytinge te beletten, dat se geen ongemak kwamen te lyden.

In de leeden der Poppen, die niet aan een gelymt worden, daar siet men dit alles contrarie, alsoo haar huyt in alle die leeden van een dikte bevonden wort; soo dat het overtollig sou geweest syn, om deselve aan een te kleeven. Egter siet men ook hier en daar eenige leedematen in de Poppen, die van een ongelyk dikke huyt overtrokken worden, het welk gebeurt, als daar eenige leeden op malkanderen leggen, dat men voornamelyk siet omtrent de Scheeden der Vleugelen, die ter plaatse, daar sy op de Vleugelen sluyten, van een veel dunder huyt syn, als ter plaatse, , daar sy tegens de lucht gekeert syn: in welk opsigt sy dan heel met de Gulde Poppen over een komen.

't Is ten hoogsten aanmerkelyk, hoe subtiel en dun dat de bekleetselen van de selve leeden in de Gulde Poppen en Poppen syn, ter plaatse daar sy op een leggende bevonden worden. Soo dat het selve gecontinueerde huytken, 't geen die deelen omvangt, aan de buytenste syde, dik, sterk en hart is, en aan de binnenste syde is het dun, teer en week, en als een subtiel spinrag van maaksel, jaa het is somtyts soo uytneement dun, dat de doorschynende straalen der Son daar verscheyde couleuren in vertonen, bysonderlyk als het wat gekreukelt is: gelyk men dat selve ook in dun en heel subtiel geblaasde glas siet, als ook in de teere draadkens der spinnowebben.

Quo quidem probe adnotato, facile est intelligere, quamobrem multi Papiliones deformes nascantur: quando nimirum eorum membra, sub mutationis periodo, haud probe in unum compacta fuerunt: prout frequenter accidit. Imo plus vice simplici videre mihi contigit, eos ob hunc defectum exarefactos interiisse. Id ipsum vero arte, & certa quadam encheirefi, quoque effici potest; ut Papiliones deformati in lucem proveniant. Praeterea etiam admodum facili opera omnes Chrysalidum artus deglutinare valeo. Naturaliter tamen isthaec membra in Chrysalidibus sese nunquam amplius, ne eo quidem tempore, quo cute sua exuuntur, recludunt: exuviae enim inde deponendae haud unquam pluribus, nisi tribus quatuorve locis, fissae dehiscunt; quandoquidem investientium harumce pellicularum latera tenuiora quam minimo motu tunc facillime ulterius perfringuntur: ut ideo opus non sit membra singula suis e locis dimovere.

At quoniam horum Naturae arcanorum Investigatores id nequaquam animadvertunt; inde crediderim factum esse, ut hac inscitia seducti sibi imaginati fuerint, quod *Aureliae cutis continuata partium inter se unitarum textura constet. Quapropter etiam Insectum in ea, quam finxerant, uniformi & indivisa cute simili modo haerere autumarunt, quo pullus intra indivisam suam testam delitescit.* Quod tamen ab omni veritate profecto quam alienissimum est: singula enim membra Chrysalidis, haud minus ac Nymphae membra, suo quodlibet proprio integumento sigillatim vestiuntur. Atque hoc vel magis quoque, & sine ulla controversia, inde patescit; quia membra ista una cum cute, qua ambiuntur, penitus perfecta in ipsis Vermiculis & Erucis reperiuntur, ibique jam evolvi possunt: ut hinc revera alterum Insectum heic intus in altero detur: quemadmodum postea describam, atque absolute evincam.

Uterius & hoc perquam notabile est in hisce, de quibus nunc agimus, Aureliis, quod vel ipsi etiam Eruciae pili exuvias ponant, atque in Chrysalide deinceps conspiciantur. Unde aliud rursus invincibile nascitur argumentum, apertissime demonstrans, Aureliam haud quam noviter transformatum, sed pristinum, cute sua duntaxat exutum, esse Animalculum. Quin & univrsa metamorphosis, seu potius partium membrorumque accretio, in hoc solo unice sita est, quod membranulae vel pelliculae

Dit wel aangemerkt synde, soo is het makke te begrypen, waarom veele Kapellen monstreus gebooren worden, door reeden, dat haare leeden in de verandering niet wel in een geflooten syn geworden, als meenigmaal gebeurt: en ik ook verscheyde maal gesien heb, dat se dan daar door kwamen op te droogen en te sterven. En dit kan men ook door kunst en inventie selfs veroorsaaken, te weten om de Kapellen monstreus te doen gebooren worden. En meede soo valt het my heel gemakkelyk, om alle de leeden in de Gulde Poppen te onthymen. Dan natuurlyk soo onthuyten zig dese leeden noit meer in de Gulde Poppen, selfs als sy daar de huyt van afleggen: want als dan soo splyt deselve noit meer, als op drie a vier plaatsen oopen; door reeden, dat de dunne syden van haare bekleedende huytkens, door de alderminste beweeging als dan ligt door gebrooken worden, sonder dat het nodig is, die alle uyt haar plaats te doen wyken.

Maar alsoo de Onderzoekers van dese geheymnissen der Natuur hier niet op gelet hebben, soo geloof ik, dat se door dit onverstant misleyt geweest synde, zig hebben ingebeelt: dat de huyt van een Gulde Pop uyt een continueele verknogtheid van deelen sou bestaan. Waarom sy ook het Dierken in haar ingebeelde eenweefige of ongedeelde huyt, even als een kuyken in syn onverdeelde Schaal, hebben geloof te weesen. Het welk seer verre, ja verre van alle waarheid afwykt: want ieder lit van de Gulde Pop, soo wel als de leeden van de Pop, wort particulierlyk van syn eygen huyt bekleet. Dat te meer en ook onwederspreekelyk blykt, alsoo men die leeden, neffens haer omvangende huyt, geheel volkomen in de Wurmken en Rupsken bevind, en daar uyt separeren kan, soo dat warelyk het eene Dier als binnen in het andere Dier is, als ik vervolgens sal beschryven, en ten vollen verklaren.

Het is van gelyken seer opmerkelyk in dese tegenswoordige Kapellen: dat selfs het hayr van het Rupsken komt te vervellen, en in de Gulde Pop gesien wort; het welk nog een ander onweerleggelyk bewys is, dat de Kapel geen nieuw hervormt Dierken is, maar alleen een oud vervelt Dierken. En soo is ook de gansche vervorming, of liever de aangroeying van deelen ende leedematen, niet anders, als dat allengskens de bekleedende vlieskens of huytkens, die als soo veele gesigt verhinderende gardynen syn; allengskens maar weg-

lae investientes, quae totidem quasi vela sunt conspectui obstantia, paulatim removeantur, deponantur & excutiantur; ut tandem membra, quae hactenus intus abscondita latuerunt, externe conspicienda offerantur. Caeterum in omnibus hisce mutationibus nihil magis mirabile est, quam motus, cujus solius efficacitate eae omnes producuntur, modisque haud investigandis perficiuntur: unde quo profundius heic in Naturam introspicimus; eo saepe caecitatem atque ignorantiam nostram fateri magis cogimur. Equidem certius profecto nihil est, quam quod ea omnia, quae nos in medium proferimus, nuda tantummodo umbrae sint inexplicabilium Magni Conditoris mysteriorum, quorum interior natura & vera indoles hebetis ingenio nostri captum longe superant.

Finem non invenirem; si memorabilia quaevis, in hisce Chrysalidibus occurrentia, ad omnes usque minutias profequi adgrederer. Et sane Lectori etiam meo prolixa eorum recitatione taedium moverem: quandoquidem aliqua prius historiae horumce Insectorum notitia quis imbutus sit oportet; ut, de quo proprie agatur, intelligere possit. Unicum id saltem de Ovis insuper adjiciam; quod scilicet, quoniam in ipsa jam Eruca Ovorum rudimenta perfectissime conspiciuntur, multo adhuc illustrius inde suppeditetur argumentum, evincens, nullam in hoc Animalculo metamorphosin, veramve partium transformationem locum habere; sed simplicem duntaxat epigenesin, uti in aliis omnibus Animantibus, notabilior tantummodo & mirabilior, quam in reliquis creatis, heic obtinere. Addo praeterea, vel ipsum Ovum revera nonnisi Animalculum esse, quod suam intra tunicam eo saltem usque viribus augetur; donec tandem sat acquisiverit roboris ad testam hanc diffringendam, primumque integumentum suum exuendum. Ex hisce igitur luce meridiana clarius patescit, quam infinitus usus ab ejusmodi experimentis in nos redundet: prout jam ante, speciminis loco, in fine tertii capitis proposui.

Circa Texta, quae Erucae sibi conficiunt, mirabilis etiam varietas observatur: quum enim ea loco nidorum ipsis inserviant; hinc Eruca quaelibet, pro peculiari sua indole atque natura, variis suum Textum modis perficit & aedificat. Interim ut perquam mirificum sit, quod in Textis hisce elucet, artificium; id tamen Erucarum genus, quod nullo penitus texto involvitur, reliquis omnibus arte & inven-

genoomen, afgeleyt ende uytgeschut worden; soo dat men ten laatsten de inwendige verdonkerde leeden uysterlyk komt te beschouwen. Synde vorders omtrent alle dese veranderingen niet wonderbaarlyker als de beweeging, door welke alleen dit alles uytgevoert wort, en onnavorschelyk bewerkt. Soo dat hoe wy hier dieper in de natuur komen te sien, hoe dat we meer moeten belyden, dat we blind ende onwetende syn. Want waarelyk, jaa waarlyk, het syn maar de schaduw van de onoplosselyke verborgentbeeden des grooten Scheppers, die wy voorstellen, en waar van het waare lichaam en wesen onbegrypelyk en onbevattelyk voor ons arme aartwurmen is.

Ik sou oneyndig syn, indien ik alle de naukeurigheden deser Gulde Poppen tot de minste omstandigheeden wilde voorstellen, en het sou ook myn Leefer verveelen, om die te hooren, alsoo men daar eerjelyk eenige kennis van most hebben, om te weeten, waar men eygentlyk van spreekt. Alleen sal ik dit van de Eyeren hier nog by voegen, dat, alsoo men in de Rups, de Eyeren heel volkomen in haar beginsel siet, dat dit nog een veel meer ophelderend bewys is, van dat in dit Dierken geen verworming, of wesentlyke gedaante verandering der deelen plaats heeft; maar alleen een simpele bygroeiing, gelyk in alle andere Dieren; dan aanmerkelyker en wonderbaarlyker, als in de vordere Schepselen stant grypt. Doet hier nu by, dat het Ey selver een Dierken is, 't geen maar alleen in syn vlies sterker wort, tot het eyndelyk de kragt verkrygt, om die Schaal door te breeken, en syn eerste bekleetsel af te leggen. Waar uyt dan sonneklaar blykt, wat een oneyndig nut ons dese onderindingen geeven kunnen, als ik alreede tot een proefken, agter aan in myn derde hoofdstuk, heb voor gestelt.

Omtrent het spinnen der Rupsen valt ook een verwonderlyk onderscheyt te bemerken: want alsoo het selve haar als een nest dient, soo is 't dat ieder Rups het selve, naa syn particulieren aart ende natuur, komt te volmaaken, en verscheydenlyk op te timmeren. Maar hoe wonderlyk dat dit spinner is, soo dunkt my, dat die Rupsen, dewelke ganschelyk niet omponnen worden, alle de andere in kunst ende vinding overtreffen. Want sommige van deselve

ventione antecellere putem: earum enim nonnullae, subter terram sese demergentes, hanc artificiose adeo excavare norunt; ut securius ibi domicilium, quam aliae suo in texto, habere videantur: nonnullae iterum, supra tellurem permanentes, telam stupenda quadam dexteritate ad plantas, arbores, muros, & sepimenta adfigere ita sciunt; ut intra eam, aëri licet undique ambienti expositae, absque tamen detrimento pendeant, tandemque ibidem positae exuviis in elegantissimos mutantur Papiliones. Id vero praeprimis maximam meretur admirationem, quod haec Animalcula, tempore suae mutationis, unguiculos suos a texto iterum expedire, horumque cutem, una cum abscedentibus exuviis, simul mutare norint; dum interim ipsis his unguibus tamen in texto defixa manent: qua quidem arte Erucæ vel actuosissimos etiam gesticulatores atque mimos quam longissime post se relinquunt. Vidi quoque Erucas aliquot, quae suos in usus particulam quandam de foliis arborum morfu excindere sciebant, in qua deinde, tanquam in tuto habitaculo, ductorum ope staminum sese concludebant. Aliae ovatos texunt nidos; aliae exacte rotundos; aliae oblongos; aliae striatos; aliae retiformes; aliae angulatos: aliae lignum, arenam, conchas, lapides, filices, aliasque materias suis telis intertexunt: aliae herbarum arborumque foliis sese simpliciter quidem, at artificiosissime tamen, involvunt. Verbo: millenis fane inventionum modis admirabile Erucarum ingenium sese manifestat: ut ideo in hisce omnibus ter Maximi Conditoris digitus quam liquidissime animadvertatur, qui tantam istis Animalculis solertiam atque sapientiam in ordine, mensura, & pondere observandis infudit.

De Papilionibus hætenus descriptis, quorum Masculus solus alatus est, capite tertio hujusce operis quoque speciatim egi, simulque ibidem indicavi, quod industrius Goedartius in Part. I. Obs. 59. & Part. II. Obs. 30. brevem eorum descriptionem atque icones exhibuerit; quamvis Animalcula isthaec nec penitus cognoverit, nec Masculum a Foemella sciverit distinguere.

Fig. VIII.

Non solum in Belgio nostro, verum in Gallis etiam haec Insecta offendi, quae tamen diversae erant naturae: prout ex icone octava, qua haec Animalcula coitum exercentia repraesentato, innotescere potest. Foemella hujusce spe-

selve in de aarde kruypende, weeten die soo kunstig uyt te hollen, dat se een verskerder verblyfplaats daar in schynen te hebben, als de andere in haar spinsel. Sommige wederom boven de aarde blyvende, weeten soo overkunstig een spinsel tegens de Planten, Bomen, de muuren en schuttingen te maaken, dat se daar, midden in de omswevende lucht sonder verbindernisse hangende, eyndelyk aldaar uyt haar vel kruypen, en in ciereyke Kapellen veranderen. En het geen alle verwondering verdient, is, dat sy haare Nagelen, op de tyt baarer verandering, weer uyt het spinsel weeten te haaken, en die te gelyk met het afstropende vel meede te vervellen, en egter in het spinsel vast gebaakt te blyven: waar in sy de alderkunstigste gogelaars ende buytelaars seer verre komen te overtreffen. Ik heb ook eenige Rupsen gesien, die heel voor sig een stuk uyt de bladeren der Bomen wisten te byten, en daar binnen in haer selve, als in een sekerere woning, door haar spinsel te bestuyten. Andere spinnen ovale nesten; andere heel ronde, sommige langwerpige, eenige geribde, andere netagtige, sommige kantige; eenige weeven hout, sant, schelpen, steenen, kyen en andere stoffen in haare spinsels: sommige bewinden haer in de Bladeren der Planten ende Boomen, heel eenvoudig maar overkunstig, en soo tonen sy haaren wonderlyken aardt, op duysentderhandige kunstige manieren. In welke alle men den grooten Schepper ogenkenlyk siet; die haer dit verstant en dese wysheid, in order, maat, en gewigt, heeft ingestort.

Van dese tegenswoordige Kapellen, waar van het Manneken geveleugelt is, heb ik ook particulierlyk in myn derde Hoofstuk gesproken; en met een aangeweesen, dat de neerstige Goedaart, in syn 59. Obs. van syn Iste Deel, en syn dertigste Observatie van syn IIde Deel, daar van een korte beschryving, ende afbeeldingen gegeeven heeft, dan sonder dese Dierkens in de gront te kennen, en het Manneken van het Wyfken te onderscheyden.

Fig. VIII.

Niet alleen in Nederlant, maar ook in Frankryk heb ik deese Dierkens geobserveert, maar van een anderen aart, als uyt de achste afbeelding kan blyken: alwaar ik deese Dierkens in de vermenging synde kom te vertoonen. Het Wyfken is daar gansch

E e e e e z

son-

speciei alis prorsus destituta est *a*, duabusque brevibus Antennis & sex Cruribus praedita, corpore gaudet aliquot in annulos diviso. Masculus contra concinnis duabus Antennis & quatuor Alis *b*, tum corpore paullo grandiore, quam Papilionis Hollandici sub N^o. VI. depicti, instructum sese exhibet. Nocturni etiam erant hi Papiliones; at corpore donati tumidiore; quam Hollandici, quorum Mas & corpore & alis planioribus sese distinguit. Gallici isti Papiliones albo colore perfusi ex griseo-nigricante variabantur: quae quidem mixtio eos visu haud inelegantes reddit. Dorsi divisiones nigritudine paullo magis fusca erant interstinctae; ibidemque praeterea flavescens quidam annuli, epilis constantes, animadvertentur. Qualibusnam vero ex Erucis hi Papiliones proveniant, me latet, qui eos mutuo coitu celebrando implicitos in campo quodam offendi: ut hinc pro certo ausim asserere; quod Masculus & Foemella conjuges sint.

Nitidissimus ille Nidus, quem in Historia Ephemeri, seorsim a me edita, depictum dedi, atque ex demorsis lignorum particulis, ad se mutuo adtextis, & simili modo, ac trabes domorum Moscoviticarum, inter sese compaginatis, constructum esse tum simul docui; is, inquam, Nidus ab Eruca Ligniperda aedificatur, quae eum incolit, ambulansque secum, pyramidis instar, in dorso circumfert. Eruca isthaec pariter in Masculum alatum, Foemellamque alis destitutam, mutatur: quod equidem liquido mihi innotuit, cum nidum aperiens Foemellae Chrysalidem, Erucaque exuvias, in eo reperirem. Unde plura videntur in rerum natura existere Animalculorum paria; quorum Maribus peculiare prae Foemellis privilegium irrogatum est. Quin patet etiam inde, quantopere vel unius quoque & ejusdem speciei Animantia inter se mutuo discrepent. Forte autem id ipsum pariter in nonnullis obtinet Quadrupedibus, Volucris, & Piscibus; praecipue vero illis in speciebus, quarum nec Mares nec Foemellas haecenus dignoscere licuit. Sic Anguillam perhibent nullo sexus discrimine gaudere: quod tamen alii iterum inficiantur. Ego interim litem hanc dirimere nunc non valeo, qui nunquam hoc in themate elaboravi:

sonder vleugelen *a*, en met twee korte Hoornen en ses beenen begaest, synde het lichaam in eenige ringen verdeelt. Het Manneken ter contrarie heeft twee sierlyke Hoornen en vier vleugelen *b*. Maar het lichaam is wat svaarder, als by N^o. VI. in de Hollantse Kapel aangewesen is. Dit waaren mede Nagtkappellekens, maar van een hoger structuur van lichaam, als de Nederlantsche, daar het Manneken platagtiger van lichaam ende vleugelen is. De couleur deser fransche Kapellen was een gryswart, op een witte gront, dat niet onaardig in het leeven staat. Op de verdeelingen van de rug was het swart wat bruinder, en ook sag men daar eenige geelagtige ringen, uyt bayr bestaande. Uyt wat Rupsen sy voortkomen, weet ik niet; ik trofbaar in het velt in de vermenging aan, so dat ik seker kan seggen, dat het een Manneken en een Wyfken was.

Dat eiereyke nest, waar van ik de figuur, in de bysonderlyk gedrukte verhandeling van het Haft, heb gegeven, en dat vertoont te bestaan uyt afgebeeten stukskens hout, die aan een gesponnen syn, en door malkanderen geschooten, als de balken van de Muskovische huysen; dat wort getinnert van een Houtoretende Rups, die daar in leeft ende mede wandelt, dragende het selve als een pyramide op de rug. Dese Rups verandert mede in een Manneken dat geveugelt, en in een Wyfken dat ongeveugelt is. Het welk my klaar is gebleeken, wanneer ik dit nest opende, en dat ik de Gulde Pop van het Wyfken daar in vont, als ook het vel van de Rups. Soo dat het sbynt, dat daar verscheyde Dierkens in de Natuur syn, waar in men siet, dat de Mannekens een bysonder voorregt boven de Wyfkens gegeven is. En men siet daar ook uyt hoe merkelyk dat de eene ende de selfde aart van Dieren onder malkanderen verschillen. Dat ook mogelyk in eenige viervoetige Dieren, Vogelen en Visschen plaats heeft: en bysonderlyk in die soorten, daar men nog Manneken nog Wyfken kan onder vinden: gelyk van de Aal gesegt wort, die men voorgeeft geen sex te hebben, dat weer andere tetspreken. Dan wat daar van sy, kan ik tegenswoordig niet seggen; als hebbende nooit daar omtrent eenige observatien genomen.

ANATOMIE

PAPILIONIS DIURNI vulgaris atque coloribus distincti.

ONTLEEDING.

van de gemeene en gecouleurde DAGKAPEL.

INTRODUCTIO. IN LEYDING.

Historia, quam nunc sub Tertii Ordinis modo secundo descriptum eo, in omnibus suis circumstantiis adeo mirabilis est; ut jure meritoque inter fabulosa illa commenta, quae Romani vocant, referri possit; nisi immutabili veritate constantia ejus niteretur. Veritas nimirum sola fundamentum ipsi atque firmamen praebet; cui si quis fidem adhibeat, incredibilia is quidem in ejus narrationibus observabit, at quae perpetuam tamen merentur attentionem: quandoquidem ipsum miraculorum omnium fontem, DEUM, pro Auctore agnoscunt.

Heic enim oculis exponentur incognitissimae, quas unquam Anatomie detexit, membrorum succrescentium mutationes: tales profecto, quibus excogitandis humanum ingenium nequaquam par foret; nisi observationum, quae heic describuntur, ponderi veritas facem praerferret, Divinaeque Gratiae, quidquid in hisce detectum est, deberetur.

Manifestum igitur heic fiet, quod misellum Animal sensim omnes suorum membrorum motus sit amissurum, & sepulchro veluti atque morti appropinquaturum: quo tamen in statu priora ejus membra longe nobiliorem singula adsequuntur perfectionem; donec id tandem, ex morte quasi resurgens; elegantissimisque splendoribus, & scintillantibus ornamentis instructum, languidam terrestremque vitam cum agili atque expedito motu commutaverit.

Quapropter uti Animalculum hocce, cum humili etiamnum atque aerumnoso in statu versaretur, rudi crudoque vesci pabulo, victumque suum laboriose, & tanquam cum sudore atque molestia, quaerere cogebatur; ita id ipsum dein, miseriae mortisque carceribus egressum, postquam bis veluti in incunabulis constitutum fuit, tandem nonnisi destillato Nectare vitam suam sustentat: scilicet per aëra jam jam volitans, atque ad coeli usque sublimia semet evehens, in amoenissimis pratis & viridariis, nobilem huncce cibum, pro se in floribus excoctum paratumque, sine ullo labore & solitudine invenit.

Vetus namque ejus corpus depositum est; priora viscera, quae rude pabulum, validis commolitur dentibus molaribus, aspero ven-

tri-

De Historie, die ik tegenswoordig in de derde Order op de tweede wyse gaa beschryven; is in alle syne omstandigheeden soo wonderbaarlyk, dat men die met regt onder de nooit gebeurde toevallen van de Romani sou kunnen stellen, indien haare vastigheid niet op de waarheid gegrontvest was, die onverzettelyk is. Deselve is dan alleen haar fundament en steun; en soo men haar geloof geeft, men sal ongeloofelyke saaken in haare vertellingen bevinden, die nogtans een eeuwige aandacht verdienen; om dat de GODT aller wonderen haar Autheur is.

Want men sal hier sien de onbekenste veranderingen en vergroeyingen van leedematen, die immermeer in de Anatomie ontdekt syn: en die ook van het menschelyk verstant niet wytedagt soude kunnen worden, ten sy de waarheid aan de gewichtigheid der ondervindingen, die hier verhandelt worden, voor een leytsman diende: en dat men de Genade GODS dese ontdekking niet schuldig was.

Men sal dan alhier sien, dat een ellendig Dier allengskens alle de bewegingen syner leedemaaten sal komen te verliezen, en als tot het graf en de dood te naderen: in welchen stant alle syne voorige leedemaaten een veel hoger perfectie sullen komen te verkrygen: tot het weer als wyt die dood opstaande, en met overcierielyke glantz en schitterende cieriagen begiftigt synde, voor een loom en aartagtig leeven, een snel geswinde beweeging sal verkreegen hebben.

Soo dat, daar dit Schepsel, in de stant syner vernedering en ellende, een grof en raauw voetsel moest gebruyken, en syn kost met moeyte, en als in sweet en arbeyt zoeken: het nu tegenswoordig, naa het syne ellende ende dood doorgeslaseert is, synde tweemaal kints geweest, niet als met een gedestilleerde Nectar tot syn onderhout gevoet wort: die het, door de lucht vliegende, en de hoogte der hemelen beklimmende, sonder eenige moeyte en sorg, in de cierielyke beemden en bloemtuynen, op de bloemen voor hem gekookt ende bereyt vindt.

Want syn oude lichaam is afgeleyt, syne ingewanden, die het raauwe voetsel in een grove maag verkookten, en met swaare baktanden vermaalden,

Ff ff ff f

die

triculo digerebant, subtilia, clara, perspicua, & quam maxime illustria evaserunt; ut ideo nonnisi longe perfectiori nobilioris victus usufruae accommodata sint: quamobrem Animal etiam hoc tempore vel per continuos aliquot menses in ediam sustinere potest, nullo cibo indigens.

Animal hinc, quod ante reptile erat, jam volitat; quod ante manducabat, jam fugit; quod fordidum spinis prius horrebat, jam elegans est & visu jucundum; quod languidum ante & segne torpebat, jam vivacissima gaudet agilitate.

Omnes hae mirabilissimae, & cogitatione vix adsequendae mutationes, quibus Animal ab inopia ad affluentiam, ab humili ad illustrem statum, a vita aerumnabili ad fortunatam, transit, in mox tradenda historia tam liquido descriptae inventientur; ut, quam ratione eae fiant atque fieri possint, distincte liceat comprehendere.

Quodsi autem cum hisce omnibus dein quis contulerit calamitatem, mortem, atque resurrectionem Hominis, tum causas, quae tot miseriis eum cumularunt, & quomodo is in semet ipso has continuo oppugnare, interficere, evellere, penitusque extinguere debeat; ut tandem, mutatis malarum suarum cupiditatum visceribus, ad illustrem resurrectionem aptus reddatur: quod si, inquam, ejusmodi quis applicationem fecerit; ei historia isthaec non simplicem tantummodo admirationem, sed eam quoque uberrimam adferet utilitatem; ut inde excitetur ad DEUM in nunquam fatis decantatis miraculis suis, quae adeo clarum nunc in lucem posita sunt, sine fine magnificandum.

C A P U T I.

Erucae partium externarum complectitur Descriptionem: Anatomen sistit: Sanguinem, Musculos, Particulas Reniformes, Ventriculum, Gulam, Intestina coeca, Sacculos textorios, Pingue, Fistulas Pulmonales, Cor, Cerebrum & Nervos exhibet.

Multivariae Erucarum species, e quibus Papilioes interdum volantes proveniunt, Urticis inhaerentes deprehenduntur; quippe quas loco pabuli habent, hincque nonnunquam eousque obedunt, ut foliorum penitus nihil relinquunt. Eruca, nunc a me verbis atque iconibus describenda, praeter reliquis omnibus fe-

die syn subtiel, helder, doorschynent, en seer hoog verbeerlykt geworden, en tot een veel volmaakter genietinge van syn leevens onderhoud geschikt. Waar door hy selfs nu maanden lang vasten kan, en geen spys van doen heeft.

Soo dat het Dier nu vliegt, daar het eerst kroop: het suyght, daar het kauwde: het is ciere-lyk en schoon, daar het vuyl en met doornen beset was: en het is veerdig en radt, daar het loomende traag was.

Alle dese wonderbaarelyke en onbedenkelyke veranderingen, van gebrek tot overvloed, van een nederige stant tot een verbeerlykte, en van een rampzalige tot een geluksalige; sal men in dese navolgende historie klaarelyk beschreeven vinden, en onderscheydelyk begrypen, hoe dat geschieden kan, en geschiet.

Het welk, als men dan toepast op de ellende, de dood, en de weder opstanding van den Mensch, als ook op de oorsaaken, die hem syne elenden hebben toegebracht; en hoe hy die in sig selven moet bestryden, dooden, afsterven, en t'eenemaal vernietigen; om in de ingewanden syner boose begeerlykheeden verandert, en tot syne heerlyke opstandinge bekwaam te worden: soo sal dese historie, behalven haare enkele verwondering, syne volkome nuttigheid geeven. En men sal GODT verbeerlyken, in syn noit volpreesde wonderen, die soo klaar nu ontdekt syn.

EERSTE HOOFDSTUK.

Beschryving der uytwendige deelen van de Rups. Als ook syn Ontleding, syn Bloet, Spieren, Niergewyfe deelkens, Maag, Keel, blinde Darmen, Spinbeurskens, het Vet, de Longpypen, het Hert, en de Hersenen en Senuen.

Veelderhande soorten van Rupsen, waar uyt de Kappellen, die by daag vliegen, haar oorspronk neemen, vind men op de Barndenetelen, die sy tot het voetsel gebruyken, en somtyts soo kaal opeeten, dat 'er geen bladeren van overblyven. De Rups, die ik tegenswoordig sal uytbeelden en beschryven, is wel de aldergemeenste, die men in ons Neer-

Tab.
XXXIV.
fig. 1. a.

re frequentissime in nostro Belgio, per menses aestivos, super *Urtica* reperitur. Externo ea adspectu pungentibus, veluti spinulis *a*; tota, undequaque obsita apparet. Magnitudine propemodum sesquipollicari gaudet, ubi ad incrementi plenitudinem pervenit. Caeterum colore est saturate fusco; ad latera autem viridiflavo, nonnihil ad album accedente. Attamen discrepant hae *Erucae* maximopere inter se ratione colorum; ut ideo haud admodum distincte, quoad colores suos, describi queant. Anteriorum sex ipsi *Crura* concessa sunt, quorum tria alterius lateris tantum repraesentato *b*. Praeterea in media corporis parte quatuor adhuc *Crura* utrinque conspiciuntur *c*; tandemque & alia duo posterius circa *Caudam* *d*. At vero ut constructio hujus *Erucae* tanto nitidior exhibeatur; aucta eam magnitudine nunc depictam dabo. Ita autem primo videre licet, eam, capite corpore & cauda simul computatis, tredecim ex incisuris annularibus constare 1. 2. 3. 4. &c. Caput osse corneo, splendente nigredine tincto, atque fetaceis passim pilis hispido, constituitur. Ad hujus latera seni utrinque *Oculi* *aa*, coloris nigri, conspiciendos sese offerunt. Sub his dein *Antennae* exstant *bb*. Infra autem *Capitis* divisionem *Labium* cernitur; subter & juxta quod *Dentes* *cc*, atque deinde tres *Particulae* collocantur, quarum media est *Papillula* *d*, e qua *Eruca* stamina sua eructat.

At vero accuratius Nympham hanc examinantibus perquam notabilis insuper & maximi momenti occurrit discrepantia; quæ quidem in eo sita est, quod cutem illa suam haud exuat, sed intus, in cute hac non deposita, in Nympham transmutetur. Hinc est, quod propter isthanc partes dignoscendi difficultatem, veluti cogar Quartum superaddere Ordinem, hoc Nympharum genus complectentem: quamvis reipsa intrinseca Quarti hujusce Ordinis Nympha Nymphae externae Tertii Ordinis ex amissim similibus sit, eademque penitus, ac hæc, natura & indole, sine ullo discrimine, gaudeat.

Ut autem nunc hanc rem, quousque poterit, liquide atque circumspicte proponam; summopere necessarium est, ut accurate animadvertatur, quod etiam in Vermiculis, qui Quarti hujus Ordinis mutationes subeunt, membra eodem pariter modo, ac in memoratis Tertii Ordinis Nymphis, lente sub cute accrescant, atque consimili ratione & ordine ibi sub cute disposita sint; quo in Vermiculis Tertii Ordinis sub cute digesta inveniuntur. Attamen heic rursus momentosum quoddam discrim-

De VIERDE ORDER der natuurelyke Veranderingen, of langsame aangroeyingen in ledematen.

De enkele of eenvoudige wyzen van veranderingen verhandelt. hebbende, soo gaa ik my nu begeeven tot de samengestelde, en als tot sodanige duysterè manieren van verwisselingen, dewelke t'eenemaal onbegrypelyk schynen. Hoewel nogtans dat alle de Dierkens, welkers verandering ik tot nog toe in deese Vierde Order heb geobserveert, in waaragtige Poppen vergroeyen, die met de Poppen in de Derde Order, in de eerste plaats voorgesteld, geheel overeenkomen. En daar om soo kan men ook alle de Poppen in deese Vierde Order, onder de Poppen van de Derde Order op de eerste wyse, plaatsen. Want hoewel de Pop in deese Vierde Order syn leeden soo klaar niet en vertoont, als de Poppen in de Eerste en Tweede Order, soo vertoont het die egter veel kennelyker als de Gulde Pop in de derde Order in de tweede plaats: waarom het dan met alle regt en reeden, onder de Poppen van de Derde Order, die in de eerste plaats van my uytgebeelt en beschreeven syn, moet gestelt worden: alsoo het syne ledematen, even klaar vertoont.

Dan alsoo nog daar en booven een seer aanmerkelyk en gewichtig onderscheyt ons in de bemerkung van deese Pop voorkomt, het welk bestaat, in dat het syn buyt niet af en stroopt, maar dat het binnen in die onafgeleyde buyt in een Pop verandert: soo ist, dat ik van weegen dese onkenbaarheid van deelen gedwongen worde, om een Vierde Order hier van te maaken. En dat niet tegenstaande het inwendig Popken van deese Vierde Order geheel over eenkomt met het uytwendig Popken van de Derde Order; met welke dat het van een natuur, en den selven aart is, sonder eenig onderscheyt.

Maar, op dat ik nu deese saak soo veel my, mogelyk is, klaar en omsigtig voorstelle, soo is het ten uytersten nootsakelyk, dat men komt agt te geeven, dat ook in de Wurmken, dewelke deese Vierde Order van verwisselingen ondergaan, de leedemaaten op de manier van de genoemde Popkens in de Derde Order, meede langzaam onder het vel aangroeyen, en dat sy aldaar op deselve wys en order onder het vel geschikt syn, als sy in de Wurmken van de Derde Order onder het vel geschikt bevonden worden: maar waar by dit gewichtig onderscheyt nog komt, en waar door men, als door een onbedriegelyk teken, deese

discrimen intercedit, quo etiam, tanquam signo, falli nescio, binas istas diversorum Ordinum Nymphas certo ab invicem licet dignoscere. Hoc autem in eo situm est, quod Nymphae Quarti Ordinis memorata sua membra nequam videntia exhibeant, neque ullo unquam tempore in lucem proferant. Uti enim Vermiculi, qui in Tertii Ordinis Nymphas mutantur, exuvias deponunt, hisque depositis omnia sua membra, quae haecenus recondita fuerant, extrinsecus conspicienda offerunt; ita contra Vermiculi ad Quartum hunc Ordinem nostrum pertinentes dictam cutem non exuunt, sed retinent. Unde, cum Nymphae Tertii Ordinis, ubi postmodum verorum Animalculorum formam induturæ sunt, simplicem duntaxat pelliculam deponant, intrinsecæ istae Quarti nostri Ordinis Nymphae duas pelliculas, membranas vel cuticulas, quarum exterior interiore longe crassior est, tum temporis simul exuunt. Atque hoc est, quod essentialia, ut ajunt, discrimen inter Nymphas Tertii Quartique Ordinis, quae cetera penitus similes sunt, constituit.

Heic vero summam id admirationem meretur, quod nonnulli Vermiculorum, qui Quarto meo Ordini Mutationum addicti sunt, pristinam propriamque formam suam exteriorem penitus illibatam servant; dum contra alii eam ex parte amittunt. At hi tamen, quantumcunque inde deflectant, nunquam interim omnes priorum Vermiculorum notas penitus deperdunt: figuram namque Vermiculorum quasi retinentes, intus in ipsa hac figura, aut, ut expressius loquar, intra cuticulam suam, quam non deponunt, immobiles fiunt, atque ibi intus, novis membris pullulascens, in cute sua non deposita, verae Nymphae speciem tandem induunt. Unde isthaec mutatio illi propemodum similis est, quam Vermiculus vel Eruca subit, quae intra textum suum recondita, atque a conspectu remota, mutatur: prout apposite sane Eruuditissimi illi Viri statuunt, qui Plantas circa Cantabrigiam crescentes descripserunt. Vid. Catalog. Plant. circa Cantabr. nascent. p. 137.

Quandoquidem itaque Vermis vel propriae suae figuram penitus retinet, vel nonnihil ab ea deflectit; at, utramvis induat formam, semper tamen intus in cute sua non deposita in Nympham accrescit: hinc est, quod rationi perquam congruum mihi visum fuerit, Mutationem hancce apposito nomine *Nymphae Ver-*

twee Popkens kan onderscheyden, dat is, dat se geensins de genoemde leeden koomen te vertoonen, of die inunermeer voor den dagh te brengen. Want de buyt, die de Wurmken afleggen, dewelke in de Popkens van de Derde Order veranderen, en door welke afstrooping van vel alle haare leeden, die eerst verborgen waaren, nu wytwendig gesien worden: dat selve buytken komen de Wurmken in deese Vierde Order te behouden, en niet af te stroopen. Soo dat, daar de Popkens in de Derde Order, als sy naderbant de gestalte van Dierkens aanneemen, maar een enkelt buytken af leggen; soo komen dese inwendige Popkens van myn Vierde Order, twee vellen, vliessen, of buytken, te gelyk op die tyt te verlaten, van welke ik het buytenste nog veel dikker, als het binnenste bevinde. En hier in bestaat het wesentlyke onderscheyt tusschen de Popkens van de Derde en de Vierde Order: die buyten dat andersins een souden syn.

Maar dat hier ten hoogsten te verwonderen is, soo behouden sommige Wurmken, dewelke myn Vierde Order van veranderingen ondergaan, heel volkomen haar eerste ende eygen uysterlyke gedaante; en andere daar en tegen verliezen deselve voor een groot gedeelte: evenwel, hoe seer sy daar van komen af te wyken, soo ist, dat sy inunermeer de tekenen van de voorige Wurmen in het geheel komen te verliezen. Want de gestalte van Wurmken als behoudende, soo worden sy binnen in die genoemde gestalte, of om eygentlyker te spreken, binnen in haar buyt, die sy niet afleggen, onbeweegelyk; en daar binnen in in nieuwe leedematen uytspylende, soo neemen sy de gestalte van een waaragtig Popken in haar onafgestroopte buytken aan. Soo dat dese verandering ten naasten by is, als die van een Wurmken of Rupsken, dat binnen in syn spinsel onsigtbaar verandert. Als ook niet kwalyk meenen, de Heeren, die de Planten, omtrent Cambrits wassende, beschreven hebben. Catalog. Plant. circa Cantabr. nasc. p. 137.

Om welke redenen, nademaal de gedaante van de Wurm geheel blyft, of dat deselve van die gedaante wat afwykt, maar dat hy egter in beyde die gestaltenissen, binnen in syn onafgeleyde vel, de vergroeying in een Pop komt aan te neemen: soo ist dat het my heel redelyk dunkt, om deese verandering met een bekwaam woort, Wormswyse

Vermiformis insignire: Vermis enim, retenta exteriori sua forma, intra cutem suam, quam non exuit, veram Nymphae naturam adsequitur. Antequam vero nunc penitius explicem, quam ratione hi Vermes, qui formam suam vel retinent, vel pro parte amittunt, comparati sint; prius observationes nonnullas circa Ova, Animalcula, Vermiculos, horumque Nymphas, in singulis quatuor Ordinibus, generatim proponam; simulque haec omnia inter sese conferam: quod equidem plurimum faciet ad faciliorem Quarti hujusce Ordinis nostri intellectum.

Circa Ova igitur Insectorum *Primi Ordinis* notandum est, quod Animalcula, in iis conclusa, Nymphis Quarti Ordinis similia sint, itidemque aequaliter investiente cute haud aliter ambiuntur, ac Nymphae Quarti Ordinis cute Vermiculorum suorum involvuntur; ita ut propter hoc involucrum partes nulla ratione dignoscere liceat. Caeterum vero *Primi Ordinis* Insecta, absque intermedia alia mutatione, ex Ovorum suorum membranâ statim prodeunt integra; neque prius habitu Vermiculorum induuntur; nec etiam plenum incrementi sui terminum attingere debent, antequam excludantur: unde est, quod postmodum quoque in immobiles Nymphas haud mutantur; sed ultimas suas exuvias solummodo deponant. Ergo hinc eo tempore hanc mutationem *Nympham-Animal* voco.

Porro circa *Alterius Ordinis* Ova observandum est, quod Vermiculi his contenti pariter ejusmodi cute, ac Ova *Primi Ordinis*, investiantur, in eaque itidem Nymphae sint; at vero prodeant inde imperfecti ratione omnium suorum membrorum: quae quidem membra deinde, extrinsecus, in corpore eorum pedetentim accrescunt. Hanc ob rationem ipsorum mutationi, quam *Nympham-Vermiculum* appello, Vermiculus praebet. Atque ita *Alter* isthic Ordo notabiliter discrepat a *Primo*; in quo Animalculum perfectum suo ex Ovo prodit. Verum tamen eo rursus ambo hi Ordines inter se conveniunt, quod in utroque Animalculum interea, dum se movet atque ambulat, in *Nympham* accrescat, haecque itidem, motu suo nunquam amisso, tandem mutetur, exuviasque deponat.

Tertii Ordinis Insectorum Ovíla pariter invisibiles sunt Nymphae, quae absque pabulo ibi collocatae haerent: ut adeo hac dote omnes hae tres Ovorum species inter se conveniant. At vero Vermes, qui in *Tertio* hoc Ordine suis ex Ovis prorepunt, ratione perfectionis suo-

Pop te noemen. Want de uytterlyke gedaante van de Wurm blyft, en binnen in syn onafgeleyde buyt neemt by het waaragtig weesen van een Popken aan. Maar eer ik nu ten vollen voorstel, hoe het eygentlyk met deese Wurmen, die haer gedaante behoude, of deselve voor een gedeelte verliezen, geleegen is; soo sal ik eerstelyk van de Eyeren, de Dierkens, de Wurmkens, en haare Popkens, in alle de vier Orderen, venige aanmerkingen in het generaal voorstellen, en die met malkanderen vergelyken; dat de verstandelykheid, van deese Vierde Order seer verligten sal.

Omtrent de Eyeren der Insecten in de Eerste Order moet men dan weten, dat die Dierkens, die daar in beslooten syn, de Popkens der Vierde Order gelyk syn, en dat se ook met een effen bekleedende buyt omvangen worden; even gelyk de buyt der Wurmkens, in deese Vierde Order, haare Popkens bekleet en omvangt, soo dat by alle sigtbaarheid van deelen beneemt. Voorts komen de Dierkens in de eerste Order immediaat uyt het vlies van haare Eyeren, sonder dat deese Dierkens de gestalten van Wurmen vertoonen, die ook de volle aangroeying haarer leedemaaten niet behoeven voor te gaan, en daarom soo veranderen sy ook naderhand in geen onbeweegelyke Popkens, maar sy trekken alleen haare laatste buytkens uyt: en op die tyt soo wort deese verandering een Dier-Pop van my genoemt.

Voorts is omtrent de Eyeren van de Tweede Order in agt te neemen, dat de Wurmkens, die daar in beslooten syn, meede met een diergelyke buyt bekleet worden, als de Eyeren van de Eerste Order, en dat se ook daar in Poppen syn. Maar sy komen, ten aansien van alle haare leedematen, onvolmaaktelyk uyt deselve te voorschyn: en welke leeden dan uytwendig buyten op haar lichaam allengskens aangroeyen. En daarom soo gaat haar ver-groeying en verandering, die ik Wormswyse Pop noeme, een Wurinken te vooren. Waar door dan deese Tweede Order merkelyk verschilt van de eerste, daar het Dierken volkomen uyt syn Ey komt. Dan hier in komen sy weer beyde over een, dat deese twee Dierkens daar, al gaande en staande, in Poppen vergroeyen; die ook, sonder haar beweging te verliezen, eyndelyk veranderen of vervellen.

In de Derde Order syn de Eyeren van die Dierkens meede onsigibare Popkens, en sonder voet-sel daar in geplaatst, waar in dan alle deese drie soorten van Eyeren over een komen. Maar de Wurmkens, die in deese Derde Order uyt haare Eyeren kruypen, die verscheelen ten aansien van de vol-

tuorum membrorum longe adhuc magis a Secundi Ordinis Vermiculis differunt, quam hi Alterius Ordinis Vermiculi a Primi Ordinis Animalculis. Tertii namque Ordinis Animalculorum membra omnia nequaquam extra cutem, sed occulte & intrinsecus sub cute, accrescunt: quamobrem etiam eousque penitus a conspectu remota sunt; donec tandem Animalcula, positis exuviis, formaque pristina mutata, ea omnia extrinsecus videnda offerant. Praeterea sub id tempus omnem penitus motum amittunt haecce Insecta, & veluti de novo rursus eundem induunt habitum, quem ante in Ovo suo gesserant: quam quidem mutationem *Nympham* & *Chrysalidem* nomino, utpote tertiam, & a Primo Secundoque Ordine diversam speciem. Interim tamen omnes denuo hi tres Ordines eo inter se mutuo similes sunt, quod singulorum Ovula primo Nymphae sint: Secundus autem Ordo Tertio adhuc speciatim ea dote respondet, quod in utroque mutatio in Nympham a Vermiculo praecedatur.

Denique Vermiculi *Quarti Ordinis* itidem suis in Ovis Nymphae sunt, quarum membra pariter membranis Ovi adeo obvolvuntur, ut nulla penitus ratione dignosci queant: quare sic pulchre cum Primi, Secundi & Tertii Ordinis Ovis hi Vermiculi conveniunt. At vero differunt iterum ab Animalculis, quae ex Primi Ordinis Ovis proveniunt, eo quod tanquam imperfecti Vermiculi suis ex Ovis erumpant. Desiunt etiam ab Alterius Ordinis Vermiculis, quod membra ipsorum nequaquam extra cutem, sed intrinsecus, intra cutem, accrescant: qua quidem dote rursus accurate Vermiculis Erucisque Tertii Ordinis respondent. Interim ab hisce tamen Tertii Ordinis Animalculis eo iterum discrepant, quod membra sua nunquam extrinsecus videnda offerant; verum intus in cute sua, quam non deponunt, in Nymphas mutantur, ibidemque immobiles fiant: ut hinc tum temporis reapte secunda vice illam induant formam, quam prius in Ovis suis prae se tulerant. Quapropter mutationem hancce *Nympham Vermiformem* adpello, utpote pariter a Nymphis ambulans Primi Alteriusque Ordinis penitus differentem: quanquam, ratione omnium suarum partium, Tertii Ordinis Nymphae respondeat; nisi quod a conspectu sit remota. Porro etiam cum Secundo ea Tertioque Ordine hac dote convenit, quod ipsius mutationem Vermiculus praecedat: cum contra ex

Ovis

maaktheid haarer leeden, nog veel meerder van de Wurmken in de Tweede Order; als wel deese Wurmken van de Tweede Order verscheelen van de Dierken in de Eerste Order. Want de Dierken in deese Derde Order, die groeyen alle haare leedematen verborgen en inwendig onder het vel aan, en niet buyten het vel, en daarom syn haare leeden ook t'eenemaal onsigtbaar; tot de tyt toe, dat sy haar vel afftroopen, en van gedaante verandert synde, sy alle haare leeden uysterlyk vertoonen. Voorts worden sy op deese tyt t'eenemaal onbeweegelyk, en sy keeren als op een nieuw wederom tot deselve gestalte, die sy te vooren in haar Eyer hadden. En deese verandering noem ik een Pop en Gulde Pop, als een derde en verscheide soort synde van de eerste en de tweede. Evenwel soo komen alle de Drie Orderen daar in over een, in dat haare Eyeren eerstelyk Popkens syn: en de Tweede Order komt met de derde nog bysonderlyk over een te stemmen, in dat daar een Wurmken omtrent beyde haare veranderingen in een Pop te vooren gaat.

Eyndelyk syn de Wurmken in de Vierde Order meede Poppen in haare Eyeren, welkers vliessen van gelyken alle het gesigt van de kenbaarheid haarer leeden beletten, waar in sy dan ook met de Eyeren van de Eerste, Tweede en Derde Order over een komen. Sy verscheelen weer van de Dierken, die uyt de Eyeren van de eerste Order koomen, in dat sy onvolmaakte Wurmken synde uyt haare Eyeren voortbreken: soo wyken sy ook af van de Wurmken in de tweede Order, in dat haare leeden niet buyten haar huys, maar inwendig binnen in haar vel aangroeyen: waar meede sy weer t'eenemaal met de Wurmken en Rupsken in de Derde Order over een komen. Maar wederom soo verscheelen sy van deese Dierken in de Derde Order, in dat sy haare leeden nooit uytwendig sien laten, maar dat sy binnen in haar huys, sonder die af te leggen, in Popkens veranderen en aldaar onbeweegelyk in worden, soo dat sy voor de tweede reys, en dat heel eygentlyk die gestalte weer aanneemen, die sy te vooren in haar Eyeren hadden. En dese verandering noem ik daarom een Wormswyse Pop, dewelke ook t'eenemaal van de wandelende Pop in de Eerste en Tweede Order verschilt: hoewel sy in alle haare deelen met die van de Derde Order over eenkomt; behalven in dat se onsigtbaar is. En dan soo komt sy ook met de Tweede en Derde Order over een, in dat voor haare verandering een Wurmken woorgaat: daar ter contrarie, uyt de Eyeren

Ovis Primi Ordinis Insectorum statim parentibus similia prodeant Animalcula, nec eorum Nymphas Vermiculus praebeat.

Hiscæ probe intellectis, luce meridiana clarius patefcit, quousque Ovula isthaec, Animalcula, Vermiculi & Nymphae Primi, Secundi, Tertii & Quarti Ordinum, inter se conveniant atque discrepent; tum quidnam in quolibet accidentarium, ut ajunt, quidnam vero ad ipsam cujusvis naturam pertinens dici posset. Quae quidem ubi rite observantur, haud amplius quidpiam est in Quarto nostro Mutationum Ordine, quod non clare, distincte, & facili negotio queat intelligi; quum is solummodo in eo situs sit, quod *Nympha ipsius, sub non deposita cute sua, maneat recondita, neque ullo unquam tempore extrinsecus semet offerat conspiciendam.* Eodem videlicet modo isthaec Nympha latitat, ac Primi Ordinis Animalculum in suo Ovo, in quo id pariter invisibilis Nympha est; aut uti Secundi Tertiique Ordinis Vermiculi, qui itidem suis in Ovis invisibiles Nymphae sunt; aut tandem ut Quarti hujusce Ordinis Vermiculus, qui suo in Ovo etiam invisibilis Nympha est. Quocirca Ovula omnium Quatuor Ordinum, generatim, cum Vermiculi in Nympham Vermiformem Quarti nostri Ordinis mutatione, speciatim, penitus conveniunt.

His in antecessum rite animadvertis, proximè explicabo, quæ fiat, ut Vermiculi, Quarto huic Mutationum Ordini subjecti, magis minusve a pristina sua forma, quam Vermes gesserant, deflectant; quantumvis cutem suam minime exuant. Quod ut clare & distincte exponam, prius notari velim, nonnullos Vermiculorum, qui ad Quartum Mutationum Ordinem pertinent, duris, tenacibus, validisque pelliculis esse instructos, alios vero contra tenuibus, molliibus, flexibilibusque cuticulis gaudere. Isthaec autem cutis diversitas memoratam formae mutationem non solum magis vel minus insignem efficit; verum etiam quandoque, in Vermiculis, molli cute vestitis, tantopere inobscurat; ut ea prorsus incomprehensibilis atque inenodabilis evadat. Contra ubi dura pelle tecti sunt Vermiculi, hujusmodi nihil evenire videmus: quum enim tenax eorum cutis exterior ad internam mutationem, quam intus conclusae Nymphae corpusculum subit, sese accommodare & fingere nequeat; hinc cutis ista figuram Vermis necessario retinet, Vermemque adeo accurate refert, tanquam si is etiamnum vivus conspiceretur.

Eyeren van de Dierkens in de eerste Order onmiddelyk diergelyke Dierkens voortkomen, sonder dat haare Pop een Wurmken voorgaat.

Dit wel begreepen synde soo blykt middagklaar, hoe deese Eyeren, Dierkens, Wurmken en Popkens, van de Eerste, Tweede, Derde, en Vierde Order, over een komen en verscheelen, en wat in haar toevallig is, of ook wat in haar essentieel, sou kunnen genoemt worden. Het welk als men nu wel in agt neemt; soo is de Vierde Order der verwisselingen helder klaar en makkelyk om te verstaan, alsoo deselve alleen geleegeen leyt; in dat de Pop daar van onder haar onafgeltroopte huylt verborgen blyft, en dat sy haar nooit uyerlyk aan het gesigt komt te vertoonen. Op deselve wys en manier, gelyk in de Eerste Order, het Dierken in syn Ey meede een onsigtbaar Popken is: of gelyk de Wurmken in de Tweede en Derde Orderen meede in haare Eyeren onsigtbaare Popkens syn: of eyndelyk, gelyk ook het Wurmken in deese Vierde Order meede een onsigtbaar Popken in syn Ey is. Waar door dan de Eyeren van alle de Vier Orderen in het gemeen, met de verandering der Wurm in de Wormswyse Pop van deese Vierde Order in het bysonder, geheel over een komen.

Dit soo voor af wel aangemerkt synde, soo sal ik nu voorstellen, hoe het komt, dat de Wurmken, die deese Vierde Order van verandering ondergaan, minder of meerder van haar gedaante, die sy als een Wurm hadden, komen af te wyken, hoe wel sy haar huylt niet uyttrekken. Om dit klaar ende onderscheydentlyk voor te stellen, soo moet men weeten, dat sommige Wurmken, die onder deese Vierde Order van veranderingen behooren, met harde, taye, ende sterke huyltkens voorsien syn geworden: en dat sommige weerter contrarie met dunne, weeke, ende buygfaame huyltkens syn bekleet geworden. Het welk onderscheyt van huylt deese verandering van gedaante niet alleen minder of meerder komt te maaken, maar die fontyts, als de Wurmken weeke huyltkens hebben, soodanig dan verduystert, dat se als geheel onbegrypelyk en onoplosselyk wort: daar men het tegendeel bevint, wanneer sy met harde huyltkens bekleet syn. Want, alsoo haar uyerlyke taye vel sig idan niet kan schikken en voegen naa de inwendige verandering, of het vergroeyende lichaam van het besloote Popken; soo behout dat uyerlyke vel nootzakelyk de gedaante van de Wurm, en het vertoont die soo net, als of men deselve nog levendig sag.

Quando igitur Vermes, qui a me ad Quarti Mutationum Ordinis Primum Modum relati sunt, fatis comederunt, eorumque membra sub cute iuste accreverunt; tunc idoneum illis locum sibi quaerunt, in quo tuti & quieti in Nympham pullulare queant. Ibi deinde per aliquod tempus conquiescunt; donec sensum omnem penitus pristinum suum motum amittant. Attamen haudquaquam tum notabiliter contrahuntur, minores fiunt, aut formam mutantur; quamvis interea temporis intus, in cute sua non deposita, habitum verae Nymphae induant.

Inde itaque hunc maximi momenti usum haurimus, quod insensibilis perspiratio, quam in Nymphis obtinere passim adferui, hoc in exemplo ipsis velut oculis conspici queat. In hujusce enim primae speciei Vermiculis primo observatur, quod Nympha universam Vermis cutem repleat: postea vero haec Nympha, modo sensibus haud percipiendo colorem mutans, & semet pedetentim contrahens, ab extremis cutis apicibus intus utrinque recedit, adeoque cutem tunc ex parte tantum replet: quod quidem eousque procedit, donec tandem Nympha, ob superfluum humorum evaporationem magis magisque contracta, efficiat; ut duae perquam conspicuae cavitates, altera circa Caput, altera circa Caudam & Ventrem memoratae Nymphae, in Vermis cute non deposita, sese manifestent. Atque hae cavitates deinde continuo majores majoresque evadunt; donec Animalculum virium suarum perfectionem acquisiverit. Simile quidpiam Vir expertissimus, D. Harveus, circa foveolam sive cavitatem recentium Ovorum Gallinaceorum obtinere adnotavit: nam & haec liquidorum evaporatione sensim ampliatur.

Propterea sicubi dura est in hisce Vermibus & tenax cutis, aut eo tempore, quo Vermiculus intus in Nymphae formam extuberat, non nihil magis indurescit; haud aliter fieri potest, nisi ut pristina Vermis figura permaneat integra: dum interea intus in cute indurata, a qua Animalculum paulatim magis magisque separatur, hoc Nymphae formam induit: quemadmodum postea in Quarti mei Ordinis Iconibus nitidissime demonstrabo. Imo, quas hisce deinde subjungam, peculiare meae Observationes hanc rem adhuc facilius intelligendam atque explicatiorem reddent: audeo enim ad has potissimum confidenter provocare; quandoquidem

Wanneer dan de Wurmken, die op deese Eerste Wys in de Vierde Order der veranderingen van my gestelt worden, genoegzaam hebben gegeten, en dat haare leedematen bekwaamelyk onder het vel aangegroeyt syn; soo zoeken sy een bekwaame plaats, om aldaar in rust en sekerheid tot een Popken uyt te puylen. Waar toe sy haar dan eenigen tyt stil bonden, tot sy allengskens alle haare vorige beweeging komen te verliezen, sonder nogtans dat sy merkelyk inkrimpen, kleender worden, of de gedaante veranderen; en dat niet tegenstaande sy, binnen in haar onafgeleyde huyl, de gestalte van een waare Pop aanneemen.

Het welk ons dan dit seer gewigtig voordeel komt te geeven, dat men de ongevoelige uytamping, die ik hier en daar in de Popkens gesegt heb te geschieden, als met oogen daar sien kan. Want in deese eerste soorten van Wurmken siet men eerstelyk het Popken, het gantsche vel van de Wurm te vervullen; daar naa ongevoelyk van de verruwt veranderende, en sig allengskens te saamen trekkende, (waar door de uyerste tippen of puntkens van het vel aan beyde de hoeken of uytelynden verlaaten worden;) sien wy het selve het genoemde vel ten deele maar te vervullen. Soo dat eyndelyk het genoemde Popken meer ende meer, door uytwaaseming van overtollige vogtigheeden, t' saamen getrokken werdende; daar twee seer kenbaare holligheeden, de een omtrent het Hoofd, den ander omtrent de Staart ofte de Bnyk van het geseyde Popken, in het onafgestroopte vel van de Wurm haar dan oopenbaaren. En dewelke holligheeden tot het Dierken syn volkoomen sterkte verkreegen heeft, nog geduurig grooter ende grooter werden. Als ook omtrent het kuyken ofte de holligheid in de versche Hoender Eyeren, dat meede door uytwaaseming van vogtigheeden metter tyd vergroot werd, van den door ervarenen Heer Harveus te geschieden aange-merkt is.

Hierom, wanneer dan de huyl hart en taay in deese Wurmen is, of dat deselve, wanneer het Wurmken inwendig tot de gestalte van een Popken uytpuylt, wat barder wort: soo kan het niet anders weesen, of de eerste gestalte van de Wurm moet nootsakelyk blyven. En binnen in het verstyfde vel, daar het Dierken allengskens meer en meer afgescheyden wort; daar neemt het de gestalte van een Popken aan. Gelyk als ik in het vervolg in de afbeeldingen van myn Vierde Order net sal vertoonen. En dat nog beter kan begreepen worden, uyt myne bysondere onderwindingen, die ik aldaar vervolgens sal voorstellen. En waar op ik

summam, quam potui, iis accurandis industriam adhibui.

Verum quod ad *Alterum Modum* Quarti hujusce Mutationum Ordinis attinet; complectitur is Vermiculos molli cuticula investitos, idque habet animadvertendum, quod cutis exterior sese ad corpusculum Nymphae, quae intus mutatur, accommodet. Quoniam vero intrinsecà isthaec corpusculi, sive Nymphae, mutatio; in multis harumcè Vermiformium Nympharum speciebus, Oviformis est; ideo & cutis exterior, quae non deponitur, hanc ipsam tunc figuram Oviformem necessario acquirit. Atque hac ratione hi etiam Vermiculi in tales mutantur Nymphas, quae cutem suam non exuerunt. Sunt autem Nymphae hunc ad Modum pertinentes, prae reliquis omnibus Quarti Ordinis, maxime implicitae & cognitu difficillimae; quoniam ipsarum Vermiculi subtilissima & tenerissima cute gaudent. Quocirca hae Nymphae ilico rursus a Vermiculorum suorum forma minus recedunt; siquando cutis horum paullo crassior est: ut adeo durities tenuitasve cutis clariorem efficiat aut obscuriorem mutationem.

Interim quantumcunque a pristino suorum Vermium habitu discrepent hae Nymphae; omnes tamen varia adhuc ejusdem vestigia conservant. Primo namque cutem retinent non depositam; dein & annulares incisiones, Caput, Caudum, & sic porro: prout magis minusve a Vermium forma desciscunt. Nonnullae etiam Crura, Cornicula, & si quae alia desiderari possunt, signa prae se ferunt. Unde &, ob momentosas hasce rationes, iis omnibus promiscue idem *Nympharum Vermiformium* nomen impono: quamvis probe sciam, quod ab industriis quibusdam Naturae Ruspatoribus, uti *Moufeto*, *Goedartio*, Clarissimis illis Viris, qui Plantas circa Cantabrigiam crescentes descripserunt, & haud pridem quoque ab eruditissimo *Francisco Redi*, Ovorum nomine impertitae sint; tanquam si nulla in ipsis membra distincta conspici atque animadverti possent: Nonne autem ipsimet Vermiculi sunt, qui intus, in propria sua cute, ope accretionis membrorum, in Nymphas pullularunt? Quanam ergo ratione, aut quo jure illos Ova adpellabis? Verum accedit & hoc, quod omnes modo nominati Viri dictum istud Ovum haud ut verum Animalculum considerent, sed tantum ut putamen liquido refertum, e quo Animalculum demum per Transformationem sit generandum. Hinc anim-

adver-

my voornamelyk beroep, alsoo ik myn uysterste neersligheid daar omtrent in het werk heb gestelt.

Maar wat nu de Tweede Wys der veranderingen deser Wurmken in de Vierde Order aangaat, en dewelke een weeke buyt hebben, daar omtrent moet men aanmerken; dat het uysterlyke vel sig naa het lichaam van het Popken, dat daar binnen in verandert, komt te schikken. Welke verandering van lichaam of Popken, naademaal het selve in veele deser soorten van de Wormswyfe Pop Eywys is; soo neemt het uysterlyke vel, dat se niet afleggen, ook deselve Eywyse gedaante nootzakelyk aan; en soo veranderen sy meede in een diergelyk Popken, waar in het vel niet afgestroopt wort. En dit soort van Popkens syn wel de alderonkenneklykste in de Vierde order, om dat haare Wurmken een seer teere en dunne buyt hebben. Hier om soo wyken deese Popkens terstont weer minder van de gedaante haarer Wurmken af, wanneer haer buyt weer wat dikker is: welkers barte of dunte de verandering klaarder of duysterder maakt.

Dan, boe seer dat se ook van de voorige gestalte haarer Wurmen verscheelen, soo bebouden sy alle te saamen daar nog verscheide tekenen van, als eerst het onafgestroopte vel, ten tweede de ringwyse inkepingen, het Hooft, de Staart en soo voorts, nae dat sy meer of minder van haer gedaante afwyken: anderen vertoonen ook de voeten, de Hoornken en wat daar meer tekenen kunnen vereyft worden. Om welke aanmerkelyke reedenen ik haer ook alle met deselve naam van Wormswyfe Pop noeme. Ende dat niet tegenslaande, hoewel wy by eenige seer neerstige ondersoekers van de Natuur, als *Moufetus*, *Goedaert*, de Heeren, dewelke de Planten omtrent Cambrits wassende beschreeven hebben, ende nu onlangs by den doorletterden *Franciscus Redi* haer de naamen van Eyeren gegeven te syn bevinden, even als of daar geen kennelyke leedematen in te sien en te bemerken waren. Want naademaal het de Wurmken selve syn, dewelke binnen in haer vel door een aangroeying in leedematen in Popdierken syn uytgepuylt; soo kunnen sy met geen reedenen ter weerelt Eyeren genoemt werden. Ende dat te meer, nademaal alle die genoemde Heeren dit voorgestelde Ey niet als een waaragtig Dierken aansien, maar als een schaale vol vogtigbeeden, waar uyt het Dierken door gedaante-verandering nog eerst gebooren sou moeten werden. Soo bevinden wy ook, dat de

T t t t t t

bo-

a. Cata-
log. Plant.
circa
Canta-
brig. nasc.
p. m. 137.

advertimus etiam, quod supra laudati accuratissimi Britanni, in Libro memorato^a, jure maximo dubitent, utrum in proposito ab ipsis Ovo nulla Chrysalis sit recondita, simul confitentes, apposito ipsos vocabulo carere, quo ista mutatio legitime adpellari queat. At vero cum Viri hi paullo ante adferunt, quod Ova isthaec eodem se modo ad Muscas habeant, quo Aureliae ad Papiliones (ajunt enim: eodem modo se habent haec Ova ad Muscas, quo Aureliae ad Papiliones); infortunata profecto magnum committunt errorem. Aurelia namque ipsum est Animalculum: at Ova ista non sunt nisi exuviae Vermis non depositae, in quibus nequaquam Chrysalis, sed vera Nympha, quae membra Muscae omnia clare & distincte ad vivum repraesentat, recondita deprehenditur, & quocumque tempore a nobis demonstrari potest. Adde, quod nulla penitus in hoc Ovo locum habeat transformatio, qualem illi in Chrysalidibus obtinere sibi imaginantur. Interim sufficit nobis rem, uti se habet, proposuisse: neque enim ullo pretio aut conditione vel minimam de vocibus item agere velim, qui naturalem cuilibet libertatem suam concedo; modo ita dicta illa Ova ad Quartum discrepantium inter se Mutationum Ordinem, in rerum Natura sane notatu dignissimum, referantur: in eo enim unice sita est omnis, quam hisce intendimus, utilitas.

Verum ut obscurum hunc Mutationum Ordinem adhuc paullo magis elucidemus; iterato inculcabitur, quod memorati illi Vermiculi, hanc qui mutationem subeunt, cutem suam, sub qua eorum membra sensim ad perfectitudinem usque accreverunt, nequaquam exuant, sed retineant. Quapropter cutis ista, sicubi mollicula est, ad intus reconditae Nymphae figuram sese accommodat, atque contrahit. Ob eandem quoque rationem, quia vetus cutis adfervatur, pristini annuli, qui tanquam totidem exiguae vertebrae Vermem interstinguunt, tum adhuc in eo dignosci possunt: quanquam interim incisiones istae, sive annuli, in cute, etiam aliquando exstingui videantur: id quod praeprius obtinet, quando ii vel in ipso jam Vermis haud admodum distincti fuere; vel sicubi cutis perquam tenuis, intus latenti Nymphae penitus undique obsequiosa, adeo cum hac extenditur, ut dictae incisurae aut inflexiones corporis haud cognosci amplius queant: cujus rei exemplum Tab. XLV. Fig. XVII & XVIII exhibui.

bovengenoemde seer naukeurige Engelsche Heeren, in haar aangeroerde^a Boek, met alle reden twyflen, of binnen in haar voorgeselde Ey geen Gulde Popken sou verborgen weesen, bekennende van een bekwaam woord, om deese verandering eenregte naam te geeven, ontbloot te syn. Maar dat se een weynig te vooren seggen; haar Eyeren ten aansien van de Vliegen op deselve wyse haar te gedraagen, als de gulde Popkens, ten aansien van de Cappellen, nademaal (seggense) deese Eieren zig op deselve wyse gedragen, ten aansien van de Vliegen, als de Gulde Poppen, ten aansien van de Cappellen. Soo is't dat se ongelukkig een groote mislagnoomen te begaan. Want het Gulde Popken het Dierken selve is; maar deese Eyeren syn niet als een onafgetroopt vel van een Wurm, daar we geen Gulde Popken, maar een waaragtig Popken, dat alle de leeden van een Vlieg klaar ende onderscheidentlyk naa't leeven vertoont, in verborgen vinden, ende ieder oogenblik in toonen kunnen: behalven nog, dat in dit Ey de minste vervorming plaats heeft, gelyk se in de Gulde Popkens meenen te hebben. Egter, wat van de saak is, voorgestelt hebbende; soo willen wy om geen dingen ter werelt het geringste om woorden twyflen; ieder daar in syn natuureyke vryheid laatende: indien maar de soogenoemde Eyeren onder de Vierde Order van de verschillende veranderingen, in den aard der dingen seer opmerkelyk geplaatst werden: want wy daar in alleen de eenigste nuttigheid geleegen sien.

Maar op dat we deese duystere order van verandering nog wat nader moogen verklaaren: soo ist, dat we nog eens sullen seggen, dat de genoemde Wurmkens, dewelke deselve veranderinge ondergaan, haar vel, waar onder haare leeden metter tyd volgroeit syn, niet en koomen af te trekken, maar het te behouden. Waarom, indien 't week is, het naa de gestalte van het inwendig verborge Popken sig dan komt te voegen, ende te samen getrokken te werden. Door welke reeden nademaal de oude huyt blyft, soo ist, dat we ook de voorige ringekens, die als in soo veel Wervelbeenkens een Wurm verdeelen; op deselve kunnen bekennen: Hoewel egter deese inkervingen ofte ringekens op het vel somtydts haar schynen te verliezen. Wanneerse namentlyk te vooren in de Wurm meede niet seer kennelyk geweest syn; ofte dat het vel seer dun synde sig geheel ende al naa het inwendig Popken komt te voegen, ende soo uytgespannen te werden, dat de genoemde inkervingen, ofte inbuysingen van het lichaam gantsch niet kenbaar en syn. Waar van ik een voorbeeld in de XLV. Tafel by de XVII. en XVIII. Fig. heb gegeven.

Quin etiam cutem istam, quae non deponitur, in nonnullis ita dictorum Ovorum tam accurate circum corpus interioris Nymphae applicatam & accommodatam observavimus; ut ea tres quasi corporis divisiones, Caput nimirum, Thoracem & Ventrem, distincte extrinsecus repraesentaret. Atque hinc est, quod harum Nympharum nonnullae quasi annulatae; aliae vero annulis destitutae, observentur: quemadmodum etiam a supra laudatis Viris perspicacissimis aliquatenus animadvertum est. Sic breviter exposui ea omnia; quae necessario praemonenda esse putavi, priusquam Quartum meum Ordinem definire susciperem.

Jam itaque progredimur, omnemque operam nostram eo volumus directam; ut stupenda reverendi atque sapientissimi Conditoris opera, haecenus, pro pudor! adeo parum vere cogitata, quousque nostro fieri talento potest, manifestentur, DEUSque ideo a nobis, quos creavit, tanto majore cum veneratione adspiciatur, eoque ardentius admetur. At vero nec reverentia, nec amor, a nobis erga DEUM exerceri potest, quousque nostra obfuscamur ignorantia. Propterea grates atque laudes ferimus supremo Architecto pro immerito suo favore; utpote qui solus clarissimam istam in rerum Natura lucem nobis accendit & in medium posuit: lucem sane, quae sapientissimam DEI Providentiam, atque Potestatem infinitam, in mirificis illis modis, quibus Ipse ad conservanda atque vestienda ea, quae creavit, utitur, non tantum facile detegit; verum etiam adeo aperte in conspectum omnium producit, ut ea nullis, undecunque demum petitis, argumentis obscurari, ne dicam quodammodo obumbrari, aut ulla ratione obnubilari queat. Interim ne sic tamen plura adhuc videmus, quam solam duntaxat umbrae mirabilium DEI operum circumferentiam, a nobis vel alio quopiam delineatam: quod equidem summo nobis incitamento esse debet; ut indefessam huic studio navemus operam, & causas sive effecta rerum potius in ipsa Natura, quam nostris in musaeis; quaeritemus. Profecto enim eousque hodie caecutiunt plerique, ut sibi imaginentur, haud posse ullam veritatem aliunde, nisi ipsorum e ratiociniis, provenire: unde & hinc vel tales etiam circa res, quae ipsam Naturam superant, locum tribuendum esse contendunt. Atqui ne res quidem naturales, nisi per sua effecta, cognoscere valeamus; causis ipsarum comprehendendis ineptissimi.

Verum

Soo hebben wy ook dit vel, dat niet afgelegd werd, soodanig in sommige van de genoemde Eieren om het lichaam van het inwendig Popken geschikt ende geveit bevonden; dat het als de drie afdeelingen van het lichaam, het Hoofd namentlyk de Borst, ende de Buik, onderscheydentlyk kwam te verbeelden. Waarom dan eenige deeser Popkens als met ringkens, andere weer als sonder deselve haar koomen te vertoonen, als van de boven aangeroeerde opmerkelyke Heeren ook eenigzins aangemerkt is. En dit syn soo kortelyk de saaken, die ik seer nootsakelyk oordeelde te moeten seggen, eer ik tot de bepaling van myn Vierde Order kwam.

Op dat alsoo de oververwonderlyke werken van den Gedugten ende den Alwysen Maaker, soo weinig in der daad tot onser schaamte ende verwarring tot nog toe bekent, voor soo veel ons pond reyken mag, aan den dag moogen koomen: ende by van ons syne Schepselen te ontfaggelyker daar door mag beschout, ende te vieriger gelieft werden: maar welke Vreesse ende Liefde, soo lang onse onwetentheid duurt, niet en kan in't werk gestelt werden. Dan wy danken ende roemen den Oppersten Maaker voor syne onverdiende genaade, dewelke alleen ons dit helder licht in de Natuur op den Kandelaar gestelt heeft, ende het welke licht niet alleen kragtig syne seer Wyse Voorzienigheid ende Almagtigheid, door het onderhouden ende bekleeden syner Schepselen, ons ontdekt; maar ons deselve ook soo klaar ten toon stelt, dat se met geen reedener ter weerelt kan verdonkert werden, ik laat staan eenigzins beschaduwde, ofte in het geringste benevelt. Ende egter en sien wy nog niet meer, als den omtrek van de schaduwde der Wonderwerken GODS, van ons of iemand anders afgebeelt. Het welke ons alle tot een onvermoeyelyke neerstigheid behoorde op te wekken; ende ons meer de oorsaken ofte de uytwerkingen der dingen in de Natuur selve, als in onse Studeerkameren te doen zoeken. Dan wy bevinden tegenswoordig de wereld soo blind te weesen; dat se haar inbeelt alle waarheden van haare reeden te moeten voortkomen; dewelke sy ook seer stout, zelfs in saaken die boven de Natuur gaan, wil doen stant grypen. Daar we waarelyk de natuurelyke dingen niet, als door haare uytwerkingen vatten kunnen, ende, om haare oorsaken te begrypen, geheel onbekwaam syn.

T t t t t 2

Maar

Verum redeamus ad propositum nostrum. Notetur itaque, Quartum nostrum Mutationum Ordinem in eo unice consistere, quod Vermis, prima, qua in Ovo suo, in quo, Nymphae instar, absque pabulo haesit, praeditus erat, forma derelicta, sensim, vi foris ingestis alimentis, sub cute sua accrescendo alia acquirat membra, tandemque postea intus in illa sua cute, quae ab ipso minime, uti ab aliis Vermiculis in Nymphas abeuntibus, deponitur, secundae Nymphae habitum induat, & quasi prima vice omnem suum motum amittat: qui tamen motus, per superfluum humorum evaporationem, paucos intra dies ipsi restituitur: ut adeo Vermis, tum denique memoratis exuviis sese liberans, duas simul pelliculas deponat, &, elegantiore veluti amictu jam superbiens, atque connubio quasi maturus redditus, ad exequendum generationis opus ilico sese paratum ostendat.

Enumeratio Insectorum, quae ad QUARTUM Naturalium Mutationum ORDINEM quem NYMPHAM VERMICULIFORMEM vocamus; referuntur.

Postquam ea, qua potuimus, perspicuitate & distinctione Quatuor nostros Mutationum Ordines proposuimus, atque Primi, Secundi, Tertiique Ordinis Insecta ante enumeravimus; jam ad illorum Animalculorum progredimur recensionem, quae ad Quartum nostrum Ordinem pertinere observamus. Eorum autem pariter haud exiguus numerus in nostro musaeo reperitur.

Primo itaque ad Quartum hunc Ordinem referimus in genere Ova Insectorum: neque solummodo ea, quae in Ordine Primo perfectum Animalculum in lucem edunt, & quae in Secundo Ordine Vermiculum continent; verum etiam illa, quae in Tertio & Quarto Ordine Eruculam & Vermiculum proferunt. Animadverto enim, quod dicta Animalcula & Vermiculi simili fere modo in Ovis sive tunicis suis disposita sint, uti Nympham Quarti Ordinis, paullo ante descriptam, in non deposita cute sua esse diximus. Quapropter etiam Animalcula, quae vel perfecta vel imperfecta ex memoratis istis Ovis, sive membranis, in conspectum prodeunt, binas itidem pelliculas simul deponunt: id, quod in nonnullis evidentissime nobis constitit: imo vel exteriorem quoque pellicu-

Maar om tot ons voorstel weder te keeren, soo is 't te weeten, dat onse vierde Order van veranderingen niet anders en is: als dat een Wurm de eerste gestalte dien hy in syn Ey had, ende waar in hy als een Popken sonder voetsel was, verlaaten hebbende; allengskens; door van buyten inge-noome voetsel, in vordere leedemaaten onder syn vel komt aan te groeyen: tot dat hy naderhand binnen in het genoemde vel, dat hy, gelyk de andere Wurmkens die in Popkens veranderen doen, niet af en stroopt; de gestalte van een tweede Popken komt aan te neemen, ende als de eerste reise alle beweeging te missen. Welke beweeging nogtans, door het uyt dampen van overtollige vogtigheeden, binnen korte daagen weder verkreegen werd. Waaron, als by het genoemde vel verlaat, te gelyk twee buytkens komt af te leggen; ende als met een cierehyker gewaat nu omhangen weefende, ende als houbaar geworden synde, tot de voorteeeling sig datelyk gereedt toont.

Optellinge der Dierkens, dewelke onder de VIERDE ORDER van de natuurelyke veranderingen, WURMGELYK POPKEN genoemd, behooren.

Soo klaar ende onderscheydentlyk het ons mogelyk geweest is, onse Vier Ordenen van veranderingen voorgestelt hebbende; ende de Dierkens onder de Eerste, de Tweede, ende de Derde Order behoorende, hebbende aangeweefsen; soo begeeven wy ons nu tot de optellinge van die Beeskens, dewelke wy onder onse Vierde Order bevinden. Ende waar van wy meede een groot getal vertoonen kunnen.

Voor eerst dan, stellen wy onder onse Vierde Order, en dat in het gemeen, de Eyeren van de Bloedeloofse Beeskens; ende dat soo wel die soort van Eyeren, dewelke in de Eerste Order een volmaakt Dierken te voorschyn brengen; en die, dewelke in de tweede Order een Wurmkens in haar beslyten: als die Eyeren, dewelke in de Derde en Vierde Order een Rupsken ende Wurmkens voort brengen. En soo bevind ik ook, dat de genoemde Dierkens en Wurmkens in baare Eyeren ofte Vliesen haast eeven eens geschikt syn; gelyk als we het Popken, nu in onse Vierde Order beschreeven; in syn onafgeleide buytken, gesegt hebben te weefsen. Waaron ook de Dierkens die volmaakt, ofte ook onvolmaakt, uyt de genoemde Eieren ofte Vliesen te voorschyn koomen, meede twee buytkens te gelyk afleggen: gelyk wy dat in sommige baarblyke-

liculam ab interiore separare in quibusdam possumus; uti infra ex iconibus nostris innoscet. Inde igitur heic nunc clare patet ratio, ob quam memorata haec Insecta, quae Nympharum instar in Ovis suis haerere diximus, aequae a visu nostro remota sunt, ac Nymphae Quarti nostri Ordinis, modo descriptae. Scilicet, uti supra jam indicavi, cuius exterior impedit, quo minus Nympha conspici atque cognosci queat.

Ejusmodi autem Ovorum, quae in Primo meo Mutationum Ordine *Nymphas-Animalia Oviformia*, atque in Secundo, Tertio, & Quarto, Ordinibus *Nymphae-Vermiculi Oviformes* mihi audiunt, multas adfervamus variasque species, magnitudine, figura atque coloribus discrepantes, nec non a diversis Insectis partas: uti jam alibi dictum est. Inter alia praeprimis Muscas aliquot adfero minutissimas, immediate ex illis prognatas Ovis, quae Papiliones nocturni arborum ramis, annuli instar, circum adglutinant: ut adeo hinc quam evidentissime pateat, quod horumce Insectorum Ovula ad Quartum Ordinem, hujusque Primum Modum, pertineant.

Hic ita generatim de Ovis in medium adlatis, peculiariter jam atque secundo loco Vermiculos latinarum ad hunc Ordinem, hujusque Primum Modum, refero: quandoquidem ii, cum in Nymphas Vermiformes mutantur, nihil penitus de pristina sua forma amittunt; dura quippe & tenace cute investiti. Ex hisce Vermiculis, eorumque Nymphis Vermiformibus illam monstrare valeo speciem, e qua vulgares Muscae latinarum originem trahunt: unde & in Quarti hujus Ordinis Iconibus tam Vermis istius fabricam, quam Nympham & Muscam, Tabula XXXVIII depictas exhibeo. Praeterea etiam Ovula harumce Muscarum, perquam sane consideratu digna, dictoque loco itidem delineata, adfero.

Tertio etiam Nympham Vermiformem Muscae Afili huic Ordini accenseo; quum & haec pristinae Vermis sui figuram prorsus retineat illibatam. Tabulis XXXIX, XL, XLI & XLII, harumque explicationibus, omnes exhibeo, quae desiderari a quopiam possunt, huic Animalculo proprias affectiones. Ibidem quoque Vermem, Nympham Vermiformem, & veram Nympham in illa reconditam, tum porro omnes hujus mutationes, ad Muscam usque, repraesento. Musca isthaec, uti recte memorat *Aristoteles*, ex latiusculis quibusdam nascitur *Beltiolis*, flu-

vios

blykelyk bevonden hebben: kunnende ook in eenige het buytenste Vlies afrekken van het binnenste, als onder in onse afbeeldingen blyken sal. Soo dat dan de reeden hier nu klaarelyk blykt, waarom de genoemde Dierkens, die we als Popkens in haar Eyeren gesegt hebben te weesen, soo wel aan ons gesigt onsigtbaar syn: als deselve nu in onse Vierde Order beschreeven. Synde de reeden als gesegt, dat de uysterste huyl de kennisse ende het gesigt van het Popken beneemt.

Van de genoemde Eyeren nu, dewelke ik in myn eerste Order van veranderingen Ey-gelyke Dier-Popkens noeme, en in myn Tweede, Derde ende Vierde Order Ey-gelyke Wurm-popkens, bewaaren wy vele en verscheide soorten, die van verschillige grootte, figuren en couleuren syn, en van verscheide Dierkens voortgebragt, als elders alreede gesegt is. Ende onder anderen bewaar ik eenige seer kleine Vliegskens, die inmediaat uyt de Eyeren syn voortgekomen, die de Nacht-kapellekens als een ring, om de takken der Bomen lynen, waar uyt onweersprekelyk blykt, dat de Eyeren deeser bloedelose Dierkens onder de Vierde Order behooren; en dat in de eerste plaats.

Dit soo in het generaal van de Eyeren voorgestelt synde, soo plaats ik nu particulierlyk en ten tweeden, de Wurmken in de secreten in deese Order, en dat op de Eerste Wyse: alsoo die het alderminst, wanneer sy in Wormswyse Poppen veranderen, haare vorige gedaante niet en verliezen, als synde van een harde ende taye huyl. Van deese Wurmken, en haare Wormswyse Poppen kan ik die soort vertoonen, daar de gemeene Vliegen in de sekreten haer oorspronk uyt neemen. En van dewelke ik in myne afbeeldingen van deese Vierde Order, het maaksel soo van de Wurm, als het Popken en de Vlieg, in de XXXVIII. Tafel kom te vertoonen. Nog bewaar ik de Eyeren deeser Vliegen, die seer curieus syn, en die ook aldaar syn meede afgebeelt geworden.

Ten derden stel ik in deese selve Order de Wormswyse Pop van de Vlieg Afilus, die van gelyken syn gedaante van de Wurm in het aldergeringste niet en verliest; en waar van ik in de XXXIX, XL, XLI, en XLII. Tafel, en haare verklaaringen, alle de bysonderheeden kom voor te stellen, die men sou kunnen vereyffchen. Ook beelde ik aldaar af de Wurm, de Wormswyse Pop, en het waargtig Popken, dat daar in beslooten is, en dan voorts alle haare veranderingen tot een Vlieg toe. Dese Vlieg, gelyk *Aristoteles* wel aantekent, die neemt syn oorspronk, uyt eenige breedagtige Bees-

kens,

V v v v v v

vios occupantibus; quae quidem ipsa illa sunt Insecta, quae *Aldrovandus* sub nomine Intestinarum aquae descripsit, nesciens interim, quod *Afilus* ex iis procreseat. Horumce Vermium autem atque Muscarum inde oriundarum quatuor ostendere species possum; quin & Nympham Vermiformem, & veram quoque Nympham, quam, ope dissectionis, ex Verme immobili reddito, & perquam singularis Nymphae Vermiformis figuram adsecuto, protraxi. Sub finem aetatis Muscas haec multoties in floribus *Pastinacae fativae* deprehendi; quamvis olim, cum peculiare meas observationes concinnarem, earum pabulum haud potuerim detegere.

Eidem huic Ordini quoque adnumero Nympham Vermiformem Muscae *Tabani*; ut ut originem ejus haecenus nondum accurate cognoscam: attamen praegnantibus inducor rationibus, ut credam, simili eam modo, quo *Musca Afilus*, mutari. Perquam memorabile id est in hisce Muscis, quod eae cum Proboscide simul *Aculeum* a Natura obtinuerint; adeoque Proboscidis adminiculo florum herbarumque liquores, mel & rorem fugere, *Aculei* autem ope sanguinem ex Animantibus adtrahere queant: ut hinc alterutro alimento deficiente, alterum tamen ipsis praesto sit, quo se nutriant. An autem id ipsum pariter in aliis Animalculis, quae sanguine victitant, uti sunt *Cimices*, *Pulices*, *Culices*, & ejusmodi, locum habeat, incognitum haecenus experientia demum patefaciet: quanquam interim in *Culicibus* res haec fati manifesta esse videatur. Porro & hoc notatu dignum est, quod, cum Insecta isthaec liquores melleos sua Proboscide adtrahunt, vel ipse etiam aer simul tunc per Proboscidem in corpus eorum ascendens conspiciatur: prout quam distinctissime circa Proboscides *Papilionum* observavi.

Tandem & hoc in Ordine colloco Muscam Equinam singulariter ita nominatam, cujus varias exhibere species possum: nec tamen certo asseverare ausim, eas omnes huc proprie pertinere; quia multis etiamnum circa hanc rem destitutor observationibus, quas tempori atque industriae demum detegendas relinquere oportet.

Quarto etiam Nymphae Vermiformi *Apis mansuetae*, sive Muscae *Stercorariae Goedartii*, hoc in Ordine locum concedo: quamvis interim Posteriores ea hujus Ordinis Modum sequatur; quia ejus Vermis longe tenuiore gaudet cuticula, quam Vermes haecenus in Priore

Modo

kens, de rivieren besettende. Dat deselve Dierkens syn, dewelke *Aldrovandus* onder de naam van *Water Darmen* heeft beschreeven. Maar dat de *Afyllus* daar uyt sou vergroeyen, dat is hem onbekent geweest. Van deese *Wurmien* nu, als ook van haere *Vliegen*, kan ik vier soorten, neffens de *Wormswyse Pop* vertoonen; als ook het waare *Popken*, dat ik door de ontleeding uyt deese *Wurm*, wanneer hy verstyft was geworden, en de gedaante van een seer curieuse *Wormswyse Pop* had aange-noomen, heb getrokken. Deese *Vliegen* heb ik in de naasoomer veel gevonden, op de Bloemen van de witte *Wortelen*, hoewel ik voor deesen, als ik myn bysondere observatien schreef, haar voetsel niet kon uytvinden.

Soo stel ik in deselve Order de *Wormswyse Pop* van de *Vlieg Tabanus*, hoewel ik syn oorspronk tot nog toe niet eygentlyk en weet; maar ik heb seer grote redenen om te geloven, dat hy op deselve wys als de *Vlieg Afyllus* verandert. 't Is seer aanmerkekyk in deese *Vliegen*, dat de *Natuur* haar te gelyk een *Snuit*, en een *Angel* gegeven heeft. Met welke *Snuit* sy de vogtigheid der Bloemenen *Kruyden*, den *Honing* en *Dauw* kunnen nuttigen, en met de *Angel* het bloet der Dieren suygen: soo dat het eene voetsel haar ontbreekende, sy by het andere leeven kunnen. Of dit nu meede omtrent andere Dieren, die by bloet leeven plaats heeft; als omtrent *Weeghlyfens*, *Vloon*, *Muggen*, en diergelyke kan gevraagt worden, dat staat nog nader te onderwinden: dan in de *Muggen* soo schynt dit klaar te weesen, 't Is vorders aanmerkekyk, dat door de *Snuit* deeser *Dierkens*, wanneer sy de honingagtige vogten daar door optrekken, men zelfs ook de lugt meede in haer lichaam siet opklimmen. Als ik heel distinct omtrent de *Snuiten* der *Kapellen* heb onderhouden.

Ten laastten soo plaats ik ook de *Paarde-Vlieg* in deese Order, dewelke bysonderlyk soo genoemd wort, en waar van ik verscheyde soorten kan vertoonen: maar ik kan tot nog toe niet voor vast verseecken, dat se daar eygentlyk onder behooren, om dat my nog verscheyde observatien daar omtrent ontbreken, die de tyd en neerstigheyd eyndelyk moet ontdekken.

Ten Vierden soo stel ik de *Wormswyse Pop* van de *Tamme Bey*, of de *Drekvlieg* van *Goedaert*, onder deese Order: maar op de *Tweede Wyse*, alsoo de *Wurm* daar van een vry dunder huyl heeft, als de voorgestelde *Wurm* op de eerste manier, waar door dat ook syne *Wormswyse Pop*, in eeni-

Modo enumerati. Unde etiam Nympha ejus Vermiformis a pristina, quam ut Vermis gesserat, figura quibusdam partibus deflectit. Vermis hic potissimum ex longiore, qua praeditus est, Cauda cognoscitur. Originem vero trahit ex Ovis, quae Musca ejus in latrinis exponit. Inter Muscas stercorarias, quas adservo, dictum quoque Vermem monstrare valeo una cum suis Pedibus, Corniculis & Cauda; quae omnia itidem in Nympha ejus Vermiformi conspici possunt. Tabula XXXVIII. singulatim Animalcula haec depicta exhibeo.

Quinto ad Ordinem hunc refero Nympham Vermiformem Acari, quae nonnihil obscurius adhuc priorem Vermis sui formam exprimit; quandoquidem ea, ob cutis suae tenuitatem, semet in oblongam atque superficiariam Ovi veluti figuram contraxit. Vermis hujusce Nympham, Muscam, exuviasque Curiosas ostendere possum: prout etiam omnia isthaec, Tabula XLIII; & ad vivum, & magnitudine aucta, Iconibus expressa dedi, seorsimque singula descripsi. Notatu maxime dignum est in his Muscis, quod sub coitu Vulva Foemellae in Penis Masculini cavum recipiatur.

Sexto quoque in hunc Ordinem repono Nympham Vermiformem certi cujusdam Vermiculi subvirescentis, pedibus destituti, in foliis Brassicae degentis, cujus peculiarem historiam suo postmodum loco proposui. Tabula autem XLV eundem quoque, una cum Musca sua, veraque Nympha; Icone XXVI & seq. repraesentatum sistit. Vermiculus iste, ob cuticulae suae tenuitatem, longe adhuc magis, quam Acarus, a pristina sua forma recedit: prout infra in ejus historia videri potest.

Septimo etiam in hocce, quem constitui, Ordine colloco omnes illas Nymphas Vermiformes, aut alias ita dicta Vermium Ova, quae, ex contractis Vermiculis vere oriunda, perperam ex Animantium carne putrescente generari dicuntur. Vermiculi isti, postquam intra exteriores suas pelliculas facti sunt immobiles, sicque Nympharum Vermiformium induere habitum, paucos deinceps intra dies multivarias effundunt Muscarum inter sese discrepantium species. Neque tamen Muscae haec solummodo a se mutuo differunt; verum ipsi etiam earum Vermiculi, & quae ex his oriuntur, Nymphae Vermiformes: harum namque aliae magis, aliae minus, superficiariae Ovorum similitudini accedunt; prout earum cuticulae vel tenuiores fuere vel duriores; aut etiam prout corpuscula verarum, quae intra ipsas delite-

scunt, *eenige deelen van de vorige gedaante, die sy als een Wurm had, komt af te wyken. Deese Wurm is bysonderlyk te kennen, aan een lange Staart die hem gegeven is. Hy neemt syn oorspronk wyt de Eyeren, die de Vlieg daar van in de secreeten leyt. Onder deese Drekoliengen, die ik be-waar, kan ik vertoonen de Wurm met syn Voeten, Hoornen en Staart, dat alles meede in syn Wormswyse Pop te sien is. Deese Dierkens heb ik particulier afgebeeld in de XXXVIII. Tafel.*

Ten Vyfden plaats ik in deese Order de Wormswyse Pop van de Kaaswurm, die nog wat duy-sterder de vorige gestalte, die sy als een Wurm had, komt te vertoonen; alsoo sy haar, van wegens de dunnigheid haarer buyt, in een langwerpige en superficieele Eywysse gedaante, heeft te samen getrokken. Van deese Wurm kan ik de Pop, de Vlieg, en syn verlate buyt vertoonen. Gelyk ik dat alles in de XLIII. Tafel, soo naa het leeven, als in het groot heb afgebeeld, en het selve particulierlyk beschreeven. Het is bysonder aanmerke-lyk in deese Vlieg, dat de Schamelheyd van de bol-lygheyd der Roede ontfangen wort.

Ten Sesden soo stel ik de Wormswyse Pop van een seker voeteloos en groenagtig Wurmken, dat op de Koolbladeren leeft, in deese Order, waar van ik de particuliere Historie op syn plaats heb voor gestelt: synde het met syn Vlieg en waare Pop afgebeeld, in de XLV. Tafel de XXVI. Fig. en soo voort. Dit Wurmken wykt door de dunte van syn buytken nog veel meerder van syn voorige gedaante af, als wel de Kaaswurm niet en doet, gelyk in syn volgende verbandeling te sien is.

Ten Sevenden, soo plaats ik in myn voorgestelde Order, alle die Wormswyse Poppen, of anders die soo genoemde Wurm-eyeren: dewelke wyt die samen getrokke Wurmken haer oorspronk neemen; die gesegt worden wyt de verrotting van het vleesch der Dieren geteelt te syn; en wyt welke Wurmken, naa dat sy in haare buytenste buytkens syn onbeweegelyk geworden, en alsoo de gestalte van Wurmswyse Poppen hebben aangenoomen: wydan binnen eenige daagen, veelderhande soorten van verschillige Vliegen sien voortkoomen. Maar deese Vliegen verschillen niet alleen onder malkanderen, maar zelfs soo verscheelen ook haare Wormen, ende Wormswyse Poppen, die daar wyt voortkomen; van welke sommige meerder, andere minder, tot de superficieele gelykenis van Eyeren komen te naderen; naa dat haare buytkens wat dunder of harder syn geweest, of ook naa dat de lichaamen haarer

fcunt , Nympharum peculiari modo figurata inveniuntur.

Omnes autem isti Vermiculi sua excrementa in carnem, qua enutriti sunt, emittunt: quo fit, ut putredo atque foetor hujus non solum augeatur, verum etiam tanto celerius in initio producat. Eruditissimus Redi complures harum Nympharum Vermiformium species descripsit: at omnes Ova nominat; neque vel minimam facit mentionem verae illius Nymphae, quae intus, in cute earum non deposita, conclusa delitescit. Interim solidissimis tamen argumentis Auctor hic generationem ex putredine destruit.

Octavo ad Quartum hunc Ordinem refero omnes illas Nymphas Vermiformes, aut ita dictas Ovipiformes, quae ex multivariis ortum ducunt Vermiculis contractis, quos intus in vivis Erucarum corporibus semet nutritivisse, tandemque Erucas haec perforare, atque inde foras prorepere, deprehendimus. Ex istis Vermiculis, postquam hi intra extimas suas pelliculas evasere immobiles, sicque formam ita vocatae Nymphae Vermiformis induere, elapso aliquot dierum intervallo quamplurimae discrepantium inter se Muscarum species in lucem prodire cernuntur. Simul autem haec notandum est, quod omnes istae Nympharum species haud sint Ovipiformes: imo vero permultae inter eas atque consideratu dignae occurrunt varietates, quae integrum sane tractatum exigent, si speciatim singulae exhibendae & describendae forent.

Memoratos Vermiculos, postquam, uti indicavimus, e suis Erucis prorepere, nulla penitus excrementa deinceps ejicere animadverto: quamprimum enim Erucas perterebrarunt, ilico sese contrahere & immobiles fieri incipiunt; donec tandem intus, in non deposita cute sua, veras in Nymphas, Nymphis, quas in Tertio Ordine, juxta modum primum, descripsimus, penitus similes, transmutentur. Hunc autem mutationis modum, quo nempe Vermiculi corpuscula Erucarum perforant, tumque se contrahunt, & in Nympham abeunt, a nemine haecenus adnotatum esse novi.

Praeterea etiam observavi, Vermiculos istos quandoque intra Erucae cutem permanisse, &, postquam hancce totam nitide exedissent, intus in ejus cavo in Nymphas Vermiformes abivisse: ut adeo postmodum, quando Muscarum habitum induebant, tres simul pelliculas eodem tempore perfringere cogentur. Pri-

inwendige waaragtige Poppen van een bysondere conformatie worden bevonden.

Alle nu deese Wurmken laten haare vuyligheden in het vleesch, daar sy uyt gevoet syn: het welk de verrotting en de stank des selve niet alleen te grooter maakt, maar ook in het begin te eerder veroorzaakt. Van deese Wormswyse Pop, heeft de geleerde Redi verscheide soorten beschreeven, maar alle onder de naam van Eyeren: sonder dat hy in het geringste iets komt te seggen, van de waaragtige Pop, die daar binnen in, in haar onafgeleyde vel opgesloten is. Dan hy destrueert de voortteeling uyt verrotting, heel essentieel.

Ten Aghsten soo voeg ik in deese Vierde Order, alle die Wormswyse of Eyerwysse Poppen soo genoemt, derwelke uyt veelderley samengetrokke Wurmken haer oorspronk neemen; die men binnen in de levende lichaamen der Rupsen, haer voetsel bevint genoomen te hebben: en die eyndelyk deese Rupsen doorbooren, en daar buyten kruypen. En uyt welke Wurmken, naa dat sy in haare buytenste buytkens onbeweegelyk syn geworden, en alsoo de gestalte van de genoemde Wormswyse Poppen aangenoomen hebben; men dan binnen eenige daagen veelderhande soorten van verschillige Vliegen siet te voorschyn komen. Dan men moet ook weeten, dat alle deese soorten van Poppen niet Eygewys syn, maar men bevint daar seer veele en opmerkelyke verscheidentheeden in, die een gansch tractaat souden vereytschen, om particulierlyk te vertoon en te beschryven.

Deese Wurmken buyten de genoemde Rupsen gekroopen synde, die bevind ik, dat gansch geen vuyligheden van haer geeven: want soo draa sy de Rupsen doorboort hebben, soo beginnen sy haer samen te trekken en onbeweegelyk te worden, tot sy eyndelyk, binnen in haer onafgeleyde vel, in waare Popkens veranderen, die met de Popkens in de Derde Order, in de eerste plaats beschreeven, heel over een koomen. Dese manier van verandering, namelyk dat de Wurmen de lichaamen der Rupsen doorbooren, en dan haer samen trekken en in Poppen veranderen, bevind ik nergens aangetekent te syn.

En ook heb ik geobserveert, dat deese Wurmken somtyts wel in het vel van de Rups bleeven, en dat sy na het selve schoon wytgegeeten hadden, haer daar binnen in tot Wormswyse Poppen veranderen: soo dat sy dan, wanneer se naderhand de gedaante van Vliegen aannaamen, door drie buyden te gelyk mosten doorbreeken. Als eerst door
haar

mó nempe membranaceam illam cuticulam, qua vera Nympha vestitur; tum cutem Vermis fui, utpote non depositam; tandemque pellem Erucæ exesam.

At vero quam ratione hi Vermiculi intra Erucas deveniant; & utrum sub Ovorum specie a foris eò inferantur; an vero ibi intus, tanquam ex interno principio, suam trahant originem; determinare hæcenus, ob multorum experimentorum, quæ prius instituenda forent, defectum, nequeo: quanquam tamen varia possem pro priore æque ac altero quaesito argumenta in medium adferre. Necessum igitur est, ut horumce Animalculorum historiam, ratione momentosi istius articuli, adhuc per tempus aliquod imperfectam relinquam; quandoquidem oculi mei hanc ad rem hæcenus plane caligant. Interim continere tamen me haud possum, quin Naturæ Ruspatoribus notum faciam, quod nemo unquam ingenium atque mutationes Erucarum exacte observare queat, nisi qui numerum earum ingentem, quæ omnes ejusdem sunt speciei, ipse enutrire, sicque ad ipsarum mutationes accurate attendere haud tergiversatur. Huic dein labori aliud præterea adminiculum summe necessarium, Anatomem nimirum, adjungere oportet. Qui vero hisce minus utitur subsidiis, æternum caecus permanebit.

Nonò etiam Quarto nostro Ordini accenseo istas Nymphas Vermiformes, aut alias ita vocata Vermium Ova, quæ ex contractis illis Vermiculis oriuntur, quos e corporibus Aureliarum putrescentibus prognasci perhibent. Hisce ex Vermiculis, postquam ii intra extimas suas pelliculas facti sunt immobiles, sicque dictarum Nympharum formam obtinuerunt, intra aliquot dies multifarias Muscarum inter sese diversarum species excrefcere videmus. Atque hos mutationum modos primus quidem *Moufetus*, dein etiam *Goedartius*, tandemque & *D. Redi*, aliique plures, proposuerunt. Unum ex his Vermiculis, nec non Nympham Vermiformem, quæ superficie tenus Ovum refert, singularim Tab XXXVIII. Fig. X repræsentavi.

Porro in Quarto Ordine nostro pariter collocamus illas Nymphas Vermiformes, quæ ex Vermiculis, intus in corpore Aureliarum sese contrahentibus, atque ibidem, intra extimam suam cuticulam, Ovi formam induentibus, prognascuntur: quod tamen rarius videre nobis contigit.

haar vliefig huytken dat de waare Pop bekleede; dan door de onafgeleyde huyt van haar Wurm; en ten derden van de verteerde Wurm.

Maar hoe nu deese Wurmkens in de Rupsen komen, en of sy daar van buyten in gestalte van Eyeren in gebragt worden, dan of sy haar oorspronk daar binnen in, als uit een inwendig beginsel neemen: daar omtrent gebreeken my nog veele experimenten, om dat te bepalen: hoewel ik verscheyde saaken soo voor het eerste, als voor het tweede voorstel sou kunnen bybrengen. Soo dat dan deese verhandeling, ten aansien van dit gewichtig punt, nog voor een tyt moet opgeschort worden; alsoo ik daar t'enemaal nog blint in ben. Ondertusschen kan ik niet naalaten, om de ondersoekers van de Natuur bekend te maaken, dat men den aart en de veranderingen der Rupsen nimmermeer wel sal onderwinden, ten sy men een groot getal, en die van een soort syn, selfs komt de kost te geeven, en haare veranderingen wel waar te neemen, waar by men dan het aldernootsakelykste, dat is te seggen de Anatomie moet voegen: anders blyft men eeuwig blint.

Ten negenden, soo stel ik onder de genoemde Vierde Order die Wurm-gelyke Popkens, ofte anders die geseide Wurm-eyeren; dewelke, wyt die t' samen getrokke Wurmkens haar oorspronk neemen, die gesegt werden wyt de verrotting van het lichaam der Gulde Popkens, geteelt te syn; ende wyt welke Wurmkens, naa dat se in haar buytenste huytken onbewegelyk syn geworden, ende soo de gestalte van de genoemde Popkens aange-noomen hebben; wy dan binnen eenige daagen veelderhande soorten van verschillige Vliesen sien voort groejen. Deese manieren van veranderingen bevinden wy eerst by *Moufetus*, en daar naa by *Goedaart*, en eyndelyk by den Heer *Redi* voorgestelt te syn, en andere meer. Een van deese Wurmkens, als ook de Wormswyse Pop, die oppervlakig een Ey vertoont, heb ik particulierlyk in de XXXVIII. Tafel, by de X. fig. afgebeeld.

Nog plaatsen wy onder deese Vierde Order die Wurm-gelyke Popkens, dewelke wyt Wurmkens binnen in de Gulde Popkens sig t' saamen trekkende, ende in haar uysterste huytken aldaar Ey wys veranderinge, haar oorspronk neemen. Dan dit hebben wy seer selden sien gebeuren: want de Wurmkens

tigit. Nam Vermiculi plerumque, cum fatis adolevere, ex Aureliis prorepunt: quemadmodum paullo ante jam indicavimus. Neque deest ratio, cur hoc ita fiat. Scilicet Chryfallides fere semper humidulae sunt: quapropter dicti Vermiculi eas perforant; atque inde in locum ficciorem sese conferunt; ut cutis ipsorum exterior tanto facilius indurari, & intra hanc dein pullulatio in Nympham perfici queat. Verum tamen sicubi contingit, ut omnes Chryfallidum humores ab istis Vermiculis, alimenti loco, consumantur, eademque opera cutis Aureliae simul siccescat; tunc intra hanc permanent Vermiculi, ibique inclusi mutationem subeunt: quo quidem tempore ipsis, cum formam Muscarum induunt, tres pariter cuticulae prius sunt perfringendae.

Omnes haftenus enumeratae Quarti Ordinis nostri Nymphae, uti jam ante diximus, in varias mutantur Muscas, quarum species complures in Musaeo nostro adfervamus.

Postquam igitur omnia illa Insecta recensui, quae proprie & jure suo ad Quartum Ordinem pertinent; jam demum huc quoque refero omnes Nymphas illorum Vermiculorum Primi, Secundi, Tertii & Quarti Ordinis, qui intra Vermiculos, Erucas, Nymphas, Chryfallides, Thecas, Verrucas, Folia, excrescentias &c. mutantur, atque Nymphae formam adipiscuntur. Neque tamen ideo iis heic locum concedo; quoniam revera ad Quartum huncce Ordinem pertinent: sed eam tantum ob rationem, quia aequae, ac Vermiculi Quarti Ordinis, modo obscuro, abdito, & inaccessio, in Nymphas mutantur; ut nonnisi in tractandis hifce Animalculis exercitatissimus dignoscere quidpiam aut animadvertere valeat.

Undecimo quoque Ordini huic adnumero omnes illas veras Nymphas, quas intra corpus aut cutem Vermis vel Erucae cujusdam reconditas invenimus, ex Vermiculis oriundas, qui dicti Vermis vel Erucae interanea corroferunt. Sic evenit saepiuscule, ut Vermis vel Eruca, prae debilitate cutem suam exuere haud valens, sub vetere suo Vermis vel Erucae habitu induretur: quo in casu memorati Vermiculi omnia ejus interanea penitus consumunt, & postmodum illic intus in veras Nymphas, haeque in Muscas mutantur. Nonnunquam etiam cernitur, id ipsum ab unico tantum Verme majore perfici, qui deinde pariter in Nympham, tandemque in Muscam excrescit. Quodsi autem Eruca forte tam valida

kens, als se groot genoeg syn, begeeven haer gemeenelyk buyten de Gulde Popkens: als soo delyk voorgestelt is. Synde de reeden hier van, om dat de Gulde Poppen meesten tyt vogtig syn; waarom dan deese Wurmken deselwe doorbooren, en op een drooge plaats kruypen, op dat haer wyterlyke vel te bekwaamer sou mogen verhart worden, en sy daar binnen in tot een Popken uyt-puylen. Maar soo wanneer het gebeurt, dat alle de vogtigheeden der Gulde Poppen van haer tot 'er voetsel verteert worden, en dat de buyt van de Gulde Pop te gelyk opdroogt, soo blyven sy binnen in deselwe, en sy veranderen aldaar binnen in bestooten blyvende: op welken tyt sy dan van gelyken drie buytkens moeten doorbreeken, wanneer sy de gestalte van Vliegen aanneemen.

Alle nu deese opgetelde Popkens in onse Vierde Order veranderen, als alreede gesegt, in onderscheidentlyke Vliegen: waar van wy verscheide soorten bewaaren.

Alle de Dierkens opgetelt hebbende, die eygentlyk tot de Vierde Order behooren, soo stel ik ook in deese order, alle de Poppen van de Wurmken in de Eerste, en Tweede, Derde en Vierde Order, dewelke in Wormken, Rupsen, Poppen, Gulde Poppen, Kokers, Vratten, Blaaderen, Uytwassen, en soo voort veranderen, en de gedaante van een Pop aanneemen. En dit doe ik niet, om dat sy in deese Vierde Order behooren, maar alleen uyt opsigt, om dat sy op een duystere en ontoegankelyke bestoote wys, even als de Wurmken van deese Vierde Order doen, in Poppen veranderen; en dat soodanig duyster, dat het niet als voor iemant, die seer ervaren, in deese Dierkens is, kan onderscheyden of bemerkt worden.

Soo plaats ik dan ten elfden in deese Order alle die waaragtige Poppen, dewelke wy binnen in het lichaam, ofte het vel van een Wurm ofte Rups verborgen gewaar werden: ende welke Popkens uyt Wurmken syn voort gegroeit, dewelke het ingewand van de genoemde Wurmen ofte Rupsen verteert hebben. Soo gebeurt het dikmaal, dat een Wurm ofte Rups, door swakheid syn vel niet konnende afstroopen, in de genoemde gestalte van een Wurm ofte Rups komt verhard te werden. En als dan verteeren de genoemde Wurmken t'eenemaal syn ingewant: waar na sy in waaragtige Popkens daarbinnen in veranderen, en die in Vliegen. Somtyts wederom siet men, dat dit van een groote Wurm alleen geschiet, die dan meede in een Pop vergroeyt, en die in een Vlieg. Maar soo nu de Rups de sterk-

lida fuisset, ut, rejectis exuviis, Chryfallidis formam potuisset obtinere; tunc in Chryfallide hac deinceps omnes modo dictas mutationes observare licuisset.

Verum, quod magis adhuc paradoxum est, experimur etiam, quod nonnulli Vermiculi corpus five cutem pristinae suae Erucae, intra quam haec tenus sese enutriverunt, nonnunquam deserant, ac inde egressi Oviformi sese texto includant, intra quod veras tandem in Nymphas, haeque in diversas Muscas mutantur. Attamen commodior huiusce pertractandis locus dabitur, cum aliquando, volente DEO, peculiare nostras observationes in lucem emitemus. Quapropter saltem in genere mutationem istam haec commemoramus.

Duodecimo ad hunc Ordinem pariter refero veras illas Nymphas, quae ex Vermibus, more Vermiculorum in Tertii nostri Ordinis Modo Priori propositorum, intus, in corporibus aut pelliculis Chryfallidum, veras atque distinctas in Nymphas transmutantur: ita tamen, ut in qualibet sic corrupta Chryfallide nunquam plures, quam unica, harumce Nympharum reperiantur.

Species autem istarum Nympharum, quae ex Vermiculo, intus in cavitate Aureliae, veras in Nymphas mutantur, multifarias esse, atque tantopere inter sese discrepare animadvertimus; ut discrimen mutuum absque Iconibus exprimi difficulter queat. At vero id circa haec Nymphas quam maxime notabile est, quod earum mutationes ex Vermibus in Nymphas, pro lubitu & votis nostris, observare, & mirabilissimum ordinem, quo Natura in variandis istis Animalculis utitur, absque ullo, vel minimo etiam, impedimento illic contemplari nobis liceat: ut hinc universam Vermis in volatile Insectum mutationem, quam haec tenus interveniente metamorphosi fieri existimatum est, tanquam ante oculos positam ibi conspiciere valeamus.

Quae cum ita sint, mirari satis haud queo, quod a nullo, cujus scripta evolvi, Auctore Vermiculos huiusce commemoratos, aut dictarum Nympharum quasdam Iconibus expressas esse animadvertamus. Interim Goedartius tamen Muscas ex iis oriundas non solum cognovit; verum etiam nitide satis depictas exhibuit. Unde, ut verbo dicam, qualesnam hae Muscae sint, notandum est, eas jam ante in Tertio nostro Ordine, ad quem proprie pertinent, sub nomine Pseudosphecarum a nobis esse descri-

sterkte gehad had, dat by sig in een Gulde Pop had kunnen vervellen, soo sou men in de Gulde Pop alle deese veranderingen onderwonden hebben.

Maar dat nog vreemder is, soo ondervinden wy meede, dat sommige Wurmken het lichaam ofte het vel van de voorige Rups, daar se haar voetsel in gehad hebben, somtyts koomen te verlaten; ende daar uyt gekroopen weefende, haar dan in een Eywys spintsel nog op te stuyten, waar in se in waaragtige Popkens koomen te veranderen: ende deselve daarnaa weder in onderscheydentlyke Vliegen. Dan ook dit selve sal bekwaamer in onse bysondere ondervindingen t'eeniger tyt (soo het GODT^t toelaat) verhandelt kunnen werden. Waaron wy deese verandering hier maar in 't gemeen optellen.

Tentwalefden soo stel ik in deese Order de waaragtige Popkens, dewelke uyt Wurmen, die op de wyse van de Wurmken, in onse Derde Order in de eerste plaats voorgesteld, binnen in de lichaamen ofte de huytkens van de Gulde Popkens, in waaragtige ende onderscheidelyke Popkens komen te veranderen: soo dat nochtans in ieder bedurven Gulde Popken noit meer als een van deese Popkens bevonden werd.

Deese soorten nu van Popkens, dewelke uyt een Wurmken, binnen in de holligheid van een Gulde Popken, in waaragtige Popkens veranderen, bevinden wy veelderhande te weesen: ende de verschillendheid tusschen deselve soo groot, dat se swaarelyk sonder afbeeldingen uyt te drukken is. Maar het geen seer aanmerkelyk omtrent deese Popkens is, is, dat we haare veranderingen van Wurmen in Popkens: naa onse lust ende keur kunnen bemerken; ende de seer wondere order van de Natuur, omtrent het verwisselen deeser Dierkens, sonder de aldergeringste verhindering aldaar beschouwen. Soo dat we, gelyk als voor oogen, de geheele verandering van een Wurm in een vliegend gedierte; welke verandering tot nog toe door vervorming te gebeuren gemeent is, sien kunnen.

Het welke soo synde, soo en kan ik my niet genoeg verwonderen, dat we by geen Schryvers, die we ingesien hebben, deese Wurmken voorgesteld vinden; ofte ook eenige van de genoemde Popkens by haar uytgebeelt bemerken. Egter soo bevinden wy dat Goedart de Vliegen, die daar uyt voortkoomen, niet alleen gekent, maar ook deselve redelyk net afgebeelt heeft. Soo dat om in een woort te seggen, wat voor Vliegen het syn; wy weeten moeten, dat we deselve alreede onder de naam van Bastert-Wespen in onse Derde Order beschreeven heb-

scriptas: quo loco Devoratorum *Goedartii*, five *Araneorum Interfectorem*; pariter hifce *Mufcis adnumerandum*, quoque propofuimus.

Ut vero modum etiam indicemus, quo singulariffimae iftae, maximique momenti, mutationes fpectari queunt; id temporis obfervare oportet, quo *Chryfallides* obrigefcunt, atque colorem mutant: tum enim maturitas eft cas effringendi, Vermemque intus latitantem inde protrahendi; quem fi deinde in apertam reposueris ciftellam, perquam nitide atque diftincte confpiciendum tibi dabitur, quomodo is paulatim in *Nympham*, & poftmodum in *Mufcam* accrefcendo tranfmutetur. Qua autem ratione mutatio ifthaec perficiatur; & quantam excrementorum copiam *Vermis* hic interea rejiciat; & quomodo is ipfe nonnunquam adhuc textat, praeter infinita alia *Curioforum* adtentione digniffima, aliquando, fi *DEO* vifum fuerit, in gloriam fummi hujus *Conditoris*, inter peculiaref obfervationes noftras exponemus, & luce meridiana clarius demonftrare conabimur. Jam vero anguftiae temporis vetant hifce immorari.

Tertio & decimo huic etiam *Ordini* adjicimus illas *Nymphas*, quae ex infigni *Vermiculorum* numero, more *Vermiculorum* modo propofitorum, intus in corpore, vel excavata cute *Chryfallidis*, quandoque in quinquaginta, aut centum, imo fubinde & in ducentas *Nymphas* fingularef mutantur, atque deinde in totidem *Mufcas* abeunt. *Mufcae* hae *Goedartio* quoque cognitae fuere: quem tamen caeterum circa id, in quo cardo rei vertitur, hoc eft, circa verum mutationis modum, five *Nymphae* naturam, penitus undequaque ignorantem effe animadvertimus. Neque fane & nos eo cognitionis perveniffemus; nifi *Anatome* ubique nobis auxilio fuiffet, femperque, juxta immortalis *Harvei* exemplum, principiis mutationum, quoufque fieri poffet, confpicio modo atque indubitate cognofcendis avidè inhiaviffemus. Alioqui enim, ficubi experimentis deftituimur, reliqua fcientia, quam vel noftris e ratiociniis, vel per inductionem, haurimus, nequaquam ex *Natura*, verum e cerebri noftri phantafmatibus, originem trahit: quapropter etiam faepe numero comperimus, eam, fi in experientiae trutina fufpendatur, falſam deprehendi. Ut ideo magnus *Cartefius* hunc in finem eleganter alibi dicat, fe pluris facere artificum experimenta, quam ſteriles & prae ſubtilitate evaneſcen-

habben daar ſy eygentlyk, in behooren: en alwaar wy ook de *Verflinder* van *Goedaert*, ofte de *Spinne-dooder*, die meede onder deefe *Vliegen* behoort, voorgelſt hebben.

Ende om ook aan te wyfen de manier om deefe ſeer ſelſaame, jaa gewigtige veranderingen te ſien: ſoo moet men letten; wanneer de *Gulde Popkens* verſtyft werden, en van veruw veranderen, dat men ſe dan open breekt: en de *Wurm*, die m'er in ſal vinden, daar uyt genoomen, ende in een open doosken gelegd hebbende: ſoo ſal men allengskens ſyn vergroejing in een *Pop*, en de vergroejing van een *Pop* in een *Vlieg*, nettelyk ende onderſcheidentlyk bemerken. Welke verandering nu hoe ſe toegaat, als meede wat een meeningte van overtolligbeeden deefe *Wurm* loſt, ende hoe hy ook ſomtyts nog komt te ſpinnen, met andere oneyndige naukeurigheden meer: ſullen wy (ſoo het *GODT* belieft) t'eeniger tyt in byſondere ondervindingen, tot roem van dien *Grooten Schepper*, verhandelen, en ſoo klaar als den dag tragten voor te ſtellen. Maar tegenswoordig ontbreekt my daar de tyt toe.

Ten dertienden ſoo plaatſen wy onder deefe *Order* die *Popkens*, dewelke uyt een groot getal *Wurmkens*, op de wyſe van de *Wurmkens* nu voorgelſt, binnen in het lichaam ofte de holle huut van een *Gulde Popken*, ſomtyts in vyftig, ſomtyts in hondert, en ook wel in twee hondert byſondere *Popkens* veranderen; ende daar naa in ſoo veel *Vliegkens*. Deefe *Vliegkens* bevinden wy meede by *Goedaert* bekend te ſyn. Dan omtrent het vornaamſte, dat de waare verandering of de *Pop* is, ſoo bevinden wy hem overal onweetende: ende het ſou ons meede niet bekend geworden ſyn; ten ſy wy overal de ontleeding hier gebruykt hadden: ende geduurig naa het voorbeeld van den roemrugtigen *Heer Harveus* waaren begeerig geweest, om de begintſelen van de veranderingen, ſoo veel mogelyk was, ſigtbaarelyk ende ſonder twyfeling te kennen. Want anders, als de ondervindingen ons koomen te ontbreeken, ſoo is de vordere kennis die we uyt onſe reedenen of door optelling putten, niet uyt de *Natuur*, maar uyt onſe herſſenbeelden voortgekoomen: waarom wy ook dikmaal ſien, als ſe ter proeve geſtelt werd, dat ſe vals bevonden word. Ten welken aanſien ook de groote *Cartefius* ergens ſegt, meer te agten de reedenen uyt de ondervindingen van de gemeene werklieden getrokken, als de beſpiegelingen der geleerden, die geen uytwerking voort en brengen. Omtrent nu deefe *Dierken*

rescentes eruditorum contemplationes. In memoratis Animalculis, quousque adhuc Vermiculi sunt, modo descriptam mutationem pariter facillime observare licet. Et profecto vel semel saltem data istam mutationem a fronte contemplandi opportunitas haud minima inter oblectamenta a Naturae Curiosis numeranda foret. Atqui via eo ducens hodie patet; dum obstacula, infinito fane labore, ni fallimur, sumus amoliti.

Porro etiam dicto in Ordine collocamus veras illas Nymphas, quae simili ratione, ac Vermiculi in Tertio Ordine juxta Modum Priorem propositi, intus in corpore Nymphae Vermiformis memoratam Nympharum formam induunt, atque ex peculiaribus Vermiculis ita transmutantur. Contigit mihi id videre in Nympha Vermiformi communis Muscae latinarum. Quin & in Insectis Primi Ordinis hoc ipsum observatur.

Quarto & decimo ad hunc Ordinem quoque reducimus omnes illas Nymphas veras, quas in mediis Fructibus, Verruculis, ac Foliis herbarum & arborum, cariosis lignis; aliisque inaccesibus atque abditis locis, reconditas invenimus. Ejusmodi Nympharum, Muscarum, atque corporum haece includentium, specimina aliquot oppido rara adservamus, curiosisque ostendere possumus; ut inde etiam mirabilibus inexhaustae Naturae operibus gloria atque encomium accedat. Possidemus itidem Muscas illas, quae ex Vermiculo, quem D. Redi in excrementis Salicum reperit, cujusque mutationem expiscari nunquam potuit, originem ducunt. Intus autem in corpore harum Muscarum exacte talia invenimus Ova, qualia in dictis istis excrementis conclusa deprehenduntur: ut ideo tam ex hac, quam aliis observationibus, inferre liceat, quod omnes illi Vermes, qui intra plantas reperiuntur, ab ipsis Insectis eo primitus sub forma Ovorum depositi & inclusi sint. Videantur isthaec plane singulariter descripta in Explicationibus Tab. XLIV & XLV.

Quinto decimo huic etiam Ordini inferere licet omne id, quod in telam veluti mutatur. Pertinent huc praecipue illi Vermiculi, quorum tela adeo exilis, tenuis atque tenera est; ut quam difficillime, nisi a manu exercitata, aperiri queat: quamvis ii revera intus in minutas Nymphas succrescant. Ordini ergo isthuic adnumeramus Muscas Goedartii, ex nonnullis oriundas veris Nymphis Vermiculorum, quos e corpore Erucae Brassicae depascen-

kens, als het nog Wurmen syn; kunnen wy meede de voorgestelde, ofte de nu dadelyk genoemde veranderinge ligtelyk bemerken. Het welk eens te moogen opmerkelyk sien, geen kleen vermaak voor de onderzoekers van de Natuur behoort te weesen. Dan de weg is haar nu open, ende de verbindingen, soo wy gelooven, door een oneyndige mocyte van ons weg genoomen.

Voorts soo brengen wy ook tot de genoemde Order, die waaragtige Popkens, dewelke op de wyse van de Wurmken, in onse Derde Order op de eerste plaats voorgestelt, binnen in het lichaam van een Wurm-gelyk-Popken, de genoemde gestalte van Popkens koomen aan te neemen, ende uyt bysondere Wurmken daar in veranderen. Dit heb ik geobserveert omtrent de Wormswyse Pop van de gemeene secrete Vliegen. En ook observeert men 't in de Dierkens van de eerste Order.

Ten Veertienden soo stel ik onder deese Order alle de waaragtige Popkens, dewelke wy midden in de Vruchten, de Wratkens aer Planten, de Boomen en haare blaaderen, als ook in het vermeulwt Hout, ende op andere ontoegankelyke ende verborge Plaatsen opgeslooten vinden: ende van welke Popkens, Vliegkens, ende gewaskens wy eenige, die seer seltzaam syn, tot roem van de wondere werken der onuytputtelyke Natuur, bewaaren, ende vertoonen kunnen. Soo bevinden sig ook by ons die Vliegkens, dewelke uyt het Wurmken van Redi, in de uytwaskens der Willegen van hem gevonden, ende waar van hy nimmer de verandering heeft kunnen gewaar werden, haar oorspronk neemen. Binnen in het lichaam nu van deese Vliegkens bevinden wy deselve Eyeren, die wy ook in de genoemde gewaskens opgeslooten vinden. Soo dat we soo uyt deese, als andere ondervindingen oordeelen, dat alle de Wurmen, die we in de gewassen vinden, daar, door de Dierkens selve, in gestalte van Eyeren, eerst ingebragt ende opgeslooten syn. Siet dit heel particulierlyk in de verklaringen van de XLIV en XLV Tafel.

Ten vyftienden so kunnen wy ook in deese Order plaatsen al het geene, 't welk in spinsel komt te veranderen: als voornamentlyk die Wurmken, welkers spinsel soo kleen, dun, ende tenger is, dat het seer swaarelyk, als van een ervaren hand kan geopent werden, en waar in sy tot kleene Popkens vergroeyen. Soo brengen wy dan tot deese Order die Vliegkens van Goedart, dewelke haar oorspronk neemen uyt eenige waaragtige Popkens van Wurmken, die hy in syn elfde bevinding van syn

Y y y y y

Eerste

a. Cata-
log. Plant.
p. 137.

scētis prorepisse, singulosque sericam flavī coloris domunculam sibi textuisse, & in hac demum semet inclusisse, laudatus Auctor in Experim. XI Part. I narrat. Nymphæ tamen hōrum Animalculorū ipsi, ut e citato loco patet, hand fuerunt cognitæ. Neque etiam supra memorati accuratissimi Britanni^a, quibus ista Goedartii observatio pariter sub oculos venit, has Nymphas cognoverunt: imaginantur enim sibi, Vermiculos illos, sub Ovorū forma, textis suis inclusos esse. Quin similiter errant, quando opinantur, quod, hōrum Insectorū Ova, incisuris annularibus distincta, ipsæ revera Nymphæ sint, atque ab Ovis eorū pellucidis & oblongis discrepent: illa enim tantummodo Nymphæ Vermiformes sunt; utraq̃ue autem veram Nympham reapse adhuc reconditam continent. Observavi etiam aliquando, Vermes nonnullos dari, qui sub tellure thecam texunt Oviformem, quam imperitus facile pro Nympha Vermiformi haberet.

Porro hōc in Ordine locum pariter concedimus illis Vermiculorū vel Erucarū Nymphis, quæ, tenera ejusmodi & subtilissima domuncula sive tela conclusæ, super Salicum foliis reperiuntur. Prodit ex iis postmodum tenella quoque Musca, quam una cum tela sua adservamus.

Deinde & hunc ad Ordinem referimus veras Nymphas ejusmodi Vermiculorū, qui, Erucarū cute, e qua prorepunt, perforata, semet non solum serica, quam ipsi texunt, domuncula alba, sed insuper Gossypino veluti tomento, quod tamen ipsa perterebrata textit Eruca mater, includunt, aliquot post elapsis diebus inde rursus sub Muscarū forma prodituri. Possumus autem omnes propemodum hætenus enumeratas; discrepantes Muscas, atque domunculas, vel telas, Curiosis videndas exhibere, adeoque ad oculum demonstrare ea omnia, quæ modo proposuimus. Præterea tamen alias adhuc textorū species adservamus, quas heic commemorare haud ducimus necessarium, utpote ad finem properantes.

Sexto & decimo hunc etiam ad Ordinem reducere licet omnes veras Nymphas, ex talibus provenientes Vermiculis, qui intus in subtilibus & exiguis suis domunculis, quas, more Testudinū, jugiter secum circumferunt, mutantur, tandemque, Muscarū habitu induti, rursus inde in lucem prodent. Varias ejusmodi Muscarū atque Vermiculorū species, una cum domunculis & Nymphis suis,

Eerste Deel, segt uyt het lichaam van een Rupsje, die de Kool eet, voortgekroopen te sijn; ende ieder een geel syden huysken gesponnen hebbende, haar daar in beslooten. Dan de Popkens en heeft by, als daar ter plaats blykt, niet gekent. Soo hebben ook de voorgestelde naukeurige Engelsche Heeren^a, dewelke deese ondervinding van Goedaert meede gesien hebben, de genoemde Popkens niet gekent: want se haar inbeelden, dat se in gestalte van Eyeren in haar spintsel beslooten soude weesen. Soo dwaalen sy van gelyken, wanneer se haare Eyeren met ringekens, dat Wormswyse Popkens sijn, het Popken selve meenen te weesen, ende deselve te verschillen van haare doorlugtige ende langagtige Eyeren: want in der daad in beide haare Eyeren het waaragtige Popken nog verborgen is. Ook heb ik wel ondervonden, dat sommige Wurmen onder de aarde een Eygewyse koker sponnen, die een onervaarne ligt voor een Wormswyse Pop sou aansen.

Nog brengen wy tot deese Order die Popkens van Wurmen ofte Rupsen, dewelke op de bladren der Wilgen, in diergelyk een teer ende seer tenger huysken ofte spinselken opgeslooten bevonden werden: ende waar uyt naderhand meede een teer Vliegken voort komt, dat wē met sijn spinsel bewaaren.

Voorts soo plaatsen wy onder de genoemde Order, die waare Popkens van Wurmkens, dewelke het vel van de Rupsen, daar se uytkruppen, doorboort hebbende: haar behalven in een wit syden huysken, dat se spinnen, nog als in een donselig Cattoen opsluyten, maar dat van de doorboorde moeder-Rups selve gesponnen wort: ende uyt het welke sy naa eenige daagen weeder in de gestalte van Vliegkens te voorschyn komen. Meest nu alle deese opgetelde verschillige Vliegkens ende Huyskens ofte Spinselkens kunnen wy vertoonen; ende sigtbaarelyk daar meede bewysen, alle het geene wy soo datelyk voorgesteld hebben: behalven dat we nog andere soorten van spinsels bewaaren; die wy, om dat we ten eynde spoeden, niet noodig oordeelen aan te tekenen.

Ten Sestienden soo kunnen wy ook tot deese Order brengen, alle die waare Popkens, dewelke haar oorspronk neemen uyt die soorte van Wurmkens, dewelke binnen in haare subtiële en kleene huyskens, die se als de Schilpadde geduurig met haar draagen, komen te veranderen: ende naderhand in gestalte van Vliegkens daar weeder uyt te voorschyn koomen. Van diergelyke Vliegen ende Wurmkens met haare huyskens ende Popkens kunnen wy verscheide, die al vry won-

der-

fois, oppido mirabiles, quarum aliae in terra; aliae in aquis; circumambulantes, aedículas suas, intra quas delitescunt, assidue secum portant, possideo. Quidam dictorum Vermiculorum a celeberrimo *Aldrovando*, sub nomine *Xylophthororum* aut *Ligniperdarum*, descripti inveniuntur. Nos etiam nonnullas adseruimus Muscarum; ex his Vermiculis provenientes, quarum aliquas ante sub nomine *Ephemeris* jam descriptimus. Omnes tandem *Quarti Ordinis Nymphae*, quod probe animadvertendum est, ad *Tertium Ordinem* referri possunt; si seorsim & nudae considerantur; minus attendendo ad ipsarum cutículas, quas non deponunt, aut ad telas & abditos loculos; intra quos sese recondunt.

Atque ita generalem hanc descriptionem & recensionem Insectorum *Quarti Ordinis* finio, rem totam deinceps, per manifesta exempla, accuratasque historias, speciatim expositurus.

Exemplum singulare QUARTI MUTATIONUM MORDINIS in MUSCA exhibitum: cujus Metamorphosin, sive naturalem accretionem in primam artuum ac membrorum suorum formam, NYMPHAM VERMIFORMEM adpello.

T A B. XXXVIII.

N^o. I. Vermiculus Muscae vulgaris stercorariae in prima sua cute, sive tunica, in qua is Ovum nominatur, constitutus, naturali magnitudine delineatus. Ovum hoc Icon prima microscopio intercedente depictum sistit.

N^o. II. Duplex Ovi Tunica sive Cutis, quam Vermiculus latinarum, quo tempore inde prorepat, post se relinquit. Hanc ipsam Icon altera iterum magnitudine aucta repraesentat.

N^o. III. Vermiculus ipse, nonnihil major heic depictus, quam quidem tum temporis apparet, cum recentissime ex deposita sua membrana, qua conclusus Ovum audit, prorepat.

N^o. IV. Idem Vermiculus plenam suam magnitudinem adsecutus, quem ita heic depictum ostendo, uti is communiter sese movet, & ex alio in alium locum procedit: quum enim perquam curta & penitus retracta ipsi crura data esse videantur; ideo Roltri sui adminiculo jugiter is sese promovet, & veluti protrahit. Inde est, quod laevi super speculo collocatus hic Vermis quam aegerrime progrediat; cum contra, si panno asperiori imponitur,

derlyk syn, vertoonen. Ende dat soo wel van die in 't water, als op het land in ende met haare huyskens rondom wandelen. Van de genoemde Wurmken bevinden wy sommige by den vermaarden *Aldrovandus* onder den naam van *Hout-vernielers* beschreeven te syn: ende wy bewaaren ook sommige van haar *Vliegkens*, waar van wy eenige onder den naam van *Haft* alreede beschreeven hebben. Soo kunnen ook alle de *Popkens* van de *Vierde Order*, wanneer se sonder haare huyskens, dewelke sy niet af en stroopen, aangemerkt worden; ofte ook sonder de spinsels ende de verborge plaatsen, daar se haar in opstuyten, tot de derde Order gebragt werden: daar wel op te letten is.

En daar meede sal ik deese generale verhandeling, en de optelling der Dierkens in de *Vierde Order* besluyten. Om nu vervolgens dit particuliereyk, in klaare voorbeelden, en naukeurige Historien voor te stellen.

Particulier voorbeelt van de *VIERDE ORDER* der veranderingen in een *VLEGH*: waar van ik de vervorming of de natuurelyke aangroeying in de eerste gestalte der leeden en leedematē *WORMSWYSE POP* noeme.

T A B. XXXVIII.

N^o. I. Het Wurmken van de gemeene *Vlieg* in de secreeten, in syn eerste *Vel* of *Vlies*, waar in het een *Ey* genoemd wort; levens grootte. Dit *Ey* wort in de eerste figuur, in het groot vertoont.

N^o. II. Het dubbeld afgeleyde *Vlies*, of de huys van het *Ey*, 't geen het secrete *Wurmken*, wanneer het daar uyt kruypt, komt te verlaaten. Dit selve fiet men in de tweede figuur meede in het groot vertoont.

N^o. III. Het *Wurmke* selve, dan wat grooter afgebeelt, als het sig vertoont, wanneer het eerste effen uyt syn afgeleyde *Vlies*, waar in het als in een *Ey* was, is voortgekroopen.

N^o. IV. Dit selve *Wurmken* tot syn volle grootte gekomen synde; dat soo afgebeelt wort, gelyk het sig ordinaar beweegt, en van plaats tot plaats voortgaat; want alsoo het seer korte en gansch ingetrokke beenkens schynit te hebben; soo ist, dat het sig geduurig door middel van syn *Bek* voortset, en sig daar meede als voorttrekt. Waarom, wanneer het op een gladdē spiegel gelegd wort, het seer moeyelyk voortgaat: daar het in tegendeel, wanneer het op grof doek geplaatst wert, redelyk veerdig

Y y y y y z

waort

Tab.
XXXVIII.

tur, satis celeriter prorepat: Caput enim suum in foraminula & foveolas panni immittit, sicque dein reliquum corpus suum, brevissimis duntaxat Pedibus, circa imum Ventris, instructum, perquam velociter ad Caput adducit. Hac igitur dote Vermiculus iste plurimum convenit cum Vermiculo aquarum, e quo Musca Afilus procrefcit; quippe qui pedes suos ipso in ore collocatos gerit: quod tamen utrum in eo, de quo heic agimus, Vermiculo similiter obtineat, haftenus nondum examinavi; quamvis credibile omnino fit, praecipuos ejus Pedes quoque in ore sitos esse. Icon tertia Vermem hunc magnitudinis, quantum par est, aucta depictum exhibet.

N^o. V. Jam Vermiculum ante repraesentatum ea sub forma sistimus, qua gaudet, cum intracutem suam immobilis evasit: neque enim haftenus is, tanquam exteriore sua cute privatus, sed ita, uti intra hanc verum Nymphae habitum induit, a me heic exprimitur. Atque haec est ratio, ob quam putem, omni me jure nomen Nymphae Vermiformis ipsi sic comparato fecisse; quandoquidem is tum temporis facie externa Vermem adhuc refert, intrinsecus autem jam in Nympham transmutatus est. Nymphae isthaec species, microscopii interventu aucta, Icone quarta etiam depicta conspicitur: intus vero delitescens Nympha, magnitudine naturalem paullum excedente, Figura quinta exhibetur; dum postea subsequentes, sexta & septima, Icones eandem plurimum grandiozem sistunt.

N^o. VI. Muscam ipsam latrinarum heic ob oculos pono, prout haec comparata est, quando binas suas pelliculas postremas simul atque eodem tempore deseruit; exteriorem nempe, non depositam, duram, suam pellem, in qua Vermiculi ea formam prae se ferebat; alteramque interiorem, teneram, membranaceam cuticulam, sub qua Nympham repraesentabat: ambo enim isthaec involucra simul ab hoc Insecto derelinquuntur. Tum vero, positus exuviis, ilico cernitur, quomodo haec Musca, amictu multo elegantiore vestita, in conspectum prodierit, & ad generationem idonea evaserit. Muscam hanc, interventu microscopii maxime auctam, octava Figura exprimit, quam deinceps explicans ornamenta simul hujus Muscae describam. Isthic ergo mutationum Ordo notabiliter discrepat a Primo; utpote in quo Animalculum, absque alia mutatione intermedia, perfectum ex Ovo suo pro-

voortkruypt. Want het Hoofd in de gaatkens en de kuylkens van het linnen stekende, soo trekt het syn vordere lichaam, dat maar met seer korte beenkens onder aan de Buyk begaaf is, seer rad naa sig. Waar door dit Wurmken seer veel over eenkomt met de water Wurm, daar de Vlieg Afilus uyt vergroeyt, dewelke syn beenen in de mond self geplaatst heeft: dan het welke ik in dit Wurmken nog niet heb nagesien. Hoewel het te gelooven is, dat hy ook in de mond syn voornaamste Voeten geplaatst heeft. Dit Wurmken wort in de derde fig. heel in het groot vertoont.

N^o. V. Het vertoonde Wurmken wort voorts in die gestalte afgebeeld, gelyk het in syn vel is onbeweegelyk geworden; sonder dat hy deese uytwendige buyt heeft vervelt of afgeleyt: maar soo als hy daar binnen in de waargtige gestalte van een Popken heeft aangenoomen. Om welke reedenen, alsoo het op die tyt uytterlyk nog een Wurm vertoont, en inwendig in een Popken vergroeyt is: ik het met alle reeden een Wormswyse Pop noeme. Dit soort van een Popken siet men in de vierde figuur, meede in het groot verbeelt. En het inwendig Popken, wort wat grooter als het leeven in de vyfde figuur aangeweefsen, dat dan in de zesde en sewende figuur heel in het groot afgebeelt wort.

N^o. VI. De sekreet Vlieg, soo als deselve syne twee laatste buytkens, op een tyt, en te gelyk verlaten heeft: dat is syn uytwendige onvervelde harde buyt, waar in hy een Wurm vertoonde; en syn inwendige teere ende vliesige buytken, waar in hy een Pop verbeelde; want deese twee bekleetselen worden te gelyk verlaaten. En dan siet men voorts, hoe deese Vlieg nu in een veel cierelyker gewaat is te voorschyn gekomen, en tot de vooriteeling bekwaam geworden. Deese Vlieg wort nu in de agtste afbeelding heel in het groot vertoont, alwaar ik syne cieragien beschryven sal. Soo dat dan deese Order van veranderingen merkelyk verschilt van de eerste, daar het Dierken onmiddelbaar uyt syn Ey komt; sy verschilt ook van de tweede, daar het Dierken op syn lichaam, eenige vliesige luchtblaas-kens aangroeyen; ook verschilt sy van de derde, daar het Dierken de buyt van syn Rups en van syn Pop op twee distincte tyden verwisselt; dat in deese Vierde Order op een tyt te gelyk geschiet.

Maar

dit: differt & a Secundo; quippe cujus Insectum nonnullos acquirit folliculos membranaceos, qui corpore ejus foras procrefcunt: distat etiam a Tertio; in quo Animalculum binas Erucae ac Nymphae suae cuticulas diversis singulas temporibus mutat: id, quod in Quarto Ordine simul atque eodem tempore perficitur. At vero omnium istorum Ordinum Insecta eo rursus inter se conveniunt, quod ubique, in quolibet Ordine; Nymphae sint, atque tam diu & toties cutem mutant, donec tandem in perfecta abierint Animalia, exsequendo generationis negotio apta nata. Nympha igitur; quippe in omnibus Quatuor Ordinibus locum habens, verum est, unicum, & immutabile fundamentum, quo omnes horum Animalculorum mutationes nituntur: quemadmodum in principio hujus operis accurate & proluxe demonstravi: unde nonnisi tribus verbis id heic in memoriam revocare animus est.

Fig. I.

In Muscae latrinarum Ovo, quod, hoc loco, aucta magnitudine repraesento, oblongam cernere licet constructionem, angulosam figuram, atque picturam elegantissimam, quae tessulata, & reticulata, crustulum, quod Belgico idiomate *Wafel* vocant, propemodum refert. Ovula isthaec candidissima sunt, atque duobus constant facile conspicuis & distinctis tegumentis; quorum exterius vera testa est, prorsus similis putamini Ovorum Gallinaceorum: quum aequae, ac hoc, levi admodum negotio, diffingatur. Unde perquam facile est, extimam hancce crustam ab interiore involucro membranaceo, in quo proprie Vermiculus Stercorarius reconditus haeret, separare. Porro quandoquidem haec Ova, cum pariuntur, humidula sunt; & adversus latrinarum muros, quin aliquando etiam ad Nympharum exuvias adponuntur; hinc est, quod aëre ambiente ficcescentia quam facillime inter se conglutinentur. Inde autem postmodum saepe fit, ut, si quis duo ejusmodi Ova cohaerentia a se mutuo separare conetur, alterutrius externa testa illo suo latere, quo alteri adglutinata est, ad hancce maneat adfixa: quam ob rationem angulata unius Ovi figura tanquam extante quodam margine tunc augetur. Atque hunc etiam in modum sese habet Ovum hac Icone exhibitum, quod, quia aliter fieri non poterat, ita, ut inveni, delineavi.

Fig. II.

Heic nunc, circa anteriorem Ovi partem, tenuis membrana, interna, quae Ovum inve-

sit,

maur hier in komen sy alle over een, dat se in alle de Vier Ordenen een Pop syn, en soo lang vervellen, tot sy volmaakte Dieren worden, dewelke tot de voortteeling bekwaam syn. Soo dat dan de Pop, die in alle de Vier Ordenen plaats heeft, de waaragtige eenige en onveranderlyke gront is, van alle de natuurelyke veranderingen deeser Dieren: gelyk ik dat omstandig voor aan, in het begin van myn werk heb uytgebreyt, en het hier maar alleen met een woort weer in gedagtenis brenge.

Fig. I.

In het Ey van de secreet Vlieg, dat ik hier in het groot kom af te beelden, siet men syn langwerpige maaksel, syn hoekige of kantige figuur, en syne seer fraaye tekening, die ruitgewys, of als een Wafel en netsgewys bykans is. Deese Eyerken syn van couleur heel wit, en sy bestaan uyt twee kenbaare en distincte bekleetselen: waar van het buytenste een waaragtige schaal is, geheel over een komende met de schaal van de Eyeren der Hoenderen, want sy wort meede soo ligt van een gebroken als deselve. Waar door dat men heel bekwaamelyk deese buitenste korst van het binnenste vliesige bekleetsel kan afneemen; waar in dat eygentlyk het sekreet Wurmken beslooten is. Voorts alsoo deese Eyeren vogtig uytgeleyt worden, en tegens de muuren in de sekreeten, als ook wel tegens de verlate buytkens der Popkens aangeset worden, soo is 't, als sy door de omswevende lugt opdroogen, dat se seer ligtelyk aan malkanderen komen vast te kleeven. Waar uyt het meenigmaal gebeurt, als men het eene Ey van het andere afscheyt, dat een van beyde de aan een gekleefde syden van de uysterlyke schaal aan de andere vast blyft hangen; waar door dan de hoekige gestalte van het eene Ey, als met een uytsteekende rand vermeerderd wort. En op die wys heb ik ook het genoemde Ey afgemaakt; alsoo het anders niet weesen kon.

Fig. II.

In de figuur wort nu voor aan in het Ey ver-
toont het inwendig bekleedende dunne Vlies van het
Zz zz zz z

Jels

fit, ostenditur. Perfregit eam Vermis Stercorarius, cum inde prodiret; ita ut conspici etiam queat, quomodo crusta externa, frustillatim, & fissa, ab interiore illa abscesserit. Admiratione profecto dignum est, Ovula isthaec tam dura materie, calcem quasi referente, obtegi: quod tamen eum fortasse in finem Natura sic ordinavit, ut, quae latrinis continetur, acris atque putrida materies tenellum molliculumque Vermiculum, intus in Ovo conclusum, nulla noxa aut injuria multare possit. Hinc experiundo etiam edoctus sum, quod falsa urinae acrimonia nec quicquam mali hisce Ovis inferat. Haud interim in latrinis solummodo Ova isthaec reperiuntur; imo vero & multis aliis in locis, in quibus fructus, herbae, aliaeve ejusmodi res succulentae, putredinem contraxerunt. Nunquam tamen ea elegantius conspici licet, quam ope Anatomes, in matris Oviductibus: quae via est sane in universum tutissima ad Ova Insectorum investiganda, atque ita examinanda; ut solidi quidpiam de iis in medium proferri queat. At casui fortuito magis, quam praemeditato consilio adscribendum est, si quis examussum in illud tempus incidat, quo Ova in Ovario perfecta sunt.

Totam capsulam adservo Ovis Insectorum plenam adeo singularibus; ut omnino digna forent, de quibus speciatim ageretur: quandoquidem figuris picturisque summopere inter se discrepant. Alia enim oblonga sunt; alia ovata; nonnulla penitus rotunda; alia iterum angulata; quaedam pyramidalia; quaedam femini Cardui benedicti similia; alia iterum aliis modis miris figurata. Praeterea coloribus etiam differunt: dantur enim alba, flava, rubra, caerulea, viridia, quin etiam variis coloribus inter se mistis gaudentia; ut hinc & isthaec discrepantia vix plene describi queat. Porro alia mollia sunt; alia dura; nonnulla membranacea; dum alia rursus vel pergamenae simili, vel testacea, crusta investuntur. Accedit, quod nonnulla intra spumam recondantur; alia pilis obtegantur; quaedam, formâ annuli spiralis, arborum ramis in ambitu adglutinentur; alia disperse & solute exponantur; nonnulla in apices suos erecta juxta se mutuoflent; alia iterum parallelo ad horizontem situ gaudeant; aliqua intus in carnibus & fructibus recondantur; dum alia contra hisce rebus tantummodo, laxe extrinsecus imponuntur, & prope se mutuo super plantas, arbores, ac folia collocantur.

Fig. III.

Tab.
XXXVIII,

Latrinarum Muscae Vermiculum, ope micro-

selve, 't geen door de sekreet Wurm, die het verlaten heeft, is opengebrooken: soo dat men ook ziet, hoe de uytwendige korst, daar brokkelig en gescheurt van afgeweeken is. 't Is in der waarheid verwonderlyk, dat de beschreeve Eyerken met soo een kalkagtige harde substantie omvangen worden: het welk mogelyk soo van de Natuur beschikt is, op dat de scherpe en verrottende stoffe in de sekreeten het inwendig besloote teere ende weekke Wurmen geen schade of ongemak sou toebrenge. Waar om ik ook door ervarentheid bewinde, dat de siltigtige scherpigheid van de pis daar gansch geen kwaat aan doet. Deese Eyerken bewind ik behalven in de sekreeten nog op veele andere plaatsen, alwaar eenige vrugten kruyden en andere substantieuze stoffen aan het vergaan syn geraakt. Maar het alderbekwaamste kan men se door de ontleding in de Eierleiders van den Eierstok sien: het welk ook de sekerste weg is, om de Eyeren der Insecten op te speuren, en daar iets grondighs van te seggen: dan het is meer toevallig als voorbedagt, dat men de tyt trest, dat sy haare volmaking in den Eierstok hebben.

Ik bewaar een gansche doos met de Eyeren van Insecten, die soo raar syn, dat se wel een bysondere verhandeling verdienen, alsoo haare figuren ende tekemingen seer verscheyden syn. Want eenige syn langwerpig, andere ovaal, sommige heel rond, andere weer hoekig, eenige syn pyramidaal, andere als het distel saad, en met andere raare figuren meer begaast. Soo verschillen ook haare couleuren, die uyt wit, geel, root, blaauw, en groen bestaande, en ook gemengelde couleuren hebbende, een onnoemelyk onderscheyt vertoonen. Voorts syn eenige week, andere hart, en sommige vliesig, wordende andere weer of met een pergaments gewyfe of schaalagtige korst bekleet. Waar by komt, dat eenige in schuyn worden opgeslooten, andere met hayr bekleet, sommige worden als een ronde spirale ring om de takken der Boomen gelymt, andere syn verspreyt en los uyt geleyt, eenige staan by malkanderen op haare eynden, anderen weer leggen vlak, en sommigen siet men, dat binnen in het vlesch en de vrugten beslooten worden; daar andere ter contrarie maar los op deselve worden geplaatst, en naast een op de Planten, de bomen en bladeren uytgeleyt.

Fig. III.

Hier wort nu het Wurmen van de sekreet Vlieg,

erofcopii auctum, heic fisto. Possunt in eo annulares illae divisiones clarissime conspici, quarum priores Vermiculi Caput, proxime subsequentes Thoracem, postremaeque tandem Abdomen & Caudam constituunt. Totius corporis circumferentia totidem veluti fasciculis plumatilibus, prominulis, exornata cernitur. Interim conspurcat haecce ornamenta Animalculum, quando per merdam reptat, hacque non invidendi loco pabuli utitur. Hinc prius nitide ablui id debet, antequam conspicio objiciatur. Neque noxae quidpiam ab ejusmodi contrectatione ipsi timendum est; quum satis firma sit & vivax admodum ejus constitutio. Accedit etiam, quod Vermiculus hic ad eorum pertineat speciem, qui cute dura vestiti sunt; ut ideo putrescentis materiei acrimonia ei nequaquam noceat. Imo haec etiam ratio est, ob quam is formam suam non amittit, cum semet in Nympham contrahit.

in het groot onder een vermeerglas afgebeeld; alwaar men de ringwyse Intersectien op het selve seer klaar komt te sien; waar van de voorste ringen dit Wurmken in het Hooft; de naast daar aan volgende, in de Borst; en de laatste in de Buik en Staart verdeelen. In den omtrek van het gansche lichaam siet men, dat het als met soo veel uytstekende pluymkens is verciert geworden; maar welke cieragien het bevuyt, wanneer het door de drek kruypt, en die tot syn ellendig voetsel komt te gebruyken. Waaron het eerstelyk wel schoon dient afgewassen te worden, eer men het met een vergrootglas besiet. En dit handelen kan het ook ligt verdraagen, alsoo het sterk en vast van leeven is. Waar by men ook moet aanmerken, dat het Wurmken van die soort is, dat met een harde taye huyt is omvangen; soo dat hem de scherpte van de verdervende stoffe niet en schaadt: en waar door by ook syn gedaante niet en verliest, als by sig tot een Pop in een trekt.

Tab.
XXXVIII.

Fig. IV.

Quocirca probe heic animadvertendum est, quod Vermiculi hi, cum Vermiformis Nymphae habitum induunt, solummodo inmoti recubent, tumque mox rostrum suum intra caput retrahendo, omnes sic incisiones annulares quodammodo abbrevient: prout in quarta hac Icone videre licet; qua simul patet, discrepantiam inter Vermiculum Icone tertia exhibitum Nymphamque Vermiformem, quam hoc loco repraesento, perexiguam esse. Scilicet Nympha nullo profus motu gaudet; quo tamen Vermiculus contra pollet validissimo. Quod autem os in Nympha introrsum retractum sit, vix aliquid facit discriminis; quia id ipsum quoque saepiuscule in Verme fieri observatur. Verum tamen specialiter heic accurate notandum est, quod omnes Quarti nostri Ordinis Vermiculi nequaquam juxta eundem hunc, quem in hoc specimine proponimus & monstramus, modum mutantur, neque etiam adeo clare semper pristinos Vermiculi artus in suis Nymphis exhibeant: cujus quidem diversitatis haec sola videtur esse ratio, quod Vermium huc pertinentium quidam molliore sint vestiti cuticula, semet extrinsecus ad intus latentis Nymphae figuram accommodante: quemadmodum paullo post, Fig. IX & X, binis peculiaribus & evidentibus exemplis, quae normam dabunt, reliquis omnibus adplicandam, demonstrabo.

Id solum adhuc in Nympha, cujus heic Iconem

Fig. IV.

Waaron alhier wel aan te merken is, dat wanneer deese Wurmken de gedaante van een Wormswyse Pop aanneemen, dat sy alleen maar stil blijven leggen, en dan voorts de Bek binnen in het Hooft trekken, en alle de ringwyse verdeelingen alsoo eenigfins verkorten: gelyk in deese vierde afbeelding te sien is. Alwaar men het onderscheyt tusschen het Wurmken, in de derde figuur vertoont, en de Wormswyse Pop, die ik nu vertoone, van heel weynig onderscheyt siet te weesen. Behalven dat deese Pop geen beweeging heeft, die men ter contrarie seer sterk in de Wurm siet. En hoewel de Bek ingetrokken is in het Popken, soo ondervint men dat selve ook dikmaals in de Wurm te geschieden. Maar alhier is nu in het particulier wel aan te merken, dat alle de Wurmken van deese Vierde Order, op deese voorgestelde en vertoonde wyse niet en veranderen, nog ook soo klaar de vorige leedematen van het Wurmken in haare Poppen vertoon: waar van alleen de reeden schynt te sijn, om dat se met een weker huyt syn begaafd geworden, die haar naa de figuur van het inwendige Popken dan ook uytwendig komt te schikken. Waar van ik terstont in de negende en tiende figuur twee bysondere en klare voorbeelden sal geeven: als een regel voor alle de andere.

Alleen moet men in het tegenswoordig Popken

Zz zz zz z z

aan

nem sistimus, observari meretur, quod paululum versus anteriora, circa Caput, eam non-nihil candidiorem & lucidiorem depinxerim; quandoquidem intus recondita Nympha, vi insensibilis suorum humorum perspirationis, ibi loci semet sensim magis contrahit, breviorque facta hanc regionem sic vacuum relinquit: unde revera etiam albidior & luminosior est ista pars; quia lucis radii per eam transeunt. Praeprimis autem circa Caudam id videre licet; utpote quae penitus cava & inanis redditur: quod ipsum in simili Nympha Muscae Afili, cujus historia proxime subsequetur, quoque adnotavi. Hinc etiam est, quod, si quis modo memoratas nostrae Nymphae partes cavas atque inanitas forficula dextre rescindat, Nympha tamen nequaquam faucietur. Quin simul tunc animadvertitur, Nymphae caput in anteriore cutis Vermiculi regione esse locatum, ejusque oculos, qui mox in principio mutationis lactei coloris erant, jam in purpureo-rubros abivisse. Interim experimentum isthoc non nisi in Nympha, quae aliquot ante diebus jam mutata fuit, institui debet: alias enim certò ea laederetur. Circa huncce Vermiculum aequae, ac circa reliquos omnes ad Ordinem Quartum pertinentes, id obtinet, quod pars Thoracem constituens semper maneat eadem: similiratione, ac in Vermiculis & Erucis caeterorum Ordinum vel ipsa etiam Crura Thoraci adhaerentia nunquam in alium locum transferuntur: quod sane potissimum in Secundo Ordine conspicuum est, in quo insignis valde Animalculorum datur numerus, quorum Thorax, & hujus praesertim Crura, nullam penitus, ne minimam quidem, patiuntur mutationem; id est, sub cutis suae mutatione nec longiora, nec breviora evadunt.

Fig. V.

Tab.

XXXVIII.

Heic nunc interiorem, reconditam, Nympham repraesento, quam ex Nymphae Vermiformis pelle extima, indurata, non deposita, excissam, magnitudine naturalem paululum superante delineavi.

Fig. VI & VII.

Eam ipsam Nympham, microscopii interventu, quantum par erat, auctam binae hae Icones exhibent. Videre heic est, quomodo ea in Caput, Thoracem & Ventrem secta ac divisâ sit: quod quidem specialissime nunc in schemate hujus Nymphae, quod Figura septima sistit, indicabo.

Fig. VII.

aa Oculi in capite siti, retis instar fabrefacti;

aanmerken, dat het een weynig naa vooren by syn Hooft, wat witter ende helderder van my is afgebeeld, door reeden, dat de inwendige verborge Pop, door de ongevoelige uyt-damping van syne vogtigbeeden, sig daar ter plaats allengskens korter in een trekt, en die plaats aldaar leedig laat: soo dat se ook in der daat witter ende helderder is, om dat het licht daar door passeert. Maar bysonderlyk is dat omtrent de Staart te sien, die heel hol en leeg wort: gelyk ik ook aangemerkt hebbe, in een diergelyke Pop van de Vlieg Afylus, wiens verhandeling hier op volgen sal. Hierom siet men ook, als men deese holle leege deelen van de tegenswoordige Pop met een schaarken bebendig afknypt, dat men de Pop dan geensins niet en kwetst; en men siet te gelyk, dat het Hooft van de Pop voor aan in het vel van de Wurm geplaatst is; wiens Oogen, die eeven in het begin der verandering melk wit waren, men als dan siet, dat in purperroot vergroeyt syn. Dan dit experiment moet men niet, als naa eenige daagen, dat dit Popken verandert is geweest, in het werk stellen, alsoo men het anders sekerlyk sou kwetsen. Omtrent nu dit Wurmken, gelyk ook in alle de andere Wurmen van deese Order, heeft het plaats, dat het deel van de Borst altyt het selve blyft; gelykerwys in de Wurmken en Rupsen van de vordere orderen, ook de beenen aan de Borst noit verplaatst worden; als bysonderlyk in de Tweede Order te sien is; in welke de Borst en de Voeten, voornamelyk in een seer groot getal van Dierkens, zelfs in het alderminsten niet verandert worden; dat is, dat se in haar vervelling nog langer nog korter worden.

Fig. V.

Hier wort nu de inwendige verborge Pop getoont, die uyt de uysterlyke verharde en onafgeleyde huyl van de Wormswyse Pop is gesneeden, en een weynig meer als leevens grootte afgebeeld.

Fig. VI. en VII.

Deese selve Pop wort heel in het groot ver-toont: waar in men sien kan, hoe het in Hooft, Borst ende Buyl gesneeden ende verdeelt is: gelyk ik dat in de schets van dit Popken heel particulierlyk in de sevende figuur nu sal aanwysen.

aa De Oogen in het Hooft, die nets gewys van maak-

Tab.
XXXVIII.
Fig. VII.

eti; inter quos, infra, Thoracem versus, sita cernitur Proboscis.

b Duo Cornicula five Antennae, quae in superiore Capitis regione collocatae sunt.

cc Crura Thoracis complicata, utrinque ternata.

dd Convolutae & complicatae Alae, inter quas Crurum extremitates compositae sunt.

e Annulares Abdominis divisiones, nec non prominentia quaedam tubercula in margine ejusdem conspicua, quae a plumatilibus illis exstantiis, quas ante in Verme & Nympha Vermiformi monstravi, post cutis mutationem relicta fuerunt. Ea tamen deinceps, cum Animalculum in Muscam excrevit, haud amplius conspiciuntur; quandoquidem sub id tempus, & insensibili humorum evaporatione, & pilis ibi loci exsurgentibus, plane abolentur. Taediofo etiam & perdifficili labore opus est ad intimam illam, membranaceam, tenellamque cuticulam, quae, sub exteriori tegumento sita, Nympham hanc proxime investit, inde ita separandam; ut Nymphae membra non laedantur, aut e situ suo dimoveantur.

Fig. VIII.

Nunc Nympham, binis suis pelliculis simul depositis, in Muscam mutatam, aucta magnitudine repraesento. Animadvertendum quidem heic est, quod ea, cum investientem suam cutem exiit, hanc minime in unum convolvat aut concripsit: prout circa Crabrones & Apes observatur: imò vero perfringit illam solummodo anterieus, prope Caput, tuncque taliter constitutam relinquit; ut facile crederes, Vermem aut saltem Nympham Vermiformem etiamnum integram ibi a te videri. Musca autem isthaec, quae jam e vilis Vermis Stercorarii habitu ad nobilem facultatem semet in aëra coelosque elevandi, & per miseras ad vitam illustriorem ac beatiorem, evasit, in Caput, Thoracem & Ventrem satis manifeste dividitur.

Fig. VIII.

aa. In Capite bini cernuntur Oculi, qui elegantis instar reticuli fabricati sunt, & colore purpurascente gaudentes, duabus admodum concinnis, argenteique candoris, zonis interfinguntur, qua parte proxime ad se mutuo accedunt.

b Anterieus, prope Oculos, duo sunt Cornicula, in Capitis antica regione, duas inter Oculorum Zonas collocata.

cc Alae quoque binae membranaceae, in Thorace ad Scapulas adfixae, heic conspiciuntur.

dddd Sex

maaksel syn, waar tusschen dat men beneeden naa de Borst de Snuit geplaatst siet.

b De twee Hoornkens, die boven in het Hoofd geplaatst syn.

cc De samen gevleyde beenen in de Borst, die aan weersyden drie syn.

dd De samengevouwe en geplooyde Vleugelen, waar tusschen de uyteinden der Beenen geplaatst syn.

e De ringwyse verdeelingen van de Buyk, als meede eenige uytstekende knopkens, die aan de randen der selve te sien syn: en die vervelt syn uyt de pluymige uytsteekselen, die ik in de Wurm ende Wormswyze Pop vertoont heb. Dan deese deelkens siet men naderhant in dit Dierken niet meer, als het tot een Vlieg vergroeyt is geworden: alsoo sy door het ongevoelig uyt dampen der vogtigheeden, als meede door de over eynd ryfende hayrkens, aldaar te eenemaal vernietigt worden. En ook is het ten uystersten moeyelyk, om het binnenste en vliesige teere buyken, dat dit Popken nog bekleet; daar van af te scheyden, sonder syne leedemaaten te schenden, of uyt haar situatie te verbuigen.

Fig. VIII.

Nu wort de Pop, tot een Vlieg vervelt synde, en syne twee buykens te gelyk afgeleyt hebbende, in het groot vertoont. Hier omtrent is aan te merken, dat by syne bekleedende buyt niet in een wint, en te samen fronselt, als by vervelt, gelyk omtrent de Horsels en Byen geobserveert wort: maar by breekt die alleen open, voor aan by het Hoofd, en by laat die in sodanigen manier leggen, dat men sig ligt sou inbeelden, de Wurm, of ten minsten de Wormswyze Pop daar nog in haar geheel te sien. Deese Vlieg, die nu van een Drekwurm tot de beereylyke kwaliteyten van de heemelen ende de lucht te kunnen beklommen, en door ellende tot heyl en zeegen gevordert is; die wort in Hooft, Borst ende Buyk, seer kennelyk gesneden.

aa In het Hooft sien wy de twee Oogen, die als een cierlyk netteken van maaksel syn; haar couleur is purperagtig; en daar sy tegens malkander staan, worden sy door twee fraaye en silverwitte randen onderscheyden.

b Voor aan by de Oogen siet men twee Hoornkens, die voor aan in het Hooft, tusschen de twee randen der Oogen, in geplaatst syn.

cc De Vleugelen syn twee, en vliesig van maaksel, dewelke in de Borst aan de Schouderbladen vast gehegt syn.

A a a a a a *dddd* De

Tab.
XXXVIII.
Fig. VIII.

dddd Sex Crura, pilis hispida, Thoracis ima cum parte articulata, singula in quatuor divisa articulos, quorum is, qui Pedem constituit, seorsim rursus sua in genicula subdividitur. Cernitur etiam distinctissime, horum sex Crurum quodlibet extremitate sua duos gerere unguiculos, quos inter speciatim adhuc nonnulli pili germinant.

e Annuli & picturae, quibus Abdomen distinguitur, Pilis fetaceis horrentes, heic singulatim conspiciuntur. Quin totum Corpus hirsutum est, & colore praeditum ex subgriseo nigricante, nulla caeterum peculiaria picturae ornamenta ostendit; quamvis in aliis pluribus Muscis artificiosissima colorum mistio, & valde concinna digestio, observetur: ut ideo Musca, de qua nunc agimus, nonnisi inter vulgares species referenda sit.

Fig. IX.

Fig. IX. Ut vero perfectam Quarti nostri Ordinis Mutationum notionem tandem exhibeam; heic nunc duas insuper peculiare Nymphas, ad eundem hunc Ordinem, sed Modum ejus Secundum, pertinentes, breviter subjungam: in quibus equidem id adparebit discriminis, quod eae quam longissime a pristina Vermium suorum figura deflectant; quamvis altera tamen magis, altera minus: cujus diversitatis rationem simul reddere conabor.

A.

A Vermis, quem heic depictum sisto, is ipse est, qui a Goedartio in Part. I. Obs. 2. describitur & icone exprimitur: ita tamen, ut Crurum atque Corniculorum ejus, quae Goedartius minus animadvertit, nulla ibi vestigia occurrant. Crura isthaec in vivo Verme quidem haud numeravi: at siccatum Vermem, hujusque Nympham, examinanti patet, septena utrinque ipsi data esse, haecque nonnullis etiam unguiculis armari. Verum perbrevia sunt haec Crura, &, nisi a Verme protendantur, oculorum fere aciem eludunt. D. Goedartius quoque in Belgico suo Opere, cujus ipse curam habuit, dicta Crura nequaquam inficiatur; sed in versione Latina demum ea abnegantur: ut hinc innotescat, quod Interpretes isti, qui etiam Notas suas Observatis Goedartianis adjecerunt, haud uno errore libros hosce commaculaverint. Dolendum praeterea est, industrium hunc Virum vel Belgicas etiam suas Observationes ab alio conscribendas curavisse: quo factum est, ut, qui ab ipso ad hanc rem peragendam adhibebantur, homines proprias suas opiniones

dddd De ses ruyghayrige Beenen siet men onder aan de Borst gearticuleert te syn, en ieder in vier geledingen verdeelt te worden, waar van de voet nog particulier in syne articulatiën gesubdivideert word. En men siet ook heel distinct, dat alle deese ses Beenen op haare eynden met twee nagelkens of klaauwken voorsien syn, tussen welken nog bysonderlyk eenige hayrkens uyt spruyten.

e De ringen en tekeningen van de Buyk vertoonen haar bysonderlyk met haar borstelige hayrkens beset te syn: gelyk ook het gansche lichaam ruyghayrig is; en van een grysagtige swarte couleur, sonder andere bysonderheeden van verwen; die men in veele Vliegen seer kunstig gemengelt, en ordentelyk geplaatst siet: soo dat dit maar een gemeene Vlieg is.

Fig. IX.

Op dat ik nu van dese Vierde Order der veranderingen een volkomen voorbeeld sou geeven, soo sal ik daar nog kortelyk twee particuliere Poppen uyt deselve Order, maar op de tweede wyse, byvoegen; waar in men dit onderscheyt sien sal, dat haare Wormswyse Poppen, op verre naa de vorige gedaante van haare Wurmen niet behouden, hoewel de eene meerder als de andere: waar van ik met een de reeden sal tragten te geeven.

A.

Deese Wurm, die ik hier vertoon, is deselve, die Goedaert, in syn 2 Obs. van syn eerste deel, heeft beschreeven ende afgebeeld, maar sonder syne voeten en Hoornen die by over het Hooft gesien heeft. Deese Voeten heb ik in de levende Wurm niet getelt, maar uyt de gedroogde Wurm, en ook uyt syn Popken soo blykt my, dat by daar aan weersyden seeven heeft, die ook met eenige nagelkens syn voorsien: dan deese Voeten syn seer kort, en als by die niet uytsteekt, soo syn sy haast onsigbaar. De Heer Goedaert lochent ook in syn Nederduytsche werk, dat by selfs oversien heeft, deese Voeten niet; maar in syn Latynsche oversetting wort dat ontkent. Soo dat deese personen, die ook over syne werken de nooten hebben gemaakt, verscheyde dwalingen in het werk selfs hebben ingevoert. En ook is het te beklagen, dat deese neerstige Heer selfs syne Nederduytsche observatiën van anderen heeft laten instellen; waar door de personen, die by daar toe gebruykt heeft, verscheyde van hare eyge gedachten daar ingevoegt hebben. Dan het sy hoe het wil,

sparsim *Goedartianis* intermiscuerint. Verum utcunque haec sese habeant, id certissimum est, quod Belgicum ejus opus Latino longe sit correctius & praestantius.

Duae Antennae, quibus Vermis iste antierius, circa Caput, instructus est, & longa ejus Cauda, quae ab ipso nonnunquam elegantes in flexus contorquetur, singulari eum modo exornant. Corpus ejus in annulos quosdam dividitur, qui aliquando elatiores, aliquando iterum planiores & depressiores adparent. Colore hic Vermis gaudet ex cinereo griseo, nonnihil ad helvum vergente. Nascitur autem minime ex putredine; uti *Goedartius* vel potius ejus Commentatores perhibent: at ex Ovo provenit, quod a Musca, in quam is demum mutatur, in latrinis deponitur. Saepiuscule etiam in pratis, & pone rulticorum horrea, in liquidiore Vaccarum fimo eos inveni numerosissimos, & mire inter sese discursantes. Lenta hi Vermes incrementa sumunt; ut ideo sub finem demum Augusti mutationem subeant. Interanea eorum nonnisi ruditer examinavi, atque prae reliquis omnibus Vasa Pulmonalia notatu dignissima inveni.

B.

Quando igitur Vermes isti habitum Nymphae Vermiformis adsumpturi sunt; quod Icone nona lit. B repraesentato; tunc, stercore derelicto, sicca quaedam in loca sese efferunt, ibique artus suos in se mutuo corrugant. Imo ad ruricularum domicilia nonnunquam vidi, Vermes hos duplicatâ viri longitudine de solo in altum ascendisse, suamque ibi mutationem absolvisse. Haec autem tali modo peragitur. Primo Vermiculi Cauda corrugatur, & arefciendo sensim contrahitur, aliquando sese simul concrispans, aliquando non: quin contingit etiam, ut siccescendo ea complanetur; prout induratio ejus major minorve est, aut celerius tardiusve perficitur. Corrugatur deinde & reliquum corpus, paulatimque in se ipsum cogitur; ut annuli ejus veluti in se mutuo compingantur. Quoniam enim cutis hujus Vermis mollicula est; ideo extrinsecus ea in omnes illas fingitur figuras, quas interior Nympha, intra cutem succrescens, induit: quae quidem vera ratio est, ob quam haec Nympha Vermiformis a Vermis sui habitu nonnihil deflectit; quamvis haud adeo insigniter: semper enim & Caudam, & veterem cutem, & Crura, in ea adhuc observare licet; praecipue vero Antennas, quae vel multo etiam longius in hacce Nympha Vermiformi e Capite

ex-

wil, dit staat egter vast, dat syn Nederduitse werk het beste ende correctste is.

De twee Hoornen, die deese Wurm voor aan by syn Hooft heeft, die geeven een seer fraay cie-raat, dat ook syn lange Staart doet, die by somtyts in cierelyke bogten weet te buygen. Syn lichaam wort in eenige ringen verdeelt, die somtyts haar verhevender, en somtyts weer gladder ende effender haar vertoonen: de couleur deeser Wurm is asgraauw, een weynig naa het vaalen trekkende. Hy neemt syn oorspronk niet uyt verrotting, als Goedaert, of liever syne Aantekenaars voorgeeven; maar by komt uyt het Ey voort, dat de Vlieg daar by in vergroeyt, in de secreeten komt te plaatsfen. Dikmaals heb ik haar ook in de weeke mist der Koejen, buyten op het veld en agter de boere-schuuren gevonden, daar sy in een seer groote menigte door malkanderen liepen. Sy groeyen langzaam aan, soo dat se eerst in 't laaft van Augustus komen te veranderen. Haare inwendige leeden heb ik niet als ruwelyk onderfogt, daar van de Longaderen boven alle andere aanmerkelyk syn.

B.

Wanneer dan deese Wurmen de gestalte van een Wormswyse Pop sullen aanneemen, dat ik in de negende figuur by de letter B vertoon; soo verlaaten sy de vuyligbeden, en sy klimmen op eenige drooge plaatsfen, daar sy haare leeden in malkanderen krimpen. En somtyts heb ik aan de boerenhuysen wel gesien, dat se twee mans lengte hoog van de aarde geklommen waaren, en aldaar hare verandering hadden volvoert. Dat op deese wyse toegaat. Eerstelyk krimpt en verdroogt haar Staart allengskens in malkanderen, die dan somtyts in een krult, en somtyts niet, ook word sy wel plat opgedroogt; naa dat deese verharding minder of meerder is, en schieliker of langzamer in syn werk gaat. Daar op krimpt ook het vordere lichaam allengskens in malkanderen, wordende de ringen des lichaams als op een geschooven. Want alsoo de huyt weekagtig is, soo volgt sy uytwendig alle de figuren, die het inwendig Popken, dat daar in vergroeyt, komt aan te neemen. 't Geen dan de waare reeden is, waarom deese Wormswyse Pop, van de gedaante des Wurms wat komt af te wyken, boewel niet heel veel. Alsoo men daar altyt de Staart, de oude huyt, en de Voeten in bemerk, en bysonderlyk de Hoornen, die veel verder in deese Wormswyse Pop buyten het Hooft uytwaarts puylen, als sy in de Wurm niet en doen. En ook syn sy styf

Aa. aa aa aa z

ende

extant, quam in ipso ejus Verme: praeterquam quod in Nympha etiam rigidae sint & induratae; cum contra in Verme molles erant atque obsequiosae. Quod si jam dicta cutis dextre aperiat, & ab intrinseco Animalculo abstrahatur; vera demum caudati hujus Vermis Nympha ibi recondita invenitur, quae intus in non deposita cute ejusmodi formam induit, atque in conspicua admodum membra accrevit, Antennas suas in Nymphae Vermiformis Antennis collocatas monstrans.

Tab.
XXXVIII.
Fig. IX. C.

C.

Postquam dein memorata Nympha, sedecim aut septendecim dierum intervallo, in non mutata Vermis sui cute delituit; tunc ea tandem, deponendis exuviis matura, cutem istam ab interioribus extrorsum perumpit, & elegantissimae sub forma Muscae inde in conspectum prodit, una & eadem opera duabus simul pelliculis exuta: prout Quarto isthuc Ordini proprium est. Musca haec in Caput, Thoracem, & Ventrem, pulchre dividitur. Gaudet praeterea duobus Oculis, totidem Corniculis, sex Cruribus, binis Alis, & corpore hirsuto. Super Dorso & Cauda ejus regulares quaedam conspiciuntur maculae nigrae, quae cutem ibi flavam & rubescentem concinne distinguunt: uti Icone IX sub lit. C est videre.

Hanc Muscam aliqui ad Apum familiam referendam esse crediderunt: quemadmodum in *Augerii Clutii* libello de Apibus patet; in quo Auctor imperitos etiam, ut sibi ab hoc errore caveant, praemonet. Interim, nulla istius moniti habita ratione, *D. Joh. de Mey* tamen in Notis suis in *Goedartium* existimat, veram eam Apem esse, ejusque ideo historiam ad stuporem usque exaggerat: quamvis sane id agendo manifestissime prodat, se aequae indolis Apum, ac istarum Muscarum, penitus imperitum esse. Scilicet eousque procedit corruptae naturae nostrae ventosa temeritas, ut de iis etiam rebus judicium ferre adtentet, quarum nulla cognitione imbuta est; quo saltem eruditionis & sapientiae laudem aucupetur.

Fig. X.

Fig. X. Porro decima hac Icone Vermiculum exprimo, qui ejusmodi Chrysalidem, qualem Tabula XXXVII. N^o. V depinxi, perforavit, atque inde foras prorepit; ut aptum perficiendae suae mutationi locum sibi quaereret.

D.

D. Vermiculus iste in multas distinctus est sectiones annulares. Colore gaudet albo; cute

moll

ende verhart in deese Pop, daar sy in tegendeel in de Wurm week ende fast waaren. Als men nu deese buyt handig opent, en van het inwendige Dierken aftrekt, soo bevint men daar de waaragtige Pop van deese Staart-Wurm in opgeslooten, dat binnen in syn onvervelde buyt, deese gestalte heeft aangenoomen, en aldaar in seer kennelyke leedemaaten vergroeyt is, en welkers Hoornen geplaatst syn in de Hoornen van de Wormswyse Pop.

C.

Naa dat deese Pop nu sestiën a seventien dagen in de onveranderde buyt van syn Wurm geleegeen heeft: soo wort de buyt eindelyk van binnen naa buyten, door het inwendig vervellende Popken open gebrooken, en daar komt een seer fraaye Vlieg uyt te voorschyn, die twee buytkens te gelyk heeft afgelegd, gelyk dat in deese Vierde Order particulier is. Deese Vlieg is in Hooft, Borst ende Buyk cierlyk gesneeden. Hy heeft twee Oogen, twee Hoornkens, ses Beenen, twee Vleugelen, en een ruygh lichaam, met dan eenige reguliere swarte vlakskens op syn Rug of Staart, die aldaar op de geele en te gelyk rootagtige gront van de buyt geplaatst syn. Als by de letter C in de negende afbeelding te sien is.

Deese Vlieg hebben eenige geoordeelt een Bye te syn, als by *Augerius Clutius* in syn boesken van de Byen te sien is; alwaar by ook de onervaarne daar voor waarschoot, maar dit niet tegenstaande, soo oordeelt egter de Heer *Joh. de Mey*, in syn notulen over *Goedaert*, dat dit een waaragtige Bye is, waar van by de historie tot een groote verwondering toe verheft: maar waar in by klaarelyk betoont, dat by de Natuur der Byen, soo wel als van deese Vliegen, niet verstaan heeft. Maar soo verwaant is onse verdurve Natuur, dat se altyt wil oordeelen van de dingen, daar sy geen kennis van heeft, om voor wys en verstandig aangefien te worden.

Fig. X.

Voorts vertoon ik in deese tiende figuur het Wurmken, 't geen een diergelyk Gulde Popken, als ik in de XXXVII. plaat by N^o. V heb afgebeeld, heeft doorboort, en het geen daar buyten gekroopen synde, een plaats tot syn verandering soekt.

D.

Dit Wurmken is in verscheyde ringwyse inkervingen verdeelt. Syn couleur is wit, syn buyt week

molli ac tenella. Promovet is sese alterna annulorum suorum distractione & contractione, motumque tamdiu continuat; donec, omni prorsus movendi facultate amissa, quietissimus alicubi decumbat.

E.

Sub id tempus animadvertitur, quod Vermis istius Caput & Cauda quasi intra corpus retrahantur: dum interim haftenus nulla veteris cutis mutatio fit; sed Vermiculus saltem superficialiam adipiscitur Ovi formam, in quo, post breve tempus elapsum, varii colores sese manifestant. Primo namque corrugatum istud corpus albicat; dein flavescit; tum rubescit; postea purpurascit; tandemque in igneum quasi rutilantis & purpurei Succini splendorem abit; donec ultimo saturate fuscum acquirat & fervet colorem, sicque sine ulteriore mutatione per aliquot dies conquiescat.

Quodsi jam Vermis iste hoc tempore aperitur, suae cute spoliatur; vera itidem & perfecta in eo Nympha deprehenditur, quae omnes futurae Muscae artus nitidissime conspicuos exhibet. Unde & haec legitima est Nympha Vermiformis; sed quae priora Vermis sui membra paullo obscurius & complicatius praesentat: id, quod inde tantummodo ortum ducit, quia Vermis istius cutis omnino mollis & tenera est; ut hinc ad internae verae Nymphae figuram & superficiem sese accommodet, atque complicit.

Hoc rite intellecto, deinceps haud difficile est comprehendere, quam ob rationem nonnullae harumce Nympharum magis, aliae iterum minus, priorem Vermium suorum figuram prae se ferant; quandoquidem omnis haec discrepantia nonnisi a dura tenacitate, aut molli teneritudine externae cutis, Vermem investientis, pendet. Scilicet, quibus Vermibus ficior data est & magis indurata cutis; cujusmodi sunt & Muscae vulgaris stercorariae, & Muscae Afili Vermes; ii hac de causa pristinam suam speciem retinere necessario coguntur: cum contra illis inde deflectere liceat, qui tenera & molli cute gaudent: quod profecto ex dato in Icone decima, sub lit. E, exemplo evidentissime liquet.

Quae cum ita sint, luce meridiana clarius jam innotescit, quantopere illi sunt decepti, qui haec membrorum mutationes verum Ovum adpellarunt: prout apud Moussetum, Goedartium, hujusque Commentatores, & plures alios, est videre. Neque tamen id heic eo sine a me in medium

week en teer, en het gaat voort door het uytsetten en inkrimpen van syn ringwyse verdeelingen; dat het soo lang continueert, tot het ganschelyk blyft stil leggen, en alle syn beweging t'enemaal verliest.

-E.

Op welken tyt men siet, dat het Hooft en de Staart als binnen in het lichaam ingetrokken worden, sonder dat het egter komt te vervellen, en syn oude huyl af te leggen; maar het verkrygt de superficiele gedaante van een Ey, waar op men, binnen een seer korten tyt, verscheyde couleuren haar siet openbaaren. Als eersielyk is dit te samen gekrompen lichaam wit, daar naa wort het geelagtig, voorts rootagtig, daar op purper couleurig, en eyndelyk als een gloeyent root en purper Barnsteen, tot het ten laafsten een donkere bruyn rode verruw behout, en op die manier eenige daagen leggen blyft.

Als men nu dese Wurm op die tyt opent, en syn vel daar van aftrekt, soo bevind men daar van gelyken een waaragtige ende volkomen Pop in; die alle de leeden van een toekomstende Vlieg nettelik vertoont. Soo dat dit meede een opregte Wormswyse Pop is, maar die wat donkerder en obscuurder de voorige leeden van syn Wurm vertoont. Het geen syn oorspronk alleen neemt, om dat de huyl van deese Wurm heel week ende teer is, dewelke dan naa de inwendige gedaante en figuur van het waare Popken sig daarom schikt en te samen plooit.

Dit wel begreepen synde, soo valt het licht om te verstaan, waarom eenige deeser Popkens meerder, en andere weer minder, de voorige gedaante van haare Wurmen vertoonien: alsoo dat niet en hangt, als aande harde tayheid, of de weeke teerheid van haar bekleedende uysterlyke huyl. Want de Wurmen, die een droger en verharder huyl hebben, als de gemeene secreet Vlieg, en de Wurm van de Vlieg Afilus gemeen is, die syn daar door nootsakelyk gedwongen, om haare voorige gedaante te behouden: dat sy ter contrarie niet gehouden syn, wanneer sy een teere ende weeke huyl hebben, als in dit voorbeelt van de tiende figuur, by de letter E onweerspreekelyk blykt.

Waar uyt men dan tastelyk sien kan, hoe seer sy bedroogen syn, die deese vergroeyingen van leedematen een waaragtig Ey genoemt hebben, gelyk men dat by Moussetus, Goedart, en by syno Aantekenaars, en veele andere Authouren meer sien kan. Dat ik alleen aanwyse, niet om deese Schry-

dium proferri quis existimet, ut vel Auctores memoratos refutem, aut ex ipsorum erroribus mihi gloriolam comparem: imo vero hoc unicum intendo, ut veritas promulgetur, & quis hanc potiri desiderat, ad Naturae ipsius investigationem excitetur; utpote quae temporis puncto plura docere nos potest, quam omnes libri atque scriptae historiae spatio aliquot millenorum annorum. At vero necessum etiam est, ut solido instructus sit fundamento, omnique praejudicata opinione liber, qui juxta hanc normam aedificare cupit; quandoquidem satis constat, ex observationibus male institutis perniciosissimos pullulasse errores.

Tab.
XXXVIII.
Fig. X. F.

F.

Tandem sub lit. F, in eadem hac Icone decima, Muscam exhibeo, quae ex modo descripta Nympha provenit. Est ea Muscae vulgari similis, ornatu singulari carens, colorem griseum nigro permixtum prae se ferens. Dividitur autem pariter in Caput, Thoracem, & Ventrem. Inter Oculos, qui, in Capite siti, saturate purpureo gaudent colore, duae cernuntur zonae argenteae, inter quas Antennae collocatae sunt. Scapulis ejus adfixae haerent binae Alae, subgriseae, membranaceae. Cum Thoracis parte pronâ sex articulantur Crura hispida & pilosa. Abdomen in aliquot annulos, quos nigrae fasciae interstinguunt, sectum est, & porro hirsutum ac fetaceis pilis obsitum. Musca haec, quo tempore Nymphae habitum exuit, duas pariter pelliculas simul deponit.

Quonam pacto autem isthaec Musca Ovula sua intra Erucae, Tab. XXXVII N°. III depictae, corpus deponat; & quomodo ex his Ovulis dein mox nascentes Vermiculi, una cum ista Eruca, veluti in Chryfallidem mutantur, aut potius in Chryfallide ejus includantur, hancque postremo perterebrent; ea de re postmodum, in Quarti hujus Ordinis progressu, generatim aliquid proferam, spe fretus fore, ut aliquando opportunitate fruar, thema istud specialiter pertractandi, nodumque Gordium, qui heic datur, perdifficilem solvendi.

vers te wederleggen, en om uyt haare dwaalingen myn eer te soeken, maar om de waarheid te bevorderen, en om ieder, die daar toe begeerig is, tot de ondersoeking der Natuur selve te vermaanen; die ons in een oogenblik tyts meer kan leeren, als alle de boeken en beschryvingen in eenige duysenden van jaaren. Maar hy moet ook een goet fundament hebben, en van alle vooroordeel ontleedigt syn, die daar op timmeren wil, alsoo men siet, dat uyt kwalyk genome observatien de alderverderfelykste dwaalingen haar oorspronk hebben getrokken.

F.

Eyndelyk vertoon ik by de letter F in deese selve tiende figuur de Vlieg, die uyt deese Pop vergroeyt is. Die een ordinaire Vlieg gelyk is, sonder eenige bysonderheeden, syn couleur is grys, met swart doormengelt. Hy is in Hoofst, Borst en Buyk gesneden. Tusschen de Oogen op het Hoofst, die van een donker purper syn, siet men twee silver couleurige randen, waar tusschen de Hoornen geplaatst syn. Aan de schouwerbladen syn hem twee grysagtige vliesige Vleugelen vast gehegt: onder aan de Borst siet men de ses ruyge ende hayrige voeten geplaatst. De Onderbuyk is in eenige ringen verdeelt, daar swarte banden door loopen, en voorts is hy ruyg en borstelig hayrig. Als hy syn Pop verlaat, soo leyt hy op die tyt meede twee velen te gelyk af.

Hoe nu deese Vlieg syne Eyeren binnen in de Rups, op de XXXVII. plaat by N°. III. afgebeelt, komt te brengen, dewelke dan voorts tot Wurmen aangegroeyt synde, met hem in syn Gulde Pop veranderen, of liever daar in opgesloten worden: soo dat se selve ten laaststen doorbooren: daar van sal in het vervolg van deese Order iets in het generaal gesegt worden, tot dat ik eens occasie heb, dit particulierlyk te kunnen verhandelen, en deese duystere gordiaanschen knoop te ontbinden.



Historia singularis MUSCAE TABANI sive potius ASILI dictae.

Sonderlinge Historie van de Vlieg TABANUS of beeter ASILUS genoemd.

I N T R O D U C T I O.

Infectum, cujus, sub nomine Muscae Tabani, historiam exponere nunc adgrediar, in omnibus suis partibus adeo mirabile est; ut inter primaria Naturae opera recenferi mereatur: rarissima enim sane atque inaudita sunt, quae in eo detegit industria observatoris. Eru- ditissimus *Moufetus* acerrime in illos invehitur Auctores, qui Muscam hanc cum Asilo confundunt; quandoquidem essentiale inter haec duo Animalcula dari discrimen adferit: quod ego itidem deprehendi. Enimvero, quod laudatus *Moufetus* apposite ex *Aristotele* allegat, Asilus ex latiusculis quibusdam Bestiolis, fluvios occupantibus, nascitur. Quin jure etiam ab Eodem dicitur, Asilos esse Tabanis multo rariores, & nonnisi circa aquas circumvolare; ino & Proboscidis magnitudine Tabanos etiam superare. Quae cum ita sint; Musca, quam nunc descripturus sum, veris Asilus; nequaquam vero Tabanus adpellari debet: nascitur enim ex Bestiola latiuscula, in aquis repertiunda; volitat circa aquas & campos; tandemque Proboscide etiam majore, quam Tabanus; gaudet. Tabani equidem genuinam exhibet figuram *Moufetus*, simulque verum indicat discrimen, quo is a vulgari Musca equina sese distinguit: hujusce enim generis Muscarum plures dantur species, quas inter & Tabanus referendus est. At vero, cum statuit *Moufetus*, Asilum gestare durum Rostrum, ac bene compactum Aculeum, anterius haerentem, sane allucinatur; quum vero haec Tabano propria sint. Similiter etiam procul is aberrat, quando Tabanum ait in extremis partibus Favorum crescere. Verum haud aliter fieri potuit, nisi ut ejusmodi ab hoc Auctore committerentur errores: quum enim experientia fuerit destitutus, omnino coactus erat alios ad scriptores confugere; qui quoniam pariter erraverant, necessum sane fuit, ut, quemadmodum in mari unda undam pellit, error errore cumularetur.

Praeterea velim quoque heic monitum Lectorem, quod Asilus etiam sit, quem sub nomine Tabani in generali mea Insectorum historia descripsi: nec sane scio, qua mihi negligentia hic error obrepserit; quum modo citata *Aristotelis* verba ibi pariter allegem. Hisce igitur praemissis ac praemonitis, breviter heic in principio

I N L E Y D I N G.

De tegenswoordige historie, die ik onder de naam van de Vlieg Tabanus beschryf, is in alle syn deelen soo verwonderlyk, dat se met regt onder de hoofst werken van de Natuur kan gestelt worden, van wegens de seer rare en ongeboorde saken, die daar omtrent ondervonden worden. De doorgeleerde *Moufetus* taxeert de Schryvers heel scherp, dewelke deese Vlieg met de Asilus vermengen, waar in by een wesentlyk onderscheyt segt te syn, gelyk ik ook bevinde. Want gelyk by uyt *Aristoteles* wel bybrengt, soo groeyt de Asilus uit eenige breedagtige Beeskens, de rivieren besettende. En *Moufetus* heeft ook gelyk, daar by segt, dat de Asyli veel seldfamer zyn als de Tabani, en niet als rontom de wateren vliegende: daar by voegende, dat sy ook in grootte van de Snuit de Tabani overtreffen. Dit soo synde, soo is de tegenswoordige Vlieg, die ik beschryf, de ware Asilus, en niet de Tabanus. Want by groeyt uyt een breedagtig beesken, dat men in de wateren vint: by vliegt omtrent de stroomen en velden; en syn Snuit overtreft die van de Tabanus, waar van *Moufetus* de regte figuur geeft, als ook het onderscheyt tusschen die van de gemeene Paarde-Vlieg; waar van dat 'er veel soorten syn; daar de Tabanus onder is. Maar dat nu *Moufetus* meent, dat de Asilus een harden bek heeft, en een wel geslooten Angel, van vooren sittende daar in is by bedroogen; want dat is de ware Tabanus eygen. Soo dwaalt by ook geweldig omtrent de Tabanus, als dat die in de uiterste gedeeltens der Honingraten sou groeyen. Maar dat gissen is hem nootzakelyk, want alsoo de ervarentheid hem ontbrooken heeft, soo is by gedwongen geweest, verscheyde Schryvers aan te trekken, die van gelyken gedwaalt hebbende, soo heeft de eene dooling de andere vermeenigvuldigt, gelyk de een baar van de zee de andere voort stoot.

Voorts sal de Leefser weeten, dat het ook de Asilus is, die ik onder de naam van Tabanus in myn generale historie der Insecten beschreeven heb. Ik weet niet door wat voor onagtsaamheid, alsoo ik daar deselve plaats van *Aristoteles* aantrek. Dit dan voor afgesonden en vermaant synde; so sal ik kortelyk hier in het begin het beesken, daar deese

B b b b b b z

Asilus

Tab.

XXXIX.

Fig. I.

Tab. XLI.

Fig. II. &

III.

Ta. XLII.

Fig. II.

pio Animalculum istud, e quo Afilus noster nascitur, describam. Trigesimae & nonae Tabulae Icon prima id depictum exhibet: Nympha vero ejus Icone secunda & tercia Tabulae XLI. repraesentatur: ipsa tandem Musca, Afilus, Tabulae XLII. Figura secunda exprimitur.

Rarissima sane in tribus istis ejusdem Insecti speciebus videnda offeruntur: cum enim Vernis forma est; in aquis id vivit, per Caudam suam respirat, Pedesque suos, prope Os, intra Rostellum collocatos gerit. Quando autem Nymphae habitum induit; intus in non deposita cute sua hancce perficit mutationem. Tandem ubi postmodum in Muscam accrevit; haud amplius intra aquas vivere potest: ut hinc, quod ante vitam ipsi dederat, elementum nunc mortem interitumque ei inferat.

At vero omnia isthaec extrinsecus saltem circa hoc Insectum observantur, nec nisi levioris sunt momenti; quandoquidem longe insigniora intus delitescunt: inauditae nimirum interaneorum mutationes & translationes, quae circa Cutem, Ventriculum, Intestina, & praesertim circa Medullam Spinalem, non sine immensa admiratione animadvertuntur.

Praeterea etiam singularissimas, quae forte cogitando unquam ab ullo homine concipi aut effingi potuerunt, colorum mutationes, partium indurationes, membrorum amissiones, novasque interaneorum accretiones, in tergemino hocce Animalculo, quod tamen nonnisi unicum idemque est, adnotare licet.

Hanc ob rationem mihi nunc cordi est Naturam & Anatomicam hujusce Vermis Tibi, Vir Illustrissime! privatim exponere, externasque & internas ejus partes, nec non Muscae ex eo procrenentis indolem ac habitum, exacte describere: pro certo enim affirmare Tibi au-

sim,

JOH. SWAMMERDAM

BRIEF AAN DEN

EDELLEN HEER

DD. THEVENOT.

over de

NATUUR EN ONTLEEDING

van de

WURM IN DE KAAS,

of de

M Y T

en de Vliegen, die daar uyt groeyen,

WEL EDELE HEER.

Wanneer gy UE weekelyke conferentien te Parys hielt, en dat UEds. huys een vergadering van geleerde Mannen was, soo sult gy sonder alle twyfel meede de natuur van de Kaaswurmen ondersogt hebben: en haar raren aart, en de wonderlyke manieren van het springen dat se doen, hebben naagevorst. Het geen my de occasie geeft, om deese verhandeling UEds. oordeel te onderwerpen, alsoo ik dat eer ende estimeer, boven dat van seer veel Persoonen onses tyts, dewelke niet als oppervlakkig de natuurelyke dingen, en haare waare oorsaaken onderzoeken.

Ik weet wel, dat de vermaarde Redi van de Wurmen, die in de Kaas groeyen, met oordeel en beleyt geschreeven heeft, maar ik weet ook, dat het hem niet mogelyk is geweest, om alle de omstandigheden daar van te observeeren, als synde nootzakelyk belet, om op een saak alleen alle syn gedachten te laten gaan, door de veelvuldigheid der rare experimenten, die hy voorstelt, wanneer hy ook te gelyk de Vorst van Toscanen volgde.

Hier om lust het my, de natuur en ontleding van deese Wurm UEdelb. particulier voor te stellen, en syn uytwendige en inwendige leeden omstandig te beschryven, neffens ook de natuur en aart van de Vlieg, die uyt hem voort groeyt: welkers leedematen ik UEd. kan verseecken, dat

O o o o o o

son

sim, quod horumce Infectorum membra adeo singularia, tam concinna, tantoque artificio & consilio constructa sint; ut sane non nisi a Divina Omnipotentia, & infinita, cui impenetrabile nihil est, Sapiencia hunc in modum fabricari poterint. Videbis haec Animalcula gaudere Cerebro, Nevis, Musculis, Pulmonibus, Ductibus Salivalibus, Ventriculo, Intestinis tenuibus, crassis, caecis, Membranis pinguisferis & aliis visceribus.

PARTES ACARI EXTERNAE.

Ut igitur vulgarissimus sit hic Vermis; nativa tamen eum magnitudine, & plenitudine, depictum heic sistere volui: quum is omnibus adeo haud notus est, multique vilia ejusmodi Animalcula minus amant. Alii interim Vermiculos istos quam avidissime una cum Caseo devorant, imaginario illo nixi argumento, eos ex particulis Casei optimis ortum ducere; cum tamen ex Ovulis duntaxat communium Muscarum proveniant: quemadmodum in frequentibus patebit. Antequam autem Naturam & Anatomem hujus Vermis exponam; breviter prius externa ejus membra, aliasque nonnullas partes, quae per exteriora transparent, describam.

Acarus, microscopio conspectus, in duodecim sectiones sive Annulos 1. 2. 3. 4 &c. sese divisum ostendit. Primus horum proprie Caput constituit a. Hujus nec non corporis universi cutis, membranae instar pergamenae, firma compage gaudet, nec facile rumpitur aut fauciatur; ut ut Vermis violentissimos det subsultus, vel ruditer etiam tractetur. Capitis anterior pars quodammodo divisa est, & in duo veluti tubercula, e quibus binae, per breves, Antennae extant, interstinctae. Inter duas istas Capitis divisiones nigra semper particula, quae pariter quasi bifida esse videtur, transparet. Particula isthaec reapse corneo-offeas Oris partes in se complectitur: cum his autem anterieus bini Unguiculi, nigri, articulantur, qui tergemino Crurum, Unguium, atque Dentium officio promiscue in Verme hoc funguntur. Porro quam clarissime ibidem per cutem videre licet, quod Vermis memoratos modo Pedes aut Ungues, simul cum nigris Oris sui partibus, corneo-offeis, simili ratione, ac Cochlea Caput & Antennas suas, introrsum & extrorsum movere queat.

Annulus alter id perquam memorabile monstrat,

soo raar, soo net, soo kunstigen wysselyk gemaakt syn, dat se niet als van een Goddelyke Almagtigheid, en van een alles doordringende Wysheyd hebben kunnen gefabriceert worden. Want deese Dieren hebben Hersenen, Senuwven, Spieren, en Longen, Kwylvaten, een Maag, dunne, dikke en blinde Darmen, met Vetvliessen en andere Ingewanden.

DE UYTWENDIGE LEEDEN VAN DE KAASWURM.

Hoe gemeen dan deese Wurm is, soo heb ik hem egter levens grootte, en in syn vollen ouderdom willen uytbeelden; alsoo alle Menschben hem niet en kennen, en ook om dat veele sulke veragte Dieren niet en beminnen: daar nogtans weer andere deselve met de Kaas seer graag eten, steunende op deese ingebeelde reeden, dat se uyt de beste essentien van de Kaas, haar oorspronk nemen. Hoewel sy niet anders als uyt de Eyeren van gemeene Vliegen voortkoomen, als in het vervolg blyken sal. Maar eer ik nu den aart en ontleding van deese Wurm voorstel, soo sal ik kortelyk syne uytwendige leeden, en eenige andere deelen, die daar door heen schynen, afhandelen.

Als men deese Wurm met een vergrootglas besiet, soo telt men daar in twaalf afdeelingen of ringen. 1. 2. 3. enz. De eerste maakt eygentlyk het Hooft a. Het Vel van deselve, gelyk ook van de gantsche buyt, is van een sterk maaksel, gelyk een vast parkement, dat niet ligt breekt of gequetst wort, hoe seer hy ook springt, en dat hy behandelt wort. De figuur van het Hooft van vooren is eenigfins verdeelt, en als in twee knopkens gescheyden, daar twee seer korte Hoornen opstaan. Tusschen deese twee verdeelingen van het Hooft, siet men altyt een swart deelken doorschynen, dat sig vertoont in twee deelen verdeelt te syn. Dit deel bevat eygentlyk in sig de hoornbeenige deelen van de Mont: en met deselve worden van vooren twee swarte Nagelkens of Klaauwkens gearticuleert, die het gebruik van Voeten, Klaauwen, en Tandem, alle drie te gelyk in deese Wurm hebben. Voorts siet men daar heel klaar door het Vel heen, dat de Wurm deese Voeten of Nagelen, te gelyk met de swarte hoornbeenige deelen van syn Mont, inwaarts en uytwaarts kan beweegen, op de manier als de Slak syn Hooft en Hoornkens doet.

De tweede ring is daar in seer aanmerkelyk, dat

e. Tab.
XIII.
Fig. I.

Fig. II.
1. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9. 10. 11.
12. a.

Tab.
XLIII.
Fig. II. b.

strat, quod Insecti hujus Fistulae Pulmonales in eo ferè solo patulis ostiis aperiantur: ita, ut in universo reliquo corpore alia nulla insuper mihi detegere licuerit Puncta Respiratoria, nisi tantummodo in postremo corporis Annulo, qui binis adhuc pervius est. Extrema isthaec, sive potius principia Pulmonum *b*, miro artificio fabricata sunt. Antica parte, qua extra cutem protuberant, quam tenuissima, membranacea, & subalbida sese exhibent: nonnihil autem inferius quasi in ampullam dilatantur, & flavescens induunt colorem, qui ad auri splendorem quodammodo accedit. Deinde circa tertii Annuli initium rursus angustiora fiunt: ubi loci etiam clare per cutem videre licet, argentum ea acquirere candorem, & conchae margaritiferae quasi faciem referentia, cum ramis Tracheae, uniri; utpote cui Laringum loco inserviunt. Inde vero, quod istae aperturae antè prope Annuli tertii principium sint collocatae, id boni redundat, quod eo tempore, quo Acarus, Caput & Crura sua introrsum retrahens, humidum in Casum subrepat, dicti Larynges sub cutis curvatura abscondantur; ita ut fordium prorsus nihil tunc in eorum ostia pervenire queat: id, quod sane artificio singulari, & admirabili sapientia a DEO, omnium miraculorum Auctore, constitutum est.

In Annulo tertio quam distinctissime per cutem transparentes cernuntur duo maximi Asperiae Arteriae rami, qui, circa quarti Annuli initium, admodum conspicua anastomosi inter se mutuo communicant. Multi praeterea minores Tracheae ramuli, ex binis hisce ramis majoribus, in Annulo tertio sitis, oriundi, versus Annulum secundum atque Caput ascendunt; quos tamen haud delineavi, ne Iconem nimis amplam exarare cogerer. Insuper nonnulla etiam alia interanea per memoratos Annulos, minus tamen distincte, transparent. In Annulo quarto rursus gemini Tracheae ramuli conspiciuntur, utrinque in Pectore e binis illis ramis grandioribus prodeuntes *cc*, qui parte altera tertium ad Annulum feruntur, altera parte versus quintum; ubi cum Tracheae ramulis, heic loci pullulantibus, duplici anastomosi fati spectabili, sese coniungunt.

Maximos illos Asperae Arteriae ramos haud scio ullò aliò loco, praeterquam circa quarti Annuli principium, mutuam inter se anastomosi facere: at vero ex eorum lateribus provenientes ramuli, qui circa omnes divisiones annulares, in utroque corporis latere, distincti-

dat de openingen van de Longaderen van dit Dier aldaar haar plaats hebben, sonder dat ik op het geheele lichaam eenige andere adembalende stippen heb kunnen ontdekken, als alleen op de laatste ring des lichaams, alwaar dat 'er nog twee syn. Deese uyteynden, of liever begintselen der Longen *b*, syn seer kunstig van maaksel. Van vooren, daar sy buyten de buyt uyt puylen, syn sy seer dun, vliefig, en witagtig van couleur; en een weynig laager worden sy als een vles gedilateert, daar se van een geelagtige couleur syn, die een weynig naa het blinkent gout trekt. Voorts worden sy omtrent het begintfel der derde ring weer vernauwt, en men siet klaar door het vel heen, dat se aldaar silver wit, en als een perlemoer worden, en met de takken der Lugtpyp haar vereenigen: waar van sy de Strothoofden syn. Sy syn geplaatst voor aan het begintfel der derde Ring, waar uyt dit nut spruyt, dat op die tyt, wanneer de Wurm syn Hooft en Beenen inwaarts trekt, en in de natte kaas kruypt, dan deese Strothoofden onder de bogt van het vel beslooten worden, soo dat daar als dan de minste onreynigheid niet binnen in baare openingen kan passeren; dat seer kunstig en ook wonderbaarlyk van den GODT aller wonderen geordineert is.

Op de derde Ring siet men heel distinct door het vel heen schynen, de twee grootste takken der Lugtpyp, dewelke aan het begin der vierde Ring seer kennelyk met malkanderen inmonden. Verscheyden kleene takkens van de Lugtpyp, siet men uyt deese twee groote takken op de derde Ring naa de tweede Ring en het Hooft gaan, die ik niet afgebeelt heb, om niet genoodsaakt te syn myn figuur al te groot te maaken. Voorts siet men nog door de genoemde ringen eenige ingewandlen doorschynen, maar niet heel distinct. En op de vierde Ring siet men aan weersyden op de Borst, een tak der Lugtpyp uyt de twee groote takken gaan *cc*, dewelke eens deels naa de derde ring, en ander deels naa de vyfde ring loopen, alwaar sy met de takken der Lugtpyp, die daar uyt spruyten, vereenigt worden, en dat door twee kenbare inmondigen.

Deese twee groote takken der Lugtpyp die weet ik niet, dat ergens meer, als omtrent het begin der vierde ring met malkanderen ingemond worden; maar de takken, die daar aan de syden uytgaan, ende welke men heel distinct omtrent alle de ringwyse verdeelingen aan weersyden van het

Tab-
XLIII.
Fig. II.
d d d d d d.

Stiffime transparent, ofculis illic perquam manifesto modo commissis, inter se mutuo communicant. Id, quod in declivi Pectoris & Ventris, supra margines ibi conspicuos, admodum dilucide internosci potest: prout etiam in alterius lateris Annulis 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11 & 12 expressi, literisque d d d &c. indicavi. Cernuntur ibidem plures insuper alii ramuli minores, ex majoribus illis prognascentes, & ad interiora viscera tendentes.

Omnes deinceps Annuli, a quinto ad undecimum usque, quoad fabricam inter se conveniunt, & quae per eos transparent, Fiftularum Pulmonalium ramificationes ejusdem propemodum sunt figurae. Id unicum heic observatur discrimen, ut vocant, accidentale, quod reliqua interanea per horumce Annulorum alios clarius, per alios obscurius, transluceant ac discerni queant. In Annulo quinto pingues
e. quaedam particulae per cutem transparent e; cujusmodi equidem in sexto haud adeo manifeste videre mihi licuit. In septimo & octavo
ff. nonnulla Intestinatorum Caecorum ff, quae pallide luteum, quodammodo virescentem, praeferunt colorem a contentis suis prognatum, transparenere animadverti. Id ipsum in Annulo nono etiam quandoque consexi; alio autem tempore rursus minime. In Annulo decimo, inter binos Asperae Arteriae ramos maximos, qui per universi corporis longitudinem in Dorso sese exporrigunt, plerumque insignis quidam
g. cernitur Tracheae ramus g, qui interanea petit. At in Annulo undecimo potissimum notabilis est transparentis quaedam Pinguedinis particula h, quae binis ibi ramis Asperae Arteriae majoribus superposita conspicitur: quamvis tamen haud in omnibus eam Vermibus observaverim.

Duodecimus Annulus constructione sua ab aliis omnibus discrepat: duo enim rami Tracheae grandiores ibi desinunt, & finibus suis pariter veluti extra corpus feruntur. Extrema isthaec similiter, ac de anterioribus ostiis diximus, lutei sunt coloris: at fabrica eorum diversa est: prout ex data Icone innotescit. Caeterum variis hic Annulus inaequalis est tuberculis, vel prominulis papillis, & foveis, five rugosis sinibus, quorum usum infra describam.

ACARI INDOLES.

Hicce, Vir Illustrissime! breviter Tibi externas Vermis istius partes, nonnullasque simul in-

het lichaam siet door schynen, die monden aldaar seer kennelyk onder malkanderen; dat men in het hangen van de Borst en Buyk, boven de randen die aldaar syn, seer onderscheydentlyk kan beken- nen, gelyk ik dat ook op de 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. en 12. ring, aan de eene syde heb uytgebeelt, en vertoont by de letteren d d d, &c alwaar men nog ook verscheyde andere kleene takkens siet, die daar uyt gaan, en naa de binnenste ingewanden afge- sonden worden.

Alle de ringen van de vyfde tot de elfde toe, die komen in maaksel over een, en de takken der Longpypen, die daar door schynen, die hebben haast deselve figuur, alleen is daar eenig toevallig onderscheyt, van wegens het doorschynen der andere ingewanden, die men door de eene ring klaarder als door de andere kan bekenen. Op de vyfde ring siet men eenige Vet-deelkens door schynen e, dat ik soo klaar op de sesde niet gesien heb. Op de sevende ende agtste ring, heb ik eenige van de blinde Darmen sien door schynen ff, die van een bleek geele couleur syn, wat uyt den groenen, dat van wegens haar inhoud komt. Op de negende ring heb ik dat somtyts ook wel gesien, en somtyts weer niet. Op de tiende ring siet men gemeenlyk tusschen beyde de groote takken der Lugtpyp, (die het gantsche lichaam op de Rug door loopen) een groote tak der Longpyp g, die naa de ingewanden gaat. Maar op de elfde ring is bysonderlyk kennelyk een door schynent Vet-deelken, dat aldaar boven op de twee groote takken van de Lugtpyp geplaatst is h, hoewel nogtans dat ik het in alle Wurmen niet gesien heb.

De twaalfde ring verschilt van alle de andere in syn maaksel, alsoo de twee groote takken der Lugtpyp aldaar eyndigen, en meede als buyten het lichaam loopen. Haar couleur is geel, als van de anderen gesegt is, maar haar structuur is verschillig, gelyk uyt myn afbeelding blyken kan. Voorts heeft deese ring verscheyde knopkens of uytstekende tepelkens, ende buylkens of rimpelende inbuygingen, welkers gebruik ik vervolgens beschryven sal.

DEN AART DEESER WURM.

Siet myn Heer, dit is soo kortelyk de beschryving der uytwendige deelen, en ook van eenige die daar

interiores, quae transparent, exposui. At vero omnia haec nullius sunt momenti, si cum admirabili conferantur artificio, quod in singulis istis membris animadvertitur, neque profecto a quopiam alio describi pro dignitate potest, nisi ab eo duntaxat, qui partes illas fabrefecit: partes, inquam, quae architectonica sua conformatione artificia atque inventa hominum, tanquam insulsissima, exagitant.

Vermem hunc, qui ingenti robore vitaeque admodum valida pollet, Tibi hac Icone praesento, perinde, ac si, Dorso innixus, Caudam suam Dentibus Pedibusve prehenderet: quae tamen positio ipsi haud naturalis est; quandoquidem is nunquam, cum vivit, Dorso suo insidens reperitur. At hac ratione constitutum heic depingere volui; ut, qua lege & modo suum is saltum efficiat, quantum pote, dilucidissime exprimere mihi liceret. Quapropter Iconem hanc tantummodo invertere oportet; ut, quod sursum est, deorsum fiat: sic ilico exactissime secundum naturam patefcit, quam ratione Acarus sese ad subsultandum accingat.

Quando itaque Vermis iste subsultare conatur; tunc prius Ano suo insidens sese surrigit: ad quam actionem peragendam tubercula, quae, circa corporis extremum, e duodecimo ejus Annulo prominentia depinxi, plurimum ipsi inferviunt; quum Vermis, ea exporrigendo atque introrsum trahendo, semet in aequilibrio sustinere queat. Deinde vero eodem simul tempore in circulum is se recurvat, & Capite versus Caudam adducto *a*, mox binos suos Ungues, incurvos, nigros, exferit; quos postmodum expedite, inter posteriores duas corporis sui papillas, in foveolas illic impressas insinuat, & in cute ibidem defigere novit: prout Icon secunda, intercedente microscopio ad vivum exemplar delineata, ostendit.

Modo dictis omnibus unico quasi temporis puncto peractis, Acarus dein sese tam fortiter contrahit; ut circularis ejus figura in oblongam *b* mutetur, & universum ipsius corpus veluti contrahatur. Quo facto is se postmodum tam enormi rursus vi ad lineam rectam reducit; ut in Ore ejus siti Ungues, dum de cute Annuli postremi abstrahuntur, manifestum sonitum excitent. Atque sic tandem efficitur, ut Vermis, corpus suum ad Casum, lignum; terramve allidendo, iterumque exporrigendo, derrepente in altum evehatur, ingentemque, ratione parvitas corpuseuli sui, saltum faciat.

daar door schynen: maar dat alles heeft niets te beduyden by de admirable kunst, die in alle deese leeden bespeurt wort, en die niet en kan beschreeven worden, als alleen door Hem, die deese deelen gefabriceert heeft; dewelke door haar architectuur alle de menschelyke kunstwerken en inventies voor dwaasheid uykryten.

Deese Wurm, die seer sterk van kragt en leeven is, die vertoon ik UEd. even al eens, als of by op syn rug sat, en met syne Tand en Voeten in syn Staart vatte, maar dat postuur is hem niet naturel, alsoo by sig nimmer op syn rug sittende in het leeven vertoont; waarom het dan alsoo van my afgebeeld is, om de manier en aart van syn springen soo verstandelyk, als het weesen kon, uyt te beelden. En daarom soo behoeft men niet, als deese figuur maar het onderste boven te drayen, soo siet men heel natuurlyk, op wat wys by sig tot het springen gereet maakt.

Wanneer dan deese Wurm syn sprong wil doen, soo regt by sig over eyndt op syn Aars, waar toe hem seer veel helpen de knopkens, die ik op de twaalfde Ring agter op syn lichaam heb uitgebeeld; alsoo by die uytsteekende en intrekkende, sig daar meede in balans hout. Dit gedaan synde, soo buygt by sig te gelyk op de selve tyt hoepelwys, met syn Hoofd naa de Staart en als dan steekt by syn twee kromme en swarte Klaauwen uyt, die by seer bebendig, tusschen de twee laatste tepelkens van syn Lichaam, in de kreuken, die aldaar syn, weet in te voegen, en die op het vel daar vast te haaken, gelyk in de tweede figuur naa 't leeven in 't groot, vertoont is.

Dit alles soo in een ogenblik volbragt synde, soo trekt by sig soo sterk te saamen, dat syn hoepelwysse figuur in een langwerpige komt te veranderen *b*, en syn gansche Lichaam als samen getrokken te worden. En daar op, soo trekt by sig weer met sulc een ongemeene forte in de regte van malkanderen, dat syne Nagelen des Monts met een kennelyk geluyt van het vel afglyen, waar door syn Lichaam op de Kaas, het hout, of de aarde aanslotende, en weer uyt gerekt wordende, by schielyk in de hoogte verheeven wort, en een seer groote sprong doet, naa de proportie van syn kleen Lichaam.

Vidi

Pp pp pp pp

Want

n. Tab.
XLIII.
Fig. III.

Fig. II.

b. Fig. IV.

Vidi sane Vermem, nonnisi quarta pollicis Hollandici parte longum, e capsula sex pollices alta exsiliisse; id est, ad altitudinem, quae Vermis ipsius longitudinem quater & vicesies in se continebat. Quin alios quosdam vel notabiliter altius adhuc subsultantes observavi. At tamen Vermis subsulturus haud semper orbiculatim supinus stat: imo in latus etiam reclinatus quandoque id peragit: quamvis interim corpore erecto communiter saltum exercent. At vero semper tamen in circulum is sese prius inflectit, figuramque circularem constanter in oblongam convertit, antequam subsulet.

Quodsi, Vir Illustrissime! volupe Tibi fuerit, isthaec DEI miracula in exemplo nativo contemplari; Acarum duntaxat, alba super basi, intra aquae guttulam collocatum, microscopio objice: extra aquam enim profilire non potest. Sic distinctissime simul videbis, quomodo is Pedibus suis Anum apprehendat, & supra descriptas in figuras simili ratione semet componat, uti Icone secunda, tertia, & quarta expressi.

Alia insuper encheiresi id ipsum oculis usurpari potest: quando nimirum Vermis cuspidi subtilis cujusdam specilli, ope amyli, adglutinatur: inde enim tum quoque subsiliendo is semet expedire haud potest. Quin vel tertius etiam modus datur; qui quidem in eo situs est, ut Acarus digitis prius tantillum super mensa volutetur, & tamdiu contrectetur, donec vires suas ex parte amiserit. At tum is valde irregulariter Anum suum prehendit, & nonnunquam errans ostiis etiam Fistularum Pulmonalium ibi hiantibus Ungues suos injicit. Interim commodissime tamen sic videre licet, quonam pacto Vermis Pedes suos exferat. Haec omnia Tibi eruditissimus Vir, Mattheus Sladus, Medicinae Doctor, & communis noster Amicus, aequae ego, confirmare possit; quippe qui ista Naturae miracula mecum est admiratus.

ANATOMIE ET DESCRIPTIO PARTIUM INTERNARUM.

Vermis istius Anatomem instituturus, eorum aliquot in aquam pluviam conjeci; ut ibi morentur: quod quidem spatium sex septemve dierum quandoque demum obtinetur. At bidui tamen triduique intervallo sic macerati ad Anatomem quam aptissimi sunt: etiamsi enim tum adhuc vivunt; valde tamen torpescunt haud multum amplius sese movent. Quodsi autem die quinto

Want ik heb gesien, dat een Wurm, die maar het vierendeel van een Hollantsche duym lang was, uyt een doosje van ses duym hoog sprong; dat is 23 maal hooger, als hy selve lang was: en eenige andere heb ik merkelyk hoger sien springen. Maar altyt soo gaat de Wurm niet in de ronte over eynt staan, als hy springt, want somtyts soo doet hy dat op syn syde leggende: hoewel hy gemeenlyk sig over eynt regt. Dan altyt buygt hy sig eerst circulair te samen, en eer hy springt, soo verandert hy die circulaire figuur altyt in een langwerpige.

Als gy deese wonderen GODS in de Natuur belieft te sien myn Heer; soo is daar niets anders te doen, als de Wurm onder een vergroot glas, op een witte gront, binnen in een droppel water te leggen: want daar kan hy niet uyt springen. En als dan siet men ook distinct, hoe by met syne Voeten syn Aars komt vast te grypen, en de beschreeve postuuren te maaken; op de wys, gelyk ik in de tweede, derde, en vierde figuren uyt gebeelt heb.

Men kan het ook sien op een andere wys, te weeten, met de Wurm aan de punt van een dunne stilet te kleeven, daar wat Styffel aan is, waar van hy meede niet los kan springen. Daar is nog een derde manier, dat men hem eerst op de tafel onder de vinger een weynig rolt, en soo wat handelt, tot hy syn kragt eenigfins komt te verliezen: maar op welken tyt hy beel irregulier syn Aars vat, en somtyts grypt hy ook wel op syne openingen der Longpypen: en als dan siet men het alder bequaamste, op wat wyse hy syne Voeten uytsteekt. Als UE. neffens my sou kunnen verseecken, onse gemeene en seer geleerde Vrient, de Heer Doctor Mattheus Sladus, dewelke neffens my deese wonderen van de Natuur geadmireert heeft.

ONTLEDING EN BESCHRYVING DER INNERLYKE DEELEN.

Wanner ik nu deese Wurm wilde ontleeden, soo liet ik eenige der selve in regen water sterven; dat wel ses a seven daagen somtyts werk heeft. Maar binnen 2 a 3 dagen syn sy seer bequaam tot de ontleding, alsoo sy dan nog leeven, maar seer loom syn, en sonder dat se haar merkelyk roeren: maar als men se op den vyfden dag weer uyt het water neemt, soo kruypen sy, en springen als

tandem ex aqua protrahantur; pristino eos more suo reptare ac subfilire videbis: quin hi ipsi quoque formam Nympharum nonnunquam adhuc induunt, quae in Muscas deinde procrefcunt.

Oculos in Capite Acari detegerè mihi haud licuit: at primae, quas Anatòme heic loci videndas exhibet, partes Crura sunt, quae alias etiam Dentes, Ungues, aut Ungulas adpellavi; quandoquidem experiundo didici, triplex hoc officium ipsis demandatum esse. Animadvertito enim, Vermem harumce partium adminiculo Caseum excavare, derafasque dein miculas deglutire: cujus actionis respectu Dentium iis nomen competit. Porro etiam earum ope progreditur Acarus; ut hinc fere crederes ipsum Rostro suo incedere: id, quod distincte conspici potest, si super findone, aut tenui charta, Vermem reposueris: tum enim videbis, eum dictos istos artus suos in findonis chartaevae poros defigere, ficque duorum veluti Pedum auxilio sese protrahere. Interim haud solus tamen hic est, quo Vermis iste pollet, progrediendi modus: nam undulato etiam fuorum Annulorum motu semet is promovere valet. Tandem & Ungulas voco memoratas illas partes, tum ob externam, qua gaudent, figuram; tum quia Vermis earum ope postremum corporis sui Annulum apprehendit, atque Os sic ad Anum adducit.

Dentes, five Pedes isti, antica parte acutissimi sunt, & mediocriter incurvati, propemodum similes Gryphum Accipitrumve Unguibus *aa*. Postica parte latiores fiunt, duasque monstrant apophyses, in quas exigui, quibus moventur, Musculi sese inferunt. Articulantur porro cum partibus Oris & Palati corneo-offeis; quae quidem duo sunt Officula nigra, oblonga, excavata, in quibus Pharynx adnexus atque collocatus est. Officula *bb* isthaec ex principiis fat tenuibus *bb* dein latiora evadunt, tandemque in quatuor deficiunt Appendices *cc*, quodammodo membranaceas: connectuntur autem antèrius atque in medio duobus aliis Officulis, corneis, singularibus *d*, quorum ope in situ suo continentur, & iusto intervallo regulariter a se mutuo disjunguntur.

Gula, quae inter Officulorum descriptorum Appendices, in concava harum parte, collocata est, in Thorace Vermis notabiliter dilatatur *e*, & veluti Ingluviem ibidem constituit. Sub hac quatuor cernuntur Appendices caecae *ff*, quae, in Verme ipso spectatu elegantissimae, minutis quasi Pinguedin's

te vooren: en sy neemen ook wel aan de gedaante van een Pop; die daar naa in Vliegen vergroeyen.

Het eerste, dat de ontleding ons in het Hoofst verthoont, waar in ik geen Oogen heb kunnen ontdekken; dat syn syne Voeten, die ik ook syne Tandden, en Nagelen of Klauwen genoemt heb: om dat my de ervarentheid leert, dat se dit drierley gebruik hebben: want ik bevinde, dat se de Kaas daar meede uyt hollen, en die dan op slijken, in welkers opsicht sy Tandden kunnen genoemt worden. Voorts gaan sy met deselve voort, soo dat men meenen sou, dat se het met de Bek deden: en dit kan men distinct sien, als men se op syn lywaat of papier set, in welkers openingen sy dan deese Leeden in hegten, en haar alsoo als met twee Voeten voort trekken: hoewel nogtans dat deese Wurm ook op een andere manier kan voort gaan, namelyk, door de golfagtige beweegingen syner Ringen. Eyndelyk noem ik se Klauwen, soo van haar uysterlyke figuur, als om dat de Wurm daar meede syn laatste Ring des Lichaams komt te vatten, en die te samen te trekken.

Deese Tandden of Voeten syn van vooren heel spitz van maaksel, en redelyk krom geboogen, ten naasten by als de Klauwen der Roofvogelen *aa*, agter aan worden sy breder; daar men twee uytsteekfels aan haar siet, waar in de Spierkens ingeplant worden, die haar beweegen. Sy worden gearticuleert met de hoornbeenige deelen van de Mont en het verhemelte, dat twee swarte, langwerpige, en uyt geholde Beenkens syn, daar de Keel syn connexie en plaats in heeft. Deese Beenkens syn in haar begin redelyk smal *bb*, daar naa worden sy breeder, en eyndelyk eyndigen sy in vier aanhangfels *cc*, die eenigfins vliefig syn van vooren; en in het midden worden sy samengehegt met twee bysondere Hoornbeenkens *d*, waar door sy in haar situatie gehouden worden, en regulier van een komen te staan.

De Slokdarm, die tusschen de aanhangfels deeser Beenkens in de holligheid van de selve geplaatst is, die wort in de Borst van de Wurm merkelyk gedilateert *e*, dat als de Kroep van dit Dier is. Daar onder siet men vier blinde aanhangfels *ff*, die haar seer frady in 't leeven vertoon, als of sy met kleene globeuse Vet-deelkens

Pp pp pp pp 2

bese

dinis glebulis, globosis, stipatae, imo ex his compositae adparent. Quenam autem hae sint particulae, & quis earum sit usus, ego haecenus exponendo non sum: nisi forte placuerit de iis statuere, quod transeunti per Oesophagum cibo humectando, atque ad faciliorem digestionem praeparando ferviant.

Tab.
XLIII.
Fig. VII.

ggg. Sequitur deinde Ventriculus ggg, qui admodum longus est: prout in omnibus Insectis, quamdiu haec etiamnum Vermiculi aut Erucae sunt, obtinet. Numerosissimis Asperae Arteriae ramificationibus instructus est; quarum tamen non nisi duas, nonnullasque insuper minores propazines per ejus superficiem distributas, bbb, Icone expressi. Tanta autem est Ventriculi in hoc Animalculo prolixitas; ut facile quis pro Intestino eum describeret: imo vel egomet quoque ita sentirem; nisi comparatio ad alia Insecta aliud me doceret. Constat is membranacea compage, per quam nonnullae musculares Fibrae transparent. Contenta ejus omnia erant albidula: quod quidem repraesentare conatus fui, nigras quasdam exiguas maculas, translucentes, in ejus superficie exhibendo i. Caeterum particulis etiam pinguibus investitus videbatur: quod tamen haud animadverti, nisi postquam tenui super vitro eum exsiccaveram.

kk. Infra, circa finem hujus Canaliculi, duo prodibant Intestinula tenuia kk; cujusmodi pariter in omnibus Vermiculis Erucisque, ne Pediculo quidem excepto, deprehendo. Vocantur ea mihi Intestinula caeca. Utrumque autem heic, in Acaro, duo in Intestinula dispcebatur; quorum bina materiem continebant ex flavo viridem ll, duo reliqua partim viridem, partim albam, quae veluti coagulata videbatur mm. At, quod perquam erat singulare, materies ista tam celeriter per Intestinula movebatur; ut oculus motum ejus prosequi nulla ratione posset. Cum autem Intestinulum discidissim, contentum hocce tam celeriter per vulnus propellebatur; ut velocitatem ejus sane quam difficillime cognoscere liceret. Id in Verme, quem vivum aperueram, observavi. Verum in alio, qui jam semiputrefactus erat, animadverti tunnicam, dicta Intestinula investientem, tanquam in glebulas pingues, quarum innumerae ibi conspiciebantur, semet resolvere. Intestinula ista aequae in hoc, quam in priore Verme, admirandae erant subtilitatis. Ex motu autem materiei, quam continent, inferre omnino licet, spirabilibus etiam Fibris muscularibus esse instructa: quamvis has detegere haud pot-

beset waaren, en dat haar structuur daar uyt bestont. Wat dit voor deelkens syn, of wat gebruyk sy hebben, dat is my onmogelyk te seggen, ten zy men wilde oordeelen, dat se de doorgaande spys bevoogtigden, en tot haar verteering disponeerden.

Daar op volgt de Maag ggg, die seer lang is, gelyk in alle Insecten plaats heeft: wanneer sy nog Wurmken en Rupsen syn. Deselve was met seer veele takken der Lugtpyp voorzien, waar van ik 'er alleen twee heb afgebeelt, en dan eenigē kleene takkens op deselve. h h h. Deese Maag is soo merkelyk lang in dit Dierken, dat men se ligt voor een Darm sou beschryven, en ik sou se selve daar voor neemen, ten sy de Analogie met de andere Insecten my contrarie leerde. Sy bestaat uyt een vliesige substantie, daar men eenige spieragtige Vefels siet door schynen. Haar inboud was alles wit, dat ik afgebeelt heb, met eenige swarte doorschynende vlaksken daar op te vertoonen. i. Vorders schein sy meede bekleet te syn met Vet-deelkens, dat ik niet eer gesien heb, als na dat ik se op een dun glas gedroogt hadt.

Onder aan de gront van dit gootken, sag men twee dunne Darmken uytgaan kk, die ik meede in alle Wormken en Rupsen vinde, tot selfs in de Luys: deselve noem ik blinde Darmken, sy wierden aan weer syden in twee Darmken verdeelt. Twee der selve beslooten in haar een geelgroene substantie ll, en de twee andere eens deels een groene, en eens deels een witte, die geschildert sig vertoonde mm. Maar dat seer raar was; deese substantie wiert soo snel door de Darmken bewoogen, dat men daar geen oog op kon houden. En als ik het Darmken doorsneed, soo wiert sy daar soo veerdig door de wonde uyt gedreeven, dat men seer qualyk de vlugtigheid deeser materie kon onder kennen. Dit sag ik in een Wurm, die ik levendig opende. Maar in een ander die half rot was, daar in bevond ik, dat het vlies, 't geen deese Darmken bekleede, als in Vet-deelkens sig separeerde, die in een menigvuldig getal aldaar waaren. Deese deelen waren verwonderlyk syn, soo in de eene, als in de andere Wurm, en uyt het beweegen der inboud blykt, dat se ook ronde Spierken hadden, die ik egter niet ontdekken kon, soo subtiel waaren sy voor de stompe grofheid myner instrumenten en oogen, die niet als de sensible en sigbaare saaken ontdekken, en dat nog onvolmaaktelyk,

querim: summa enim subtilitate sua obtusam eludebant instrumentorum & oculorum meorum aciem; quippe quae sensibilibus tantummodo ac visibilibus rebus, & ne his quidem, nisi imperfecte, examinandis par est. Quocirca ratio sane omnis suadet jubetque, ut humili demissoque simus animo; quandoquidem, ob ingentem nostrarum miseriarum cumulum, ne unicam quidem rem a DEO creatam funditus pervestigare valeamus. Intestinula illa suis quoque gaudebant Fistulis Pulmonalibus *n*. Et quis, quaeso, dixerit, quanta insuper miracula in iis abdita latuerint?

Sub quatuor modo descriptorum Vasculorum *o*. insertione Pylorus *o* conspiciebatur; cui proxime subjunctum erat Intestinum Colon *pp*, huicque deinceps Rectum *q*. Porro Recti cernebatur extremum *r*; quod tamen alia, quam qua a me hoc loco repraesentatur, figura gaudebat: ego enim Icone mea id taliter heic depictum praebeo, prout sese exhibuit, cum subtus, in Annulo ultimo, per Pódicem e corpore a me expressum fuisset.

Practerea memoratū dignum erat, quod duo Caecorum Intestinulorum cum particulis Pinguedinis eousque conjuncta fuerint *ss*; ut caeca illorum extrema hisce infixae; & per complures Fistularum Pulmonalium ramulos connexa, observarentur: quod circa unicum saltem ejusmodi Intestinulum Icone expressi. Pingues istae particulae in Verme hoc admodum abundant: sunt autem oblongo-ovatae, nonnunquam duplicatae, quandoque appendicibus auctae, alias rotundae, quodammodo concavae, alias iterum planae: prout videre est in duabus illis Pinguedinis massulis, quas una cum suis divisionibus repraesentato *ss*.

Quodsi vero Pingue istud microscopio examinatur magnitudines plus augente; quaelibet ejus divisio aut lobulus peculiari velut Membrana inclusus apparet. Imo conspicitur tunc, quod singularis quaelibet ejusmodi particula separatim in se contineat insignem numerum globulorum Pinguium *aaa*; qui, cum aperitur lobulus, inde effluunt, atque inter sese confunduntur: ut adeo plurium lobulorum consociatione varii quasi ramuli efficiantur, atque arbusculae species aliquatenus effingatur. Pinguedinis istae particulae colore albo furdo gaudent; quo quidem tam elegans oculis in ipso Verme nascitur spectaculum, ut sane describi nequeat. Scilicet Supremus omnium artificum Artifex, cujus verbo producta sunt omnia, istius quoque ornamentum est Auctor: Est

telyk, dat ons in der waarheid met alle reeden behoort te verootmoedigen, die door de grootheid onser ellenden niet een eenig Schepsel GODS ten vollen kunnen onderzoeken. Deese deelkens hadden ook baare Long-Aderen *n*, en wie kan of sal seggen, wat voor groote wonderen daar in nog verborgen waaren?

Onder de inplanting deeser vier vaatkens sag men het Maagportier *o*, waar op de Karteldarm volgde *pp*, en onder deselve de Regte *q*. waar op men syn uyteinde sag *r*: maar niet in die figuur, als ik hem daar afbeelde, alsoo ik die vertoon op de wys, als ik hem door den Aars op de laatste Ring des lichaams van onderen had uyt het lichaam gedrukt.

Het was aanmerkelyk, dat twee van de blinde Darmkens haar vereenigden met de Vet-deelkens *ss*, daar aan men haar blinde eynde vast sag, en waar meede sy samengehegt wierden door verscheyde takken van de Longpypen: dat ik omtrent een Darmken maar afgebeelt heb. Deese Vet-deelkens syn in een menigvuldig getal in deese Wurm. Haar figuur is langwerpig ovaal, en somtyts syn sy dubbelt, somtyts met aanhangsels, somtyts ront, bolagtig, en dan weer vlak, gelyk die twee deelkens syn; die ik met haar verdeelingen toon *ss*.

Als men se met een vergrootglas besiet, dat het object meer vergroot, soo vertoont sig yder lobus of verdeeling van deese Vet-deelkens, als of die in een particulier vlies beslooten was. En yder particulier deelken siet men, dat nog bysonder in sig besluyt een groot getal Vet-klootkens *aaa*, die daar uyt loopen, en haar in een vermengen, als men de verdeeling opent, soo dat se dan door haar vereeniging verscheyde takkens maaken, en als een boomken uytbeelden. De couleur deeser Vetdeekens is een doof wit, dat soo cierelyk in het leven staat, dat het niet te beschryven is; want die Kunstenaar aller Kunstnaren, wiens woort alles voort gebragt heeft, die isser den Auctor van.

Tab.
XLIII.
Fig. VI. b.

Est & visu pulcherrimum, quam ratione Pulmonales Fistulae, candore argenteo conspicuae *b*, per Sacculos istos pinguiferos discurrant; ita, ut potissimum juxta horum lobulos, in quibus Pinguedinis globuli collocati sunt, sese distribuunt, atque in interstitiis harumce divisionum communiter digestae inveniuntur.

Fig. V. tt.

A latere Gulae Tubulus subtilis situs erat, qui versus Fauces, & corneo-offeas Palati Orisque partes, ferebatur: at quo is loco desinat examinare mihi haud licuit. Tubulus iste in Pectore binos alios in Canaliculos, tenues, dispescebatur, quorum quilibet in duas sese dilatabat Vesicas five Ampullas oblongo-globosast *t t*: hae vero deinde in duos iterum coarctabantur Tubulos angustiores, qui tandem in binas rursus sese dispandebant Vesiculas, plurimis Fistulis Pulmonalibus per superficiem suam elegantissime dispersis exornatas *u u*. Alterum glandulosarum harumce Burfularum latus particulae Pinguedinis, regulariter admodum & artificiose dispositae, stipabant *x x*, atque inferius tanquam in oblongas Appendices *y y* exporrigebantur: cujusmodi constructio nusquam in corpore, nisi hoc solo in loco, circa Pinguedinem obtinet.

Cuinam usui modo descriptae partes inferviant, itidem ignoro: quamvis haud absque ratione suspicari liceat, Salivalium eas Ductuum & Glandularum fungi officio. Quum enim Acarus nunquam stamina ducat; Ampullaeque istae in ejus corpore caecae sint; sane humori, quem hae continent, vix alius usus adtribui posse videtur.

Fistulae Pulmonales, quae per omnes haec partes distribuuntur, simili gaudent fabrica, qualis in omnibus propemodum aliis Insectis obtinet, a summo Anatomico, *Marcello Malpighio*, in *Bombycibus* repraesentata, & a me pluries etiam exhibita. At Annuli tamen, quibus hae Fistulae componuntur, haud adeo in hoc Verme numerosi sunt: unde & constructio earum magis membranosa & flexilior est.

Quodsi Vermis, subtili acu per Caput transadacta defixus, microscopio examinatur; motum Fistularum Pulmonalium distincte per cutem internoscere licet. Quoniam enim is tunc in varios sese flexus contorquet; hinc fit, ut simul conspici queat, quod Fistulae Pulmonales jam recta extendantur, jam Serpentum more incurventur, mox iterum circuli in formam convolvantur, neque interim unquam concidant, utcunque diversis modis agitentur.

Quo-

Seer fraay staat het, hoe de silver couleurig Long-Aderen b deese Vetbeurskens door loopen, en dat meest langs haare verdeelingen, waar in de Vetklootkens geplaatst syn: alwaar sy tusschen beyden gemeenlyk haar situatie hebben.

Neffens de Slokdarm was een subtiel pypken geplaatst, dat naa de Keel en de hoornbeenige deelen van het gebemelte en de Mont ging; maar waar het eyndigde, heb ik niet kunnen onderzoeken. Dit pypken verdeelde sig in de Borst in twee fyne andere pypkens, dewelke ieder in twee langwerpige en klootagtige blaaskens of vleskens *t t* haer verwyderden; daar naa wierden die weer verengt in twee naauwer pypkens, die dan eyndelyk in twee blaaskens haer weer uytsetten *u u*, waar op men seer veele Longpypen heel fraay verspreyt sag. Aan de ander syde deeser twee klieragtige beurskens, sag men de Vetdeelkens seer regular en kunstig geplaatst *x x*, dewelke van onderen haer in manier van langwerpige aanbangles aldaar vertoonden *y y*, dat men nergens omtrent het vet in 't lichaam siet, als alleen daar ter plaatze.

Wat gebruyk deese deelkens hebben, is my meede onbekent, hoewel ik niet onbillik sou kunnen meenen, dat het de kwylcanaalkens, en haer klieragtige beurskens syn. Want alsoo deese Wurm niet spint, en dat die vlesgewyse beurskens in het lichaam blind syn, soo kan haer vogtige inhoud kwalyk een ander gebruyk toe gepast worden.

De Longaderen, die alle deese deelen door loopen, die syn van maaksel, als meest in alle andere Insecten plaats heeft, en van den grooten Ontleeder *Marcellus Malpighius* in de Sywurmen is uytgebeelt, en van my in veele plaatsen: maar haer ringen syn hier soo meenigvuldig niet, waar om haer structuur vlesiger en buygsamer is.

Wanneer men een Wurm met een subtiel naalt het Hooft doorboort, en dat men hem dan onder een vergrootglas besiet en vast hout, soo kan men de beweging der Longpypen kennelyk door het vel onderscheyden: want alsoo de Wurm sig dan in verscheyde bogten draayt, soo siet men van gelyken, dat de Longpypen dan regt uyt gerekt worden, dan slangwoys geboogen, en dan weer als een hoepel te samen gewonden, sonder dat se immermeer toevallen, hoe verscheydentlyk dat se ook be-

woogen

Quocirca Summus Artifex mirabile nobis heic exhibuit Canaliculi flexilis specimen, qui trifidus tenuior pilo, ramosaeque instar arbusculae constructus, semper patulus hiat, quas-cunque in figuras torqueatur.

Pone corneo-offeas Oris & Palati partes, in Collo, situm est Cerebrum. Unde fit, ut, Verme Crura sua aut Os introrsum trahente, Cerebrum quoque profundius in Collum deprimatur, & contra rursus antrorsum moveatur, quando is Rostrum suum protendit: id, quod in Cochleis maxime locum habet. Ecquis Atheorum, Vir Illustrissime! inexhaustum istud, quod in Animantium visceribus occurrit, artificium contemplatus, haud confundatur atque obstupescat; modo miracula ibi obvia adtentus ponderaverit? Provoco hinc omnes, quotquot sunt, Homines, velint vel minimam vilissimi etiam, quod tellus alit, Animalculi particulam perfecte describere. Obcaecabitur profecto, id qui suscipere ausus fuerit: veritatum namque, quas Conditor suis creaturis indidit, Divinum Solem in calamitosa isthac lacrymarum & ignorantiarum valle plene pureque nemo intueri potest; quin audaciae suae poenis, caecitate nimirum intellectus, maestetur. Scilicet hoc pretium est, quod omnes illi ferunt, qui Creatoris Divinitatem, in rerum natura elucentem, humanis ratiociniis & sensibilibus experimentis destruere aut subvertere moliantur: quidquid enim sensibile est, id ultra sensuum facultatem non pertingit: atqui hi bruti sunt, nec ullam nos veritatem esse docere valent; nisi hanc ipsam Is, qui nos formavit, nobis impresserit: quemadmodum Pater Malebranche in suo Tractatu de la Recherche de la Verité argumentis solidissimis evicit.

Cerebrum duabus constat partibus globosis, quae veluti dextrum finistrumque illius lateris constituant *aa*. Pone id Spinalis Medullae cernitur principium, quod semper perforatum est; quia Gulam transmittere debet. Ex anteriore Cerebri regione insignes pullulant Nervi, qui circa dimidium suae longitudinis nonnihil intumescunt *bb*: quod tamen in omnibus Vermibus haud observavi. Nervi hi tandem in duos *c*. dilatantur Nodos, distincte conspicuos *c*, e quibus subtiles duo prognascuntur Nervuli *dd*; quos quidem profsequi eousque non potui, ut, quasnam in partes ferantur, detegere mihi licuerit: quamvis crediderim, eos ad musculosas Oris, Palati atque Crurum partes ablegari. Proxime sub Cerebro, ex Medullae principio, duo *ee*. prodeunt gracilium Nervorum paria *ee*, quae

woogen worden. Soo dat de groote Kunstenaar ons alhier een buygzaam gootken gemaakt heeft, dat dertig maal dunder als een bayr synde, en als een boom met takken van maaksel, egter altyt blyft open staan, wat figuren dat hy ook aanneemt.

Agter de boornbeenige deelen van de Mont en het gebemelte, daar syn de Hersenen in de Hals geplaatst: waar door het gebeurt, als de Wurm syn Beenen of Bek inwaarts trekt, dat dan de Hersenen ook dieper in den Hals bewoogen worden, en als hy weer syn Bek uyt steekt, soo worden sy weer voorwaarts bewoogen, dat bysonderlyk in de Slakken plaats heeft. Wat Atheïst, die deese onuytputtelijke kunst der Ingewanden in de Dieren beschouwde, sou hier niet beschaamt en verstompt staan myn Heer, indien hy deese wonderen met aandacht considereerde? Soo dat ik alle Menschen uytdaag, om my maar het minste deelken van het aldergeringste Dierken der aarden ten vollen te beschryven. Seeker die dat sou willen bestaan, die sou verblint worden, om dat de Goddelyke Son der waarheeden in syne Schepselen, in dit ellendig dal der tranen en onwetentheden, niet ten vollen kan beschouwt worden, sonder dat men de straf syner vermetelbeyd te gelyk komt te draagen; dat de verblindheid van het verstant is, daar alle die geen invallen, dewelke de Goddelykheid des Scheppers in de Natuur, met menscbelyke reedenen, en sensible experimenten tragten te vernietigen en te onderhaalen: want alles dat sensibel is, raakt niet als de gevoeligheid der sinnen, die dierlyk syn, en ons eygentlyk geen waarheeden leeren kunnen, ten sy dat hy, die ons geformeert heeft, deselve in ons voortbrengt, gelyk de Vader Malebranche seer kragtig beweesen heeft, in syn onderzoek der waarbeyd.

De Hersenen bestaan uyt twee globeuse deelen, die als de regter en linker syde van de selve maaken *aa*: daar agter siet men het begin des Ruggemergs, dat altyt doorboort is, alsoo de Slokdarm daar door passeert. Voor aan uyt de Hersenen spruyten twee sterke Senuwen, die in haar midden wat verdikt worden, dat ik maar in eenige Wurmen gesien heb *bb*: deese worden ten laatsen in twee kennelyke knooppkens verwyd *c*, waar uyt twee subtiële Senuwen spruyten *dd*, die ik niet heb kunnen onderzoeken, tot wat deelen sy afgesonden wierden, hoewel ik geloof, dat se tot de spieragtige deelen van de Mont, het verbemelte, en die der Beenen gaan. Effen beneden de Hersenen, siet men uyt het begin des Mergs twee paar subtiële Senuwen gaan *ee*, die tot eenige Ingewanden en de Spieren, die de Ringen des lichaams

Visce-

Qq qq qq qq 2

aldaa

Tab.
XLIII.
Fig. VII.

Visceribus aliquot & Musculis, Annulos corporis ibi constitutos moventibus, impertiuntur. Sub his duo conspiciuntur Nervi insignes, quorum uterque in globum dilatatus *ff*, iterumque adtenuatus, tandem minorem alterum format globulum, e quo bini Nervi proveniunt. Qualesnam vero hi sint Nervi, & quid utilitatis Vermis praestent, ego quidem ignoro: quamvis pro certo credam, eos propterea saltem heic in Verme accrescere; ut postmodum movendis Alarum Musculis inservire queant, cum in Muscam fuerit mutatus. Porro ex Medullae Spinalis latere utroque plurimi deinceps subtiles protenduntur Nervi *g g*, qui omnes per interanea, & potissimum per Musculos corporis, sese distribuunt: nonnulli autem eorum in varias *bb* insuper ramificationes *bbb* dividuntur.

Medulla, ad Vermis longitudinem comparata, perquam brevis est; quemadmodum & Musca, in quam succrescit Vermis, admodum brevi corpore gaudet. Unde omnino necessum est, ut Nervi illi, adeo longe exporrecti, tempore mutationis sese contrahant, itidemque breviantur: quod quidem tum jam fieri incipit, quando Vermis iste in Nympham mutatur. In Animalibus sanguine rubro praeditis, Canibus v. g. & Vitulis, multoties vidi, Nervos quam frequentissime serpentum more in annulos, catenae instar, sese reduxisse; sicubi pars, cui infigebantur, contracta fuisset: id quod in Nervis Mesenterii praecipue observavi. At vero in Verme nostro Nervi aequabiliter in omni parte contrahuntur: quemadmodum in Cossu visu perquam singulare est.

Medulla Acari duodecim divisionibus, aut nodosis quasi sectionibus, interstincta esse apparet; quae tamen, quoniam minimae sunt, nec granulo fabuli majores, haud admodum distincte discerni queunt. Tenuissima eam investit Tunica, multis perreptata Fistulis Pulmonalibus, & particulis insuper Pinguedinis, quas punctis Medullae inscriptis quodammodo exprimere conatus sum, obtecta. Omnes Nervi, e Medulla prodeuntes, eadem illa Tunica fucinguntur: omnes etiam Fistulis instructi sunt Pulmonalibus, quae ad subtilissimas usque ramificationes ipsos comitantur.

Fig. VIII.
a. Quodsi Medulla a latere conspiciatur; longe ea aliter sese figuratam exhibet, quam a me depicta est: tum enim demum videre licet, Cerebrum *a* altiore locum, quam Medullam, occupare, & Medullam quodammodo incurvatam esse *b*: id, quod propterea sic constitutum cre-

aldaar beweegen, afgesonden worden. Daar onder siet men twee sterke senuwen, die haar beyde in een bol verwyden *ff*, en dan weer verdunt geworden synde, nog een kleender bolleken maaken, waar uyt twee paar Senuwen spruyten: wat dit voor senuwen syn, en wat dienst sy in de Wurm hebben, is my onbekent. Hoewel ik vast vertrouw, dat se alhier maar aan groeyen, om naderbant te dienen tot de beweging der Spieren van de Vleugelen als deese Wurm in een Vlieg sal vergroeyt syn. Voorts siet men aan weer syden uyt het Ruggemerg, seer veele subtile Senuwen gaan *g g*, die alle tot de Ingewanden, en bysonder tot de Spieren des Lichaams afgesonden worden. En eenige derselve siet men, dat nog in verscheyde takken verdeelt syn *h h h*.

Het Merg is naa proportie van de langte des Wurms seer kort, gelyk ook de Vlieg, waar in de Wurm vergroeyt, seer kort van lichaam is, waar door het nootsakelyk is, dat deese lange uytgestrakte Senuwen haar op de tyt der verandering komen in een te trekken, en meede te verkorten, het welk syn begin neemt, wanneer deese Wurm in een Pop vergroeyt. In de Dieren die een root bloet hebben, als de Honden en Kalven, heb ik menig maal gesien, dat de Senuwen haar seer veel maal als een ketting met slangwyse schakelen, kwamen in malkander te buygen, als het deel, daar sy aan vast waaren, in een getrokken wiert, dat ik besonderlyk in de Senuwen des Scheyls gesien heb: maar alhier krimpen sy egaal in malkanderen, dat in den Houtwurm bysonder raar te sien is.

Het Merg in de Kaaswurm schynt 12 afdeelingen, of knoopwyse inkervingen te hebben, die egter niet heel kennelyk syn, van weegens haar groote kleente, die maar als een grynken sand is. Sy wort bekleet met een seer dun vlies, daar veele Longpypen in verspreyt syn, en dat met Vetdeekens bekleet is, 't geen ik uytbeelde door de stip-pelen, die ik daar op geteekent heb. Alle de Senuwen, die uyt het Merg gaan, die syn van het selve vlies bekleet, en alle syn sy meede voorsien met Longaderen, dewelke haar versellen tot de alderfynste takskens.

Als men het Merg op zy besiet, soo heeft het een heel andere figuur, als daar ik het in afgebeelt heb. Want dan siet men dat de Hersenen *a*, hoger als het Merg geplaatst syn, en het Merg is eenigfins krom geboogen *b*, het geen ik geloof te geschieden om de Slokdarm, die van de Keel tot

diderim, ut Gulæ, a Faucibus ad Ingluviem, Intestini instar, descendenti, liberior concedatur transitus. Hinc est, quod Cerebrum supra Gulam collocatum sit, & Gula vicissim, atque Ventriculus, Medullæ, Nervisque ex hac pullulantibus, innitantur: ut ideo Medulla proprie, in prona corporis regione, Musculis Annulorum Abdominis incumbat Pinguedine circumfusa.

Musculorum, qui corporis Annulos in hoc Verme movent, constructio admirabilis est. Tres eorum species diversas in sola anteriore Thoracis regione detexi: quosdam nimirum obliquos descendentes, bivalentes *aaa*; tum latos aliquot transversales *bb*; tandemque nonnullos obliquos ascendentes *cc*. Adeo autem eleganter fiti sunt hi Musculi; ut omnes sane artis pictoriæ, graphicesve, magistri suam confessuri essent inficitiam, si illos pro dignitate repræsentare susciperent. Imo, si, quidquid notatu dignum in iis occurrit, accurate exprimere quis vellet, Icones huic conficiendæ forent vel vigecuplo majores. Musculis tamen, quos obliquos descendentes, bivalentes, adpellavi, nominatio isthæc proprie haud competit: videntur enim quinque instructi esse tendinibus; quorum unus in Musculum sibi proxime adjacentem, quatuor vero reliqui in Annulos corporis pergamenos, quos movent, inferuntur: quod quidem aliqua ratione depictum sistere conatus fui; si quidem ineffabilis Operum DEI magnificentia figuris exhiberi potest. Infinitæ Fistulæ Pulmonales per hosce Musculos distribuuntur: at vero Nervorum in eos infertiones hæcenus plene videre mihi non licuit: ut ideo heic, quemadmodum in multis aliis rebus, aqua mihi hæreat.

Quantum ad Cor, quod albidum sive aqueum Animalculi hujus sanguinem vehit, id quidem ob summam suam teneritudinem & subtilitatem, detegere haud potui. Novi tamen situm ejus superne in Dorso esse, haud aliter ac in Bombycibus; quippe qui ibi loci micans id & se movens conspexi.

QUOMODO CARI IN CASEUM DEVENIANT, atque ipsi putredinem in eo producant, nequaquam ex putredine nascentes: accedunt alia insuper rariora observata.

Hæcenus enumeratæ partes, Vir Illustrissime! eae omnes sunt, quas in minuto hocce Animalculo detegere potui. Judicent nunc fana quævis ingenia, utrum Animans, in quo

de Krop als een Darm neerdaalt, een bequamer doortogt te geeven, door het gat in het begin des Mergs: waar door het gebeurt, dat de Hersenen boven op de Slokdarm geplaatst syn, en de Slokdarm met de Maag rusten weer op het Merg en de uytgaande Senuwen; hebbende het Merg eygentlyk haar plaats tusschen het Vet, onder op de Spieren van de ringen des Buys.

Verwonderlyk kunstig syn de Spieren van maaksel, die de ringen des lichaams in dit Dier beweegen. Drie onderscheyde soorten heb ik daar alleen voer aan by de Borst ontdekt, als eenige schuyns neergaande *aaa*, en dan eenige breede dwarse *bb*, en voorts eenige schuyns opgaande *cc*. Haar situatie is soo fraay, dat alle schilders en teekenaars bekennen souden de kunst niet te verstaan, indien sy haar naa waarde wilden uytbeelden. En men sou figuren moeten maaken, die twintig maal groeter waaren, indien men dit regt sou willen uytbeelden. De schuyns neergaande tweebuykige, die komt ook eygentlyk deese naam niet toe, alsoo het schynt, dat die Spieren vyf peesen hebben, waar van de eene in de Spier, die naast aan hem leyt, ingeplant wort, en de andere vier in de pergamente ringen des lichaams, die sy beweegen, dat ik eenigsins getragt heb af te beelden: indien de onuytspreekelyke heerlykheid der werken GODS door afbeeldingen te vertonen is. Oneyndige Longpypen door loopen deese Spieren, maar de inplantingen, die de Senuwen daar hebben, die heb ik nog niet ten vollen kunnen sien, waarom ik daar voor staa, gelyk voor veele andere dingen.

Wat het Hert belangt, het geen het witte of wateragtige bloet van dit Dier voert, dat heb ik niet kunnen ontdekken, van wegens syn teerheid en groote subtielheid. Het heeft syn plaats boven in de rug, gelyk in de Zydewurmen, al waar ter plaatse ik het heb sien kloppen, en door het vel sig beweegen.

HOE DE WURMEN IN DE KAAS KOMEN,

En aldaar de verrotting zelfs veroorsaken, sonder dat se uyt verrotting groeyen, met andere rare observatien.

De opgetelde leeden, die ik beschreven heb, dat syn alle de Leeden myn Heer, die ik in dit kleene Dierken heb kunnen ontdekken. Ik laat nu alle verstandige geesten oordeelen, of een schepsel, daar

tantum artificii, ordinis, inventionis, sapientiae, imo ipsa Omnipotentis DEI dextera sese manifestat, ex putredine, aut casu fortuito, prognasci queat! Nonne vel ipsa intelligentia aliter ut censeat necesse est? Omnino sane. Quin illustris etiam Redi abunde evicit, istam Animalium ex putredine generationem, humore & calore, ut ajunt, adjutam, merum esse figmentum, solis duntaxat Gentilium Philosophorum, altiore originem ignorantium, placitis innixum.

Modum, quo Acari ex Muscis, Ovula sua in Casei rimas ponentibus, proveniunt, Cl. Redi ad amussim explicat. Id tamen addendum habeo, quod Uterus harum Muscarum extremo terminetur adeo subtili; ut vel minimam in aperturam sese insinuare, atque admodum profunde penetrare queat. Praeterea etiam notatum velim, quod, quae in Caseo observatur putredo, revera per ipsos Vermes ibi producatur: comminuunt enim hi Caseum in exiguas particulas, foeces suas in eum deponunt, saliva insuper sua inquinamentum augent; ut hinc, si vel minimum putredinis initium in Caseo, Vermibus hisce infestato, detur, necessario major mox putrefactio excitetur. Vidi sane Caseum siccum, quem ejusmodi Muscis de industria oggeram, ut in eo Ovula sua reponerent, breve intra tempus ibi loci humidum evasisse, ubi Ovula ista sita erant, atque in Vermes accreverant; quamvis Caseus antea integer & incorruptus fuisset. Observavi etiam, Casei putredinem plurimum augeri, si quando horum Vermium nonnulli in eo moriantur: quod quidem saepius contingit, semperque contingat necesse est, cum Vermes isti, quo tempore in Nymphas abituri sunt, humiditas Casei partes deserere nequeunt: nisi enim tum sicco loco decumbant, atque indurari possint, certissima eos mors manet. Animadverti quoque, quod Vermium horum nonnulli alios quandoque intus in corpore suo reconditos gesserint Vermiculos, adeo quidem minutos, ut aciem Oculorum fere fugerent. Quum vero eos inde protraxissem; vidi, quod forma propemodum similes essent majoribus: quanquam tamen alio penitus modo procedebant. Quin microscopio insuper detexi, Fistulas etiam Pulmonales, aliasque partes, quae transparebant, in istorum Vermiculorum corpore reperiri.

Difficillimum quidem est explicatu, quam ratione Vermes in Animantibus viventibus generentur: cujusmodi v. g. in Jecore Boum, Re-

soo veel kunst, order, inventie, wysheid, en een almachtigen arm GODS in bespeurt wort, wel uyt verrotting, of by geval sou kunnen voortkomen. Het verstant selve myn Heer, behoort dat niet van neen te oordeelen? gewisselyk jaa. En de vermaarde Redi heeft ook genoeg beweesen, dat deese groeying der Dieren uyt verrotting van vogtigheid en warmte, soo men voorgeeft, een enkele fabel is, die niet steunt, als op de gevoelens van de Heydensche Philosophie, die geen hoger oorspronk kent.

De manier, hoe deese Wurmen uyt Vliegen komen, die baar Eyeren in de reeten van de Kaas leggen, dat explicieert de Heer Redi ten vollen; waar by men doen kan, dat de Lyfmoeder der Vliegen in baar uytseynde soo subtiel is, dat se tot de minste openingen baar kan invlyen, en daar seer diep in ryken. Als ook, dat de verrotting in de Kaas eygentlyk door de Wurmen selfs aldaar veroorzaakt wort, want sy brieselen die in veele stukkens, sy loosen daar in baare wylicheden, en sy beuylen die met baar kwyl. Soo dat het minste begintfel van verrotting, 't geen in de Kaas is, daar deese Wurmen in komen, datelyk tot een grooter verrotting door baar wort. Want ik heb gesien, dat drooge Kaas, daar ik deese Vliegen baar Eyeren in liet leggen, in een korte tyt nat en vogtig wiert, op de plaats, daar sy baar op hielden, en in Wurmen vergroeyt waren, niet tegenstaande dat die Kaas gaaf en gesont was. Ook heb ik gesien, dat de verrotting in de Kaas seer vermeerderd, als eenige van deese Wurmen daar in komen te sterven, dat dikmaals gebeurt, en het gebeurt altyt, indien sy daar niet buyten kunnen kruypen, om in Poppen verandert te worden. Want als dan sterven sy nootsakelyk, ten sy dat se daar droog leggen, en verhart kunnen worden. Ik heb ook geobserveert, dat eenige Wurmen nog binnen in baar lichaam andere Wurmen beslooten hadden, maar soo kleen, dat se bykans onsigtbaar waaren. En als ik se daar uyt getrokken had, soo sag ik, dat se bykans van het selve fatsoen waaren als de groote, hoewel dat se op een heel andere manier voort gingen, en het vergrootglas ontdekte my, dat se binnen in baar lichaam ook Longaderen hadden, en andere deelen, dewelke daar door scheenen.

Hoe de Wurmen in de levende Dieren voortkomen, gelyk men die siet in de Lewers der Ossen, de Nieren der Honden, en selfs in de Bloetvaten, als

Renibus Carnum, & in ipsis etiam vasis sanguineis, juxta ac Cl. *Ruyfchius*, Celebrerrimus Anatomicus, & Chirurgiae Praeceptor Amstelaedamensis, observavit, deprehenduntur. Quantum ad me adinet; fateor ego, tam pauca mihi circa hanc rem experimenta solida suppetere, ut haecenus nihil omnino in ea videam: etiamsi multos, modisque multifariis constitutos, Vermes in viventibus & se moventibus tam terrestrium, quam aquatilium & aëriorum, Animalium corporibus conspexerim. Attamen nihil quidquam solidi certive heic pronunciare valeo.

Unicum id *Otto Marsilius*, dum viveret, Florum atque Insectorum Pictor celebris, mihi narravit; sese vidisse, quod, cum Erucae ponenda cute sua occupatae sunt, aut hanc recentissime exuerunt, etiamnum inde languescentes, minutae quaedam, majoresque etiam, Muscae eas perforant, atque Ovula sua in corpus earum insinuant, e quibus deinde Vermiculi illi proveniant, qui communiter & quotannis intra Erucas inveniuntur. Haud diffiteor, rem hanc mihi huc usque nondum esse visam: at si vera foret, generatio omnium illorum Animalculorum, quae in Animalium majorum visceribus deprehenduntur, forte quam facillime explicari posset; modo omnia illa pariter in Muscas, aut alia Insecta, rursus procreverent: quod quidem haecenus itidem nondum observavi, neque unquam expiscari potui; quamvis diu multumque in hocce mutationis modo investigando desudaverim. Quodsi autem ponamus veram esse mox recitatam narrationem, nonnullasque Arterias aut Venulas sic perforari, & in has Ovula ingeri; absque ulla profecto difficultate concipere licet, quomodo ista Animalculorum semina deinceps, ope sanguinis in circulum acti, ad omnia viscera deferri queant. At vero cuncta isthaec spissis etiamnum tenebris, nonnisi insigni luce demum discutiendis, involuta latent. Interim ex Ape tamen ejusque ictu consideratis facile videtur comprehendi posse, quam ratione Animal, foris accedens, materiem in nos valeat invehere, magnas mutationes producentem: Apis enim, ictum nobis infligens, integram veneniguttulam tum temporis in corpus nostrum ingerit. Quo pacto Ovula in plantas deveniant, alibi explicui; quum hujus non sit loci.

Quantum autem ad illam adinet opinionem, qua statuitur, Intestinatorum Vermiculos ex Animantium quibusdam Ovulis, a nobis de-

als de Heer *Ruyfch*, *Vermaart Ontleedkundige en Voorleeser der Heelkunde te Amsterdam* geobserveert heeft, dat heeft groote swaarigheid om te explicereen. *Wat my belangt, ik heb soo weynig vaste experimenten daar omtrent; dat ik beken, daar in nog t' eenemaal blint te sijn. Hoewel ik verscheyde Wurmen, en dat op veelderley manieren, in de levende en bewegende lichaamen gesien heb, soo wel in die op het lant, als in het water, en de lugt leeven. Soo dat ik daar het alderminste niet van kan seggen, dat wesenlyk is.*

Alleen is my van Otto Marsilius, vermaart bloem en Insecten Schilder in sijn leeven, verbaalt, dat hy gesien heeft, wanneer de Rupsen op haar vervellen laagen, of dat se effen haar vel uyt getrokken hadden, en magteloos waaren, dat se dan van sommige kleene, en ook grooter Vliegen doorboort wierden, die baare Eyeren daar in brogten, en waar uyt hy seyde, dat de Wurmen voort quamen, die men gemeenelyk, en alle jaaren, in de selve bevint. Ik moet meede bekennen dit nog niet gesien te hebben; maar indien het waar was, soo was mogelyk de voortteeling van alle die Dieren, die men in de Ingewanden der Dieren vint, seer ligt te explicereen, indien sy haar maar in Vliegen of andere Dieren weer quaamen te vergroeyen, dat ik meede tot nog toe niet geobserveert hebbe: en na welke manier van verandering ik lang gesogt, maar nooit gevonden heb. Dit doorbooren dan waaragtig synde, en dat daar eenige Slagaderlyke of aderlyke vaten quaamen doorboort te worden, en dat daar Eyeren in gebrogt wierden: soo viel het makkelyk te begrypen, hoe de saden der Dieren tot alle ingewanden, door middel van het circuleerende bloet, tot alle ingewanden souden kunnen over gevoert worden. Maar dit sijn alle donkere dingen, die nog een groot ligt verwagten. Alleen dunkt my valt het ligt uyt de Honingbye en sijn steek te begrypen, hoe dat een Dier van buyten komende, in ons een materie kan brengen, die daar een groote verandering maakt, want hy voert op die tyt een gansch droppelken sijnyn in ons lichaam. Hoe de Eyeren in de planten komen, is op een ander plaats van my verhandelt, als hier niet te pas komende.

Maar wat dat gevoelen belangt, dat de Wurmens der Darmen uyt eenige Eyeren van Dieren, die men door geflokt sou hebben, haar oorspronk

glutitis, ortum ducere; risu ea magis digna est, quam rectae rationi congrua: nisi quis simul adfirmare voluerit, quod femina ista de ejusmodi sint Animalculis, quae ipsa in aliorum Animalium Intestinis jam vivunt atque nutriuntur. Secus certè admitti isthaec opinio nulla ratione potest: quum in rerum Natura nunquam fieri soleat, ut Animal in locum tantopere diversum transponatur, alioque alimento, tam insigniter ab eo, quo ante nutritum erat, discrepante, impertiatur. Accedit insuper, quod tale Insectum tunc quoque in calore Intestinorum, & humoribus per haec fluentibus, vivere deberet: id; quod profecto sanus nemo cogitaverit.

Deinde generatio etiam Animalium nullatenus casui obnoxia est. Quodlibet determinato suo gaudet tempore, loco, vivendi modo, & peculiari alimento. Easdem quotannis videmus genituras, constante & inviolabili Naturae ordine atque lege immutabili limitatas: prout Cl. Redi alia occasione pariter animadvertit. Hanc observationem ejusdem semper speciei Vermes, rubro, flavo, viridi, albove sanguine praeditos, in Animantium Visceribus deprehendimus.

In folis Erucis quadruplicem observavi ordinem, constantem, quo Vermes, in earum internodiis delitescunt, tandem inde foras prorepunt. Primus quidem in eo situs est, quod unus pluresque Vermes Erucam perforant, interficiant, simulque ex ipsius cute in lucem prodeant. Alter obtinet, cum duo vel tres Vermes suam perforant & occidunt Chrysalidem, tumque e cute ejus prorepunt. In Tertio unus vel plures Vermes Erucam enecant, & intra cutem ejus permanentes, viscera intus omnia consumunt; quo peracto demum aridam Erucae pellem perterebrant aut morsu efforant. Quartus is est, quo unus vel multi Vermes Chrysalidem interimunt, totamque penitus exedunt, ac postea tandem exsiccatam ejus cutem perfodiunt.

Sunt tamen alia insuper haec consideranda. Et primo quidem, quod, si unicus fuerit Vermis, qui Erucam perforat, & postmodum inter hanc & hujus textum confidet, is deinde ibi loci novam quoque telam ovatam, albescentem, ipse conficiat, in qua Nymphae prius, tandemque Muscae habitum induit. At vero, quando plures sunt Vermes, qui Erucam perfodiunt & vita privant; tunc omnes subter Erucae perforatae Ventrem sese conferunt, ibique auream singuli telam sibi parant, in qua cutem suam

souden neemen, dat is meer belagcbelyk als reedelyk: in geval alleen dat men sou willen staande houden, dat het saaden van sodanige Dieren waaren, die al recde in de Darmen van andere Dieren leefden, en daar gevoet wierden: want andersins kan dit gevoelen geensins toe gestemt worden, alsoo het noit in de Natuur gebeurt, dat een Dier soo merkelyk verplaatst wort, en een ander voetsel, soo seer verschillende van syn voorgaande, gegeven, waar by dat bet in de hette der Darmen, ende door passerende vogtigheeden nog sou moeten leeven, dat seker redenloos om te denken is.

En ten anderen soo is de voortteeling der Dieren in het alderminste niet toevallig, yder heeft syn geordeneerde tyt, plaats, manier van leeven, en bysondere spys, en alle jaren siet men deselve voortteelingen, door een stantvastige en onschendbaare order en regel in de Natuur, die onveranderlyk is: gelyk de Heer Redi in een ander subject meede aanmerkt. Daarom syn het altyt deselve Wurmen in de Ingewanden der Dieren, die root, geel, groen, en wit bloet hebben.

In de Rupsen alleen heb ik een vierderley constante order geobserveert, op welke dat de Wurmen, die in haar Ingewanden syn, eyndelyk daar uyt voort kruypen. De eerste is, dat een of veele Wurmen de Rups door booren en dooden, en te gelyk buyten syn buyt kruypen. De tweede is, dat twee a drie Wurmen syn gulde Pop door booren en dooden; en dan ook buyten syn buyt kruypen. De derde is, dat een of veele Wurmen de Rups dooden, en syn Ingewant heel verteeren, blyvende in de buyt der selve; ende daar naa soo doorbooren of doorbyten sy eerst die drooge buyt van de Rups. De vierde is, dat een of veele Wurmen de gulde Pop dooden, en t' eenemaal op eeten; en daar naa soo doorgraven sy de drooge buyt der selve.

Waar by men nog considereeren moet, eerstelyk dat de eene Wurm, die de Rups doorboort, en dan tusschen hem en syn spinsel kruypt, dat by aldaar selve een nieuw ovaal witagtig spinsel maakt, waar in by tot een Pop verandert, en die in een Vlieg. En weder om de veele Wurmen, die de Rups doorbooren en doden, die begeeven haar alle onder de buyk van de doorboorde Rups, alwaar sy yder een gout-geel spinsel maaken, en in dat spinsel trekken sy haar vel af, en sy vergroeyen

fiam exuunt, atque porro in Nymphas, haecque demum in totidem Muscas, mutantur.

Secundo: duo illi vel tres Vermes, qui Chryfallidem perforant, & ex ea prorepunt, nequaquam cutem suam tum mox exuunt; verum solummodo sese contrahunt, & deinceps tredecim distinctos ex ordine colores gradatim prae se ferunt; quorum tamen ultimum duntaxat retinent, tandemque, intra non depositam cutem suam, in Nymphas, & haec in duas tresve Muscas vulgares, mutantur.

Tertio: unicus ille Vermis, qui, Erucam exedens, hujus intra pellem permanet, quandoque etiam stamina ibi ducit, ac postmodum Nympha evadit, quae porro in Muscam, Pseudosphecae similem, mutatur. In arefacta autem istius Erucae pelle tunc excrementa quaedam, nec non tunica, quam Vermis, in Nympham abiens, exuit, quin & exuviae, quas deposuit; cum in Pseudosphecam mutaretur, inveniuntur. At vero minuti Vermiculi, qui in Eruca sua manserunt, haudquaquam textum ibi conficiunt; quamvis simili ratione, ac modo de Pseudospheca narravimus, in Muscas excrescant, & tum ex Erucae cute, quam morfu multis perviam reddunt foraminibus; prorumpant.

Verum Quarto: unicus Vermis, qui in Chryfallide moratur, intra hanc eundem tenet, excrementa sua ponit, atque simili modo in Pseudosphecae speciem mutatur, uti paullo ante de Verme intra Erucam commorante commemoravimus. Quodsi autem Chryfallidis istius alterum latius eo tempore, quo Vermis intus delitescens nondum mutatus est, aperiatur; patentem hic rimam obducta ilico tela rursus claudit. At multi, qui intra Chryfallidem manent; Vermiculi nec stamina ibi ducunt, nec etiam sese contrahunt; sed in multas tantum exiguas Nymphas, quae tandem in totidem Muscas mutantur, procreant. Hae Muscae, singulari admodum structurae elegantia insignes, alias unum, alias plura foramina in arida Chryfallidis cute mordendo sibi parant, per quae demum in lucem erumpunt.

Omnia autem isthaec; eadem semper lege Naturae constantissimâ ac penitus immutabili, quotannis ita fiunt; ut nulla unquam accidentalit, vel casu fortuito nata, mutatio interveniat aut accedat. Imo tam regularis in hisce observatur stabilitas; ut Erucarum atque Chryfallidum illarum, in quibus ejusmodi generationes futu-

yen daar in tot Poppen, en die eyndelyk tot veele Vliegen.

Ten tweeden, die twee a drie Wurmen, die de gulde Pop doorbooren, en daar buyten kruypen, die trekken haar alleen te samen sonder te vervellen, op welken tyt men haar na vervolgens dartiender hande distincte couleuren siet vertoonen, waar van sy de laatste alleen behouden, en dan veranderen sy in dat onafgeleyde vel in Poppen, en die in twee a drie gemeene Vliegen.

Ten derden, de eene Wurm, die de Rups verteert, en aldaar in syn huylt blyft, die spint ook somtyts daar in, en daar na wort hy een Pop, en voorts tot een Vlieg, die de bastert Wespengelyk is. En in het Vel van de droge Rups, daar bevint men als dan eenige vuyligheden, als ook het vlies, dat deese Wurm afstroopte, doe hy een Pop wiert, en dan syn vlies, dat hy af gestroopt heeft, doe hy in een bastert Wesp veranderde. Maar de kleine Wurmkens, die in de Rups blyven, die spinnen daar niet in, hoewel sy op deselve wys, als van de bastert Wesp gesegt is, in Vliegen vergroeyen, en als dan de huylt van de Rups door veele openingen haar door byten.

Maar wederom ten vierden, de eene Wurm, die in de gulde Pop blyft, die spint daar ook in, by looft daar syn vuyligheden, en hy verandert mede in een soort van een bastert Wesp, als terstont gesegt is van de Wurm, die in de Rups blyft, en als men de gulde Pop aan een syde opent, soo spint hy, nog Wurm synde, de opening weer toe. Maar de veele Wurmkens, die in de gulde Pop blyven, die spinnen niet, nog sy trekken haar ook te saamen, maar sy vergroeyen alleen in veele kleine Popkens, en die alle in soo veel Vliegen, dewelke somtyts een, en somtyts veele gaten in de drooge huylt van de gulde Pop byten, daar se door in de ope lugt haar begeeven; synde deese Vliegkens seer curicus en fraay van maaksel.

En dit geschiet alle jaaren, door een constante order in de Natuur, die onversettelyk is, sonder dat daar eenige accidentele of casuele veranderingen by komen. Faat het gaat soo regulier in syn werk, dat men de Rupsen en gulde Poppen kan onderscheyden van de andere, waar in deese soort van generatie sal geschieden. En bysonderlyk soo blykt dat

futurae sunt, ab aliis etiam internosci queant. Id vero potissimum in primo ante descripto modo, quo multi Vermiculi Erucam perforant, manifeste patet: quando enim Vermiculi subter Erucae, quam perforarunt, Ventrem sese conferunt, Eruca simul, iis ut locum cedat, Ventrem quoque suum elevat: imo, etiamsi vulnere haec lethali tum affecta sit, generali tamen texto omnes Vermium telas peculiares quam sollicitissime adhuc includit & connectit, praecautura, ne eae dispergantur: quo prius peracto intra bidui deinceps vel tridui spatium moritur.

Quapropter sane omni cum ratione concludo, quod, si memorata Erucae perforatio & interemptio casu fortuito fieret, nec ordinate ac consulto ante constituta foret, vulnerata ista Eruca tantam interfectorum suorum curam minime habitura esset; ut eos texto generali obvolvens a pluviae & ventorum injuriis defendaret, quippe saepius proxime sequenti demum anno in Muscas transmutandos.

Is ipse ordo autem in aliis omnibus, supra recensitis, tam Erucarum, quam Chrysalidum, perforationibus, interfectionibus, corporisque & interaneorum consumptionibus, pariter animadvertitur. Unde sola sane inscitia atque stupiditas nostra est, quae effecit, ut, nimis praecipitanter judicantes, Naturae artificia putredini, tanquam causae, adtribuerimus. Quo de effato securi deinceps tam Eruditi, quam plebleji Homines, in utramque aurem conquieverunt; neque interim cogitarunt, quod sua ipsorum praejudicata opinio, atque in pervestigandis DEI Operibus segnities, soli illi fontes sint, qui universales ejusmodi errationes, quibus veritas abscondita & obsignata est, in medium protulerunt.

Hanc ob rationem mirabilia Domini opera animo quam attentissimo perlustremus, atque accuratissime quoad omnes suas condiciones examinemus oportet; si vera eorum imbui cognitione volumus. Neque adeo temere cum Aristotele aliisque Gentilium Philosophis statuendum est, quod eximia Operum DEI nobilitas e putredine oriatur: quamvis equidem id ipsum tamen, certa ratione acceptum, coram iis affirmare liceat, quorum oculi eousque illuminati sunt, ut Divinae lucis adminiculo cognoscant, in calamitosa hujusce vitae curriculo corruptioni omnia mortique, putredinem post se trahenti, obnoxia esse: DEI namque dextera artifex nequaquam ab Eiusdem Justitiae actionibus separanda est; quandoquidem, juxta effatum Spi-

omtrent de eerste manier, alwaar veele Wurmkens de Rups doorbooren; want als sy haar onder de buyk van de Rups begeeven, die sy doorboort hebben, soo ligt sy die ook op, om haar plaats te geeven, en niet tegenstaande dat se doodelyk gequêtst is, soo spint sy met een generaal spinsel alle die particuliere spinsels heel sorgvuldig nog te saamen, op dat sy niet verstrooit souden worden. En dan soo sterft sy binnen twee a drie daagen.

Daarom soo beslyt ik met alle reeden, dat indien dit doorbooren en dooden van de Rups toevallig was, en niet ordentelyk te vooren geordineert, dat deese gewonde Rups dan geenfins haare moorders sou conserveren, door een algemeen spinsel, dat haar voor reegen en wind bewaart, alsoo deese Wurmkens dikmaals eerst het jaar daar aan, in Vliegen vergroeyen.

En soo ordentelyk gaat het ook toe, met alle de andere beschreeve doorbooringen, dodingen, en verteeringen van het Lichaam, en de Ingewanden der Rupsen en gulde Poppen. Synde het alleen onse domheid en onwetentheid, dewelke door een voorbaarig oordeel de kunstwerken der Natuur aan de verrotting toe geschreven heeft. En daar op hebben de wyse en gemeene lieden gerust geslapen, sonder te denken, dat haar luyheid en vooroordeel in het naa laten van de werken GODS te onderzoeken, alleen de oorfsaken van haar algemeene dwalingen syn geworden, waar door de waarheid verborgen en versgelt is geworden.

Daarom soo moet men de wonder werken des Heeren met alle attentie bemerken, en in alle haar omstandigheeden onderzoeken, sal men tot haar kennisse komen: sonder soo ligtveerdig met Aristoteles en andere Heydensche Philosophen te seggen, dat de heerlykheid der werken GODS de verrotting voor een oorspronk heeft. Hoewel dat in seekere opsigten kan en mag gesproken worden, voor die siende oogen hebben, en die door een Goddelyk licht erkennen, dat in dit rampsalig leevèn alles het verderf, en de dood met de verrotting onderworpen is. Want men moet de hand GODS van deese daaden syner gerechtigheid niet afscheiden; alsoo het Schepsel selfs sugt onder syn verderf, en na de vryheid haakt, als de Geest

Spiritus DEI, qui vel cum Animantibus quoque foedus inivit, ipsa Creatura sub corruptela sua ingemiscit, & libertatem suspirat.

Verum vulgaris illa, brutis, quam homine, dignior, opinio, quod Animalia ex putredine etiam prognascantur, & casu fortuito accrescant, fanae profecto rationi e diametro opposita est, & Atheismum sapit, neque vel umbram quidem experientiae aut veritatis prae se ferens sola nititur foecordia, praejudicio, fatuitate, & errore: id quod tanto certe minus negari potest, quoniam in minutissimo quoque Animalculo tantumdem ordinis, artificii, inventionis, decoris, sapientiae, & omnipotentiae, animadvertitur, quantum in constructione viscerum Animalium vastissimorum. His namque majoribus reliqua omnia Animantia, ratione Cerebri, Nervorum, Musculorum, Cordis, Ventriculi, Intestinorum, Genitalium, & aliarum ejusmodi partium, similia sunt: ut ideo revera adferere liceat, quod DEUS unicum tantummodo fabrefecerit Animal, idque per infinitè varias membrorum figuras, flexus, convolutiones, & extensiones, veluti absconderit atque interstinxerit, discrepantem insuper indolem, diversumque vivendi modum & victum, singulari cuilibet speciei impertitus.

Quemadmodum Erucae, quae in Papilionibus mutantur, plerumque Vermes, e quibus Muscae procreantur, continent; ita Vermes, qui in Scarabaeos abeunt, quam frequentissime Vermiculos ejusmodi, qui in minores Scarabaeorum species mutantur, intra viscera sua fovere animadvertuntur: Caeterum vero in posterioribus hisce idem ordo & modus, quem circa Erucas ante exposui, locum habet. Unde tandem concludo, ex putredine nihil prognasci; sed generationes omnes regulariter ordinatas esse. Et sane si Physiophili rite examinassent, quanam sit natura putredinis, cum haec in Creatura quadam, Animante, vel Animantis parte, quae computrescit suumve in aethera resolvitur, obtinet; porroque illam considerassent putredinis speciem, quam Vermes vel in aliis corporibus, vel in suis ipsorummet partibus, excitant, & necessario excitare debent: dudum a stupidae istius ignorantiae laqueis semet expedire atque liberare potuissent.

Utrum denique Acari ab iis, quos continent, Vermibus etiamnum in Caseo degentes perforantur; an vero postea demum, quando in Nymphas mutati sunt; nulla haecenus observatio-

Geest GODS seyt: die ook syn verbont met de Dieren gemaakt heeft.

Maar dat gemeene beestagtige gevoelen, van dat de Dieren uyt de verrotting selfs souden gebooren worden, en casueel aan groeyen, dat is reedenloos en arbeitstisch, en sonder de minste schaduw van ervarentheid of waarheid, en het steunt alleen op achteloosheid, voor oordeel, onverstant, en dwaling: en dat te meer, om dat in het alderminste Dierken soo veel order, kunst, inventie, heerlykheid; wysheid en almachtigheid te speuren is, als in de constructie der ingewanden van de aldergrootste schepselen. Met de welke dat alle Dieren, omtrent de Hersenen, de Senwen, Spieren, Hert, Maag, Darmen, Teel-leeden en soo voorts over een komen: soo dat men met waarheid kan seggen, dat GODT maar een eenig Dier geformeert heeft, en dat onder oneyndige gestalten, buygingen, samen windingen, en uytrekkingen van leedematens verborgen, en onderscheyden heeft: waar by by dit selve een verschilligen aart, manier van leven, en voetsel heeft toe geschikt.

Gelyk de Rupsen, die in Kapellen veranderen, meest Wormen in haer hebben, die tot Vliegen vergroeyen: soo siet men, dat de Wurmen, die in de Schalbyters vergroeyen, meesten tyt Wurmkens in haer ingewanden besitten, die tot kleender soorten van Schalbyters aangroeyen, dat dan op deselve order en manier toegaat, als van de Rupsen geseyt is: waar meede ik dan besluyt, dat 'er niet uyt verrotting voort komt, maar dat alle voortteelingen gereguleert syn. En soo men wel ondersogt had, wat de verrotting in eenig Schepsel; Dier, of gedeelte van een Dier was, het welke verrot, of in syn lugtstof sig resolveert: met dan dit soort van verrotting, dat de Wurmen in de lichamen of haer deelen selfs veroorsaken, en nootsakelyk veroorsaaken moeten: men had al lang uyt de strikken deeser domme onwistentheid ontknoopt en ontwaart geweest.

Wat de Wurmen in de Kaas belangt, en of sy door haare Wurmen aldaar meede doorboort worden, dan of dat in haer Pop geschiet, daar heb ik tot nog toe geene observatien van: alsoo ik dee-

vatione mihi innotuit: neque enim, nisi quinque vel sex abhinc hebdomadibus, experimenta ista primum accuratius perpendi; nec antehac unquam haecce Insecta de industria examinavi. Attamen interea temporis mortuos quosdam & putrescentes Vermes rubro, purpureo, lividoque colore distinctos, in Caseo reperi, hujus qui foetorem atque putredinem valde augebant, & amaritiam ei longe acriorem conciliabant.

MODUS, QUO ACARI IN NYMPHAS MUTANTUR.

Acari in Nymphas abituri plerumque Caseum derelinquunt, atque huc, illuc, profiliendo aliorum sese conferunt; donec tandem elapso tridui quatrduive spatio omnem suum motum penitus amittant, rigidique obdurescant. Animadverto pariter, isthanc Vermium horum mutationem promoveri quoque posse, si ipsis, cum satis adulti sunt, in siccam cistellam inclusis, alimentum subducatur. Vidi sic, exiliores quosdam Acaros duarum triumve hebdomadam spatio absque pabulo superstites fuisse, tandemque interiisse; quandoquidem eorum membra nondum ad eam usque magnitudinem sub cute accreverant, quae ad formam Nymphae induendam requiritur. Haec autem in Nympham mutatio sequenti modo perficitur.

Primum quidem Acarus Annulos corporis sui arte ad se mutuo adducit & in rugas contrahit; ut ideo propemodum altero tanto tunc minor, quam ante erat, evadat^a: qua de causa dein evenit, ut ordo Annulorum corporis ejus observatu nonnihil obscurior fiat. Inter Annulos istos media Cutis, exiguis corrugata plicaturis, sese tunc simul compingit. At anteriore tamen regione Rostrum *a* adhuc quodammodo conspici licet; posteriore autem corporis Tubercula *b*. Caeterum vix quidpiam singulare circa Animalculi hujus formam sub id tempus considerandum datur; quum cutis ejus tum quoque diaphaneitate sua orbetur. Vermis, retenta etiamnum cute sua, dictum in modum contractus, pedetentim colore mutatur eoque; donec ex albo in rutilum, Minio destillato nonnihil accedentem, abeat.

Expertissimus D. Redi, qui paucis verbis historiam Acari descripsit, mutationem istam cum illa Chrysalidum & Nympharum congruere ait; neque tamen exponit, quidnam reve-

se experimenten niet als voor een week vyf a zes geconfidereert hebbe, sonder dat ik deese Dieren ooit voor deesen heb naukeurig ondersogt. Maar ik heb in die tyt wel eenige doode en verrottende Wurmen, van een rode purpere en blaauwe couleur, in de Kaas gevonden, die de stank en verrotting derselve seer vermeerderden, en de bittere smaak van de Kaas te grooter maakten.

DE MANIER, OP WELKE DE KAASWURMEN IN POPPEN VERANDEREN.

Wanneer de Wurmen in de Kaas in Poppen veranderen sullen, soo begeeven sy haar meestentyt buyten de selve, en men siet haar hier en daar heen springen, tot sy naa drie a vier daagen alle haar beweeging komen te verliezen, en styf en verhart worden. Ik bevinde ook, dat men deese verandering kan ligter maaken, met de Wurmen, die groot genoeg syn, in een drooge doos te sluyten, en haar het voetsel te ontnemen. Op welken tyt ik gesien heb, dat eenige kleender Wurmen twee a drie weken daar in sonder voetsel leefden, en eyndelyk sturven, om dat haar leedematen niet genoegsaam onder het vel aangegroeyt waaren, om de gedaante van een Pop aan te neemen. Dit veranderen in een Pop gaat op deese manier toe.

Eerst soo trekken sy de ringen des lichaams dicht en rimpelig in malkanderen, soo dat se ten naasten by eens so klein worden; waar door het vervolgens gebeurt, dat de order van de ringen des lichaams wat duysterder om te observeeren wort. En tusschen deese ringen in, soo rimpelt het vel in kleene plooyen te samen. Maar even wel siet men van vooren nog eenigzins de Bek *a*, en van agteren de puystkens des lichaams *b*, anders is daar niet veel bysonders omtrent de gestalte van dit Dier te considereeren; alsoo het ook de doorsigtigheid van syn vel verliest. De Wurm sig op die wys, sonder sig te vervellen, te samen getrokken hebbende, die verandert allengskens van couleur, tot hy uyt wit in een gloeyent root verandert, dat een weynig naa gedistilleerde Menie trekt.

De seer ervaarne Heer Redi, die in weynig woorden de historie van de Kaaswurm beschreeven heeft, die noemt deese verandering een overeenkoming met die der gulde Poppen en Poppen; maar

Tab. XLIII.
Fig. X.

Fig. XI. a.

b.

ra inter utramque detur similitudinis, quidnam discrepantiae. Alii vero Auctores Acaros sic confitutos vera Ova nominant: quamvis ne minima quidem ipsis ratio; cur ita sentiant, suppetat, nisi similitudo quaedam non tantum superficialia; sed quam vel imaginando etiam duntaxat confinxerunt. Videntur enim sibi videre tabula, quae revera nequaquam existunt: ut ideocum illis comparari mereantur, qui pari nunquam ratione varios sibi in nubibus imaginantur exercitus, reapse nusquam, nisi in adipe-ctantium cerebro, efformatos.

Ad me quod adinet: mutationem ego istam nomine Nymphae Vermiformis insignio; tum quoniam ea extrinsecus figuram Vermis praefert; tum quia intrinsecus, intra cutem non depositam, vera Nympha, nequaquam autem Chrysalis, reperitur. Hanc ob rationem membra etiam Nymphae intus latentis, per externam cutem quodammodo transparentia, videre licet. Verum prolixo fatis Quartum hunc Mutationum Ordinem suo loco ante explicimus.

Recondita ista Nympha, Vir Illustrissime! quam cutis externa Acari obteggit, longe elegantissima est. Ut autem conspici ea possit, necessum est cutem effringere, effractamque circumspicere & dextere a Nympha deglubere. Sic demum pulchre, in hac, futurae Muscae Caput, Thoracem, & Abdomen detegere licet: quemadmodum Icone, nativam magnitudinem exprimente ^a, repraesento. At vero ut distinctius isthaec oculis exhibeantur, idoneo opus est microscopio. Hujus enim adminiculo in Capitis parte superiore duo observantur Cornicula ^a; sub his bini Oculi ^{bb}, qui maximam Capitis partem constituunt. Infra Oculos Proboscis una cum partibus suis ^c conspicitur. Juxta Proboscidem Primum comparet Crurum ^{dd} par ^{dd}; sub quo deinceps concinno admodum ^{ee} ordine Secundum quoque par locatum est ^{ee}. Sequuntur porro Alae complicatae ^{ff}; infra quas tandem videre licet, quanam ratione Proboscis Crurum par ^{gg} Annulis corporis incumbat. Ipsi hi Abdominales Annuli ^h, atque Ani extremitas, itidem quam distinctissime cernuntur. Omnium denique memoratarum partium tam artificiosa & elegans est mutua inter se compositio; ut ex amissim describi vix valeat: id, quod tanto distinctius visui patet, si membrana peculiaris, quae Nympham hancce privatim investit, quoque amoveatur.

maar hoe sy eygentlyk daar meede over een komt, of van verschilt, dat explicceert by niet. Andere Autheuren wederom die noemen haar absolut Eye-ren, hoewel sy daar de minste reden niet toe hebben: als alleen een oppervlakkige gelykenis, die haar inbeelding nog moet formeeren: want sy beelden haar in dingen te sien, die niet in wesen syn; gelykerwys men op die manier sig verscheyde heyrleegeren somtyts in de wolken verbeeld, dewelke in der daat niet als in de hersenen van de aanschouwers syn.

Wat my belangt, ik noem deese verandering een wormswyse Pop, eerst om dat daar uysterlyk de gedaante van de Wurm vertoont wort; en ten tweeden, om dat men inwendig, in dat onafgeleyde vel, een waaragtige Pop, en geen gulde Pop bevint. En hier om kan men ook eenigzins de leeden van de verborge Pop, door het uysterlyke vel sien heen schynen, gelyk deese Vierde Order van verandering wytlopig op syn plaats beschreven is.

Deese verborge Pop, myn Heer, dewelke van het uysterlyke vel des Wurms bedekt wort, is seer fraay. En om se te sien, soo moet men de huyt open breeken, en die van deselve met voorzigtigheid en handigheid afscheyden. En als dan soo ontdekt men daar in het Hooft, de Borst, en het Lichaam van de toekomstige Vlieg, gelyk ik dat levens grootte vertoon ^a. Maar om het distinct te sien, soo is een goet vergrootglas nodig. En als dan soo ontdekt men boven aan in het hooft de twee Hoornkens ^a, daar onder de twee Oogen ^{bb}, die het grootste gedeelte van het Hooft maaken. Onder de Oogen siet men de Snuyt en syn deelen ^c: neffens de Snuyt bemerk men het eerste paar Beenen ^{dd}, waar neffens men seer ordentelyk het tweede paar Beenen siet ^{ee}. En daar onder vertoon haar de t' samen gevouwe Vleugelen ^{ff}. Onder de Vleugelen ontdekt men, hoe het laatste paar Beenen ^{gg} op de ringen des lichaams neer geleyt syn. En deese ringen des Buys ^h siet men, neffens het uyteynde van den Aars, haar meede seer distinct vertoon. En voorts syn alle deese deelen soo kunstig en sierlyk aldaar t' samen geleyt, dat men het qualyk beschryven kan: dat men te distincter siet, als men het particuliere vlies, 't geen deese Pop bekleet, daar nog afneemt.

Sub initium, quando Acarus figuram Nymphae recentissime induit, omnes illae partes Lactis coagulati colorem, fluidaeque aquae consistentiam, prae se ferunt: ut hinc, non nisi difficillimo labore, cutis de iis abstrahi queat. Quum autem nulla etiam colorum diversitate inter sese distinguantur; ideo nec satis accurate tum temporis internosci possunt. Verum decem vel duodecim dierum intervallo suam omnia firmitatem colorumque varietatem eousque nanciscuntur; ut Animalculum isthoc, intus in cute sua exuvias ponens, & singularem insuper tunicam ibidem exuens, Muscae figuram demum adipiscatur: quod quidem post retroactum diem duodecimum tandem evenit: quo tempore infirma nascentis Muscae membra plenum robur viresque suas acquisiverunt; ut cutem, qua obvolvuntur, perfringere queant. Id autem sequenti modo perficitur.

MODUS, QUO NYMPHA ACARI SUISEXPELLICULIS PRORUMPIT, MUSCAEQUE HABITUM INDUIT.

Primo animadvertitur, Nympham hanc Vermiformem paullatim obscuriore tingi colore, & saturatum suum ruborem amittere. Deinde Nympha ipsa, quae intus recondita latet, cutem Capitis in duas partes dirumpit *a, b*; simulque eodem tempore membranulam tenuissimam de universo corpore suo devolvit, quae intra venterem cutem posita relinquitur. Tum demum e cute sua prorepat Animalculum, Muscae, Alis destitutae, griseae, speciem prae se ferens. Id autem praecipuum hic admirabile est, quod eo ipso temporis puncto, quo Nympha ista sub Muscae habitu in lucem prodiit, Musca haec ilico tam expedite curset, ac si jam aliquot ante hebdomadas nata fuisset.

Dein Musca haec aliquo post tempore, anteriorum suorum Pedum adminiculo, anticam Capitis sui regionem, quae supra Cornicula est, fricat. Pars enim ista notabilem ibi loci tumorem gerit, motuque insigni pollet. Unde Musca tamdiu fricare pergit; donec tuber hoc penitus disparuerit, & intro repulsum sit. Credibile autem videtur, quod haec sit illa pars, quae antea in cute Nymphae locata fuit, & intra quam duo hujus Crura composita haeserunt. Binis porro Pedibus posticis Musca geminas suas Alas, breves, etiamnum complicatas, quam mollissime subfricat; sicque, quod admodum distincte conspici potest, maximas Alarum suarum plicas, in Nymphae Icone a me

In het begin, als de Wurm even deese figuur heeft aangenomen, soo syn alle deese deelen van couleur als geronne Melk, en van consistentie als een vloeyent water. Soo dat men met de grootste moeyte ter werelt de huys daar van moet af trekken. En alsoo deese deelen dan geen onderscheyde couleur hebben, soo syn sy ook niet heel distinct te onderscheyden. Maar binnen tien a twaalf dagen, soo verkrygt alles syn vastigheid ende coupleuren, tot dat dit Dier binnen in de huys vervellende, en daar in nog een particulier vlies affstropende, het de gestalte van een Vlieg komt aan te neemen, dat hy doet, naa de twaalf dagen gepasseert syn, en dat syn swakke leeden baar volle sterkte ende kragten verkreegen hebben, om deese huys, die baar omvangt, door te breken: het welk op deese manier geschiet.

HOE DE POP UYT SYN VLIENEN BREEKT, EN DE GEDAANTE VAN EEN Vlieg AANNEEMT.

Eerstelyk siet men dat deese wormswyse Pop allengskens donkerder van couleur wort, en syn hoog root verliest, waar op de Pop, die daar in beslooten is, syn vel aan het Hoofst in twee deelen doet op barsten *ab*; en hy stroopt te gelyk op de selve tyt een seer dun vliesken van syn gansche lichaam af, dat in de oude huys blyft leggen, daar op soo kruypt hy uyt deese huys. op de manier als een Vlieg sonder Vleugelen, en grys van couleur. En dat admirabel is, op het selve ogenblik, dat deese Pop syn geboorte tot een Vlieg bekomen heeft, soo loopt deese Vlieg soo veerdig, als of hy nu al eenige weeken out was.

Met syn voorste Pooten soo vryft hy eenigen tyt hier naa het voorste van syn Hoofst, boven de Hoornkens, het welke deel daar een merkelyk uytspuyling en beweeging heeft. En dat continueert hy soo lang, tot het heel verdweenen en ingetrokken is. Want het is te gelooven, dat dit het deel is, dat voor aan in syn huys geleegeen heeft, en alwaar hy syne twee Voeten ingeplaatst had. Met syn twee agterste Voeten vryft hy heel sachtelyk syn twee korte Vleugelen, die nog gevouwen syn, en men siet heel distinct, dat hy de grootste plooyen daar van, die ik in de Pop vertoont heb, ff daar uyt komt te ontfouwen. Het welk volbragt synde, soo rust hy eenigen tyt, dat men in een ogenblik siet, dat deese Vleugelen baar schielyk uytspannen

Tab.
XLIII.
Fig. XVI.
a, b.

want

Tab. XLIII. Fig. XIII. delineatas *ff*, repetito hoc fricatu demum explicat. Hoc peracto ea aliquamdiu conquiescit; donec tandem ictu oculi citius animadvertatur, quod Alae ejus sese subitissime dispendant. Scilicet, qui per Alas distributi existimantur, Nervuli revera non nisi Asperae Arteriae propagines sunt, juxta quas vasa insuper sanguinea decurrunt: ut hinc velocis istius Alarum expansionis rationem in aëre atque sanguine, quos Musca e corpore suo in illos canaliculos adigit, sitam esse constet. Interim haud volare haecenus potest Musca. Quodsi autem Alae sub hoc tempus faucientur; sanguis ex iis stillat: verum quando semel exsiccatae sunt; quod quidem intra horae quadrantem plene perficitur; haud unquam deinceps, licet vel penitus abscindantur, sanguinem reddunt: vasa enim siccano occluduntur. Et sane credibile est, quascunque partes membranofas, in corporibus Animalium obvias, occlusa tantummodo Vasa sanguinea esse: prout vel in ipsa Embryonum Epidermide Vasa sanguifera dari observamus, quae postmodum siccescunt atque coalescunt; quando in lucem editus est Foetus, nec cuticula tam insigniter amplius nutritur.

Musca sic nata vulgarem duntaxat ad speciem pertinet, nec multa sibi peculiaribus exhibet: quemadmodum ex binis Iconibus, quae nativa eam magnitudine repraesentant, innotescit *a*. Juvat tamen Muscae Maris, intercedente microscopio, paratam Iconem sistere, in qua Caput, Thorax, & Abdomen ejus conspiciuntur. In anteriore Capitis regione bina exstant Cornicula, brevissima *a*, quorum utriusque pilus insuper fetaceus infixus est. Pone haec Oculi comparent, satis grandes, rubescentes, & reticulati. Inter Oculos, medio super Capite, nigra exporrigitur fascia vel zona, in qua tres adhuc disparati Ocelli, trianguli in formam digesti, collocantur. Hosce Ocellos, cum Musca recentissime in lucem edita est, facilius, quam aliquamdiu post, videre licet; quandoquidem memorata illa zona a primo ortu nondum nigra est, nonnullique in ea pili defixi sunt, qui arescentes sese erigunt.

Thorax colore est fusco, ad nigrum vergente, speculique instar coruscatur, pilis fetaceis passim obsitus. Regioni ejus imae sex Crura adfixa sunt. Primum horum par propemodum nigricat *bb*. Medii paris alter tantummodo articulus, prope Pectus, simili colore distinguitur; dum interim postremi duo ejus articuli

want de Semuwkens, die men daar oordeelt in te syn, dat syn eygentlyk verlangingen der Lugtpyp, waar neffens de Bloetvaten loopen. Soo dat de reeden van dit schielyk uytspannen der Vleugelen bestaat, in de voort gedreeve lugt en het bloet, dat hy uyt syn lichaam daar in perst. Op deese tyt soo kan hy nog niet vliegen. En als men de Vleugelen quetst soo bloeden sy ook, maar als sy eens op gedrooght syn, dat alles binnen een quartier uurs geschied, soo bloeden sy nimmer meer, al snyt men se heel af, alsoo de Aderen dan sluyten. En het is te gelooven, dat alle vlesige deelen in de lichaamen der Dieren toe geslooten Bloetvaten syn. Gelyk men selfs in de huys der ongeboore kinderen siet, dat aldaar bloet aderen syn, derwelke verdroogen en haar sluyten, als de kinderen gebooren syn, en dat se soo makkelyk niet meer gevoed word.

Dit Vliegken is van de gemeene soort, sonder dat het veele bysonderheeden heeft, als uyt twee van syne figuren, die ik levens grootte vertoon, kan blyken *a*. Wanneer het syne Vleugelen geslooten heeft, soo steeken die agter over syn lichaam. Het lust my egter het Manneken onder een vergrootglas uyt te beelden, waar in men syn Hooft, Borst, en Buik vertoont siet. Voor aan syn Hooft heeft het twee korte Hoornkens *a*, daar een borstelig hayrken op yder geplaatst is. Daar agter siet men de Oogen die redelyk groot syn, en netsgewys; haar couleur is rootagtig. Tusschen de Oogen, midden op het Hooft, loopt een swarte band of soom, waar in het nog drie verspreyde Oogkens heeft, die op de manier van een triangel geplaatst syn. Deese Oogkens syn bekwamer te sien, als de Vlieg effen vervelt is, dan eenigen tyt daarna, om dat die soom dan nog niet swart is, en ook om dat hy daar eenige hayrkens geplaatst heeft, die als sy droog worden, haar over eynde regten.

adminiculo sese firmabat, Crura sua anteriora
nequaquam simul adhibens. Caeteroquin autem,
quando ambulat, anticis tantum Pedibus suis
utitur, partemque corporis postremam tunc dun-
taxat protrahit: quod ipsum etiam apud omnes
obtinere Convolvulos, pluribus Pedibus instru-
ctos; qui pariter adeo constanter in Muscas pro-
crescunt; ut nullum hactenus exemplum in par-
tem contrariam observaverim. Puncta Respi-
ratoria in corporis superficie hiantia cerneban-
tur, Fistulaeque Pulmonales per cutem trans-
parebant. In parte autem corporis postica Cor-
quoque micans, & translucens, conspiciendum
sese exhibebat.

Quando haec Eruculae adhuc minutissimae
sunt, color earum ex flavescente albedine, &
perlucido virore, compositus est; qui tamen
paullatim magis saturatur. Porro cum veluti
in cunabulis etiamnum versantur, profunde
viridis lineola, quae alimentum Ventriculo
contentum denotat, per corpus ipsarum trans-
paret. Haec vero lineola eo sensim obscurio-
rem adsequitur virorem, quo Erucula magis ado-
lescit; quae ipsa tum colorem quoque viridem
acquirit longe pleniorum, circa Ventrem tamen
ex subflavo tantillum albicans. Quin & cutem ali-
quoties in istis Verruculis mutant haec Animal-
cula, exuviisque recentissime positae albescunt.

Interna Verruculae substantia eorum pabu-
lum est, quo statim vescuntur, quamprimum
suis ex Ovis prodierunt. Sub id tempus de-
mum excrementa in Tuberculis reperiuntur;
quorum etiam sensim major accumulatur copia,
prout Eruca magis accrescit. Tam insignem
aliquando istorum excrementorum acervum in
Tuberculis offendi; ut is corpusculo ipsius Ani-
malculi vel triplo grandior esset. Verumtamen
id a pluvia proficiscitur, quae faeces illas tume-
facit;

aan de Staart twee x, dat in alles twintig Voeten
syn. Agter op het Hoofd en in de Nek, gelyk ook
omtrent de Staart, had by eenige swarte stippe-
len. Syn vel was gerimpelt als de Houtwurmen,
en hier en daar met hayrkens beset. Het agterlyf
dat rolde ende wond by in een, als de Convolvuli.
Syn middelste en agterste Beenen gebruyk-
te by niet veel, ten sy op die tyt, dat by syn
agterlyf te samen rollende, dat om de randen der
bladeren wond, en sig daar meede vast hielt, son-
der dat by syne voorste Beenen als dan kwam te
gebruyken. Maar andersins, soo wanneer by voort-
gaat, soo gebruykt by niet als de voorste Beenen,
slepende het agterlyf naa, gelyk alle Convolvuli
doen, die veele Voeten syn gegeven: en die altyt
in Vliegen vergroeyen, sonder dat ik tot nog toe
daar een contrarie voorbeelt van gesien heb. Op
het lichaam stonden de adembalende stippen, en
daar door sag men de Longaderen heen schynen,
en op het agterlyf het door schynent ende kloep-
pent Hert.

Als deese Rupsken nog heel kleen syn, soo is
haar couleur uyt een geelagtig wit, en een door-
lugtig groen bestaande, dat met der tyt hooger
van couleur word. En als sy nog maar in haar
begintsel syn, soo schynt door haar lichaam een
donker groen streepken, dat het voetsel in de Maag
is: en dit streepken word allengskens donkerder,
naa dat het Rupsken ouder word, en dan word
ook syn couleur veel groender, synde het aan de
Buyk een weynig geelagtig wit. Sy vervellen ook
eenige maalen, binnen in deese wratkens, en als
sy even vervelt syn, soo syn se witagtig.

Haar voetsel is de inwendige substantie van
het wratken. Soo draa sy uyt haare Eyeren ge-
komen syn, soo gebruyken sy dat selve, en als
dan eerst soo vind men daar vuygheden in, de-
welke, naa proportie dat se aangroeyen, ook ver-
meerdert worden. Als sy eerst geleyt syn, soo
syn se groen, en daar na soo worden sy swart. Ik
heb deese vuygheden in sulck een grooten getal
wel in het vrugtken gevonden, soo dat se de groot-
te van het lichaam van het Dierken wel driemaal

Y y y y y y z

over-

Tab.
XLIV.
Fig. I. y.

facit, & vel ipsam quoque Eruculam quandoque interficit: quod quidem evenire solet, cum haec Verrucam suam morfu jam jam perforavit. Eo autem tempore plerumque domicilia ista ab Erucis perterebrantur, quo haec ad plenam suam magnitudinem accedunt: tum enim semper efforant Tuberculum suum, factoque dein e foramine corporis sui posteriora exferunt; ut foras ejicere excrementa sua possint y. At vero, prout jam indicavimus, Erucæ pluvia potissimum tempestate eum in modum sese gerunt: nam tunc ipsarum excrementa vi aquae maxime tumescunt, ampliusque spatium occupant, quae aliter nonnisi exilia fabuli granula aequant.

Tractu temporis tota demum Verrucæ substantia tam nitide ab Erucis intus latentibus exeditur; ut, praeter extimas duas folii tunicas, nihil prorsus superfit. Hoc peracto comedere desinit Eruca: quamvis vel maturius etiam quandoque semet abstineat. Unde consideratu sane heic dignissimum est, quod Vermiculus iste in hacce excrescentia alimentum suum adeo exacte plenum inveniat; ut nunquam inopia laboret. Junii 29^{no} animadvertentem, horum Vermiculorum plurimos per oscilla suarum Verrucularum foras prorepisse: neque interim eorum ullos, vel in arbore, vel sub hac, in solo, reperire poteram. In alio quodam Tuberculo, eodem tempore a me aperto, Erucam mortuam deprehendebam. In alio autem Erucula penitus quasi contabuerat, tenuem duntaxat Pellem referens; juxta quam Vermiculus pedibus destitutus jacebat, qui forte interanea Erucæ exederat, atque dein, mutationem subiturus, foras proreperat. Verum quandoquidem incogitans Vermiculo huic vulnusculum infixeram; haud potui ejus mutationes ulterius profequi. Imo nec pro certo etiam adferere ausim, quod ab eomortuae Erucæ viscera consumpta fuerint atque perterebrata.

Ut vero tandem accuratius investigarem, quid porro istis Eruculis fiat; nonnulla Salicum folia ramulosque in cubiculum meum detuli, humidoque ibi fabulo commisi. At vel sic etiam evenit, ut Erucæ haec, Tuberculis suis derelictis, in arenam delapsae e conspectu meo sese subriperint. Quum autem mihi imaginarer, eas ob alimenti penuriam adeo velociter subfugere; aliquot etiam folia, decerptasque Verruculas, adhuc integras, super fabulo reposui. Imo massam quoque ex contusis Tuberculis

overtroffen: maar dat komt van de reegen, die haar uytdeyt, en somtyts ook het Dierken daar door wel ombrengt; het geen geschiet, als sy nu een opening in het gewaschen gebeeten hebben, dat se gemeenelyk doen, als se tot haar volkome grootte komen; want op deese tyt soo doorbooren sy altyt het wratken, en als dan steeken sy het agterlyf buyten het selve, om haare wuyligheden daar door te loosen y. Maar als gesegt is, dat doen se voornamelyk in reegenagtig weer, op welken tyt het water haar wuyligheden doet swellen, soo dat se een groote plaats beslaan, daar se andersins als kleene sandekens syn.

Met ter tyt soo word de gansche substantie van het wratken, soo schoon van deese Rupskens verteert, dat daar niet, als de twee buytenste vliessen van het blad, over blyven, en als dan soo houd de Rups op van eeten, 't geen sy somtyts ook wel eerder doet. Soo dat het considerabel is, dat het Wurmken syn volkomen voetsel in dit gewaschen vind, sonder dat het ooit gebrek heeft. Het was op den 29 Juny, dat ik bevond, dat de meeste van deese Wurmken, door de gaatkens van deese wratkens, daar buyten gekroopen waaren, sonder dat ik eenige derselwe, soo op de boom, als onder deselve op de aarde kon vinden. In een ander wratken, dat ik op deese tyt opende, daar in sag ik, dat het Rupsken gesturven was; en in een ander bevond ik het Rupsken heel uytgeteert, en als een dun vlies sig vertonende, waar by een Wurmken sonder Voeten lag, dat mogelyk syne ingewanden verteert had, en daar buyten was gekroopen om te veranderen, dan ik kwetste het onvoorfigtiglyk, soo dat ik het vervolg daar van niet hebben kunnen observeren. En ook kan ik niet eygentlyk seggen, of het de ingewanden van de dode Rups had doorboort.

Maar op dat ik nu te bekwamer sou ondersoeken, hoe het vorder met deese Rupskens ging, soo nam ik eenige bladeren en taksens van Willegen in myn kamer, die ik in vogtig sand sette. Maar evenwel sag ik, dat sy de knopkens verlieten, en op het sant gevallen synde weg kroopen. En alsoo ik my inbeelde, dat se dit deden, door dien sy voetsel gebrek hadden, soo lag ik ook eenige bladeren, en afgeplukte wratkens, die nog gaaf waaren, op dit sant. En selfs soo maakte ik een koek van gestampte wratkens, op dat se dog eeten

culis paratam ipsis obtuli; ut demum ad comedendum eas invitarem. Verum irrita erant omnia. Quocirca earum denique nonnullas in sicca cistella, in quam & lignum carie exesum prius reposueram; inclusi; ut viderem, utrum telas ibi confecturae essent. At hae quoque omnes moriebantur, ac postmodum, aliae citius, aliae tardius, extabescabant. Quare didici tandem eas, sub dio, nudas vivere haud posse.

Julii 5^{to} observavi, quod harumce Erucarum quaedam semet intra fabulum defoderint, ibique texere inceperint: unde prima denique occasio mihi nata est, totam earum mutationem detegendi. Quum enim porro fabulum diligenter intus perquirerem; fat insignem Vermiculorum numerum in eo deprehendebam; quorum alii aliis multo profundius infossi jacebant. Sic demum innotuit mihi, quod Eruculae istae, cum ad satietatem usque pastae sunt, saligna folia derelinquant, atque in terram decedentes; intra hanc sese conferant; ut texere ibi atque ulterius mutari possint.

Tab.
XLIV.
Fig. IV. a.

Nonnullas etiam ex hoc fabulo erui Telas perfectas, figurae ovatae a, quae tam fortiter contextae erant; ut; si vel in terrae superficie expositae fuissent, humor tamen aut pluvia ipsis nec quicquam damni inferri potuisset. Quin vidi aliquas etiam arenulas Telae simul intextas fuisse. Color istorum Textorum saturate purpureus erat, prorsus ad spadiceum deversens. Aperui deinde unum ex obtextis his Vermiculis: at Erucam intus nondum transmutatam esse inveni. Julii sexto aliud ejusmodi Textum dissecui: verum in hoc quoque Eruca vegeta adhuc vivebat. In tertio tamen, quod dissecidi, Texto Erucam tandem reperi; quae in eo erat, ut mutationem suam subiret.

Viridis hujusce color paulatim disparere incipiebat. Corpus contra diluta induebatur flavedine; & mole notabiliter decreverat; factum simul limpidum atque perspicuum: prout Bombycibus etiam obtingit. Lineola in Dorso, a Ventriculi contentis producta, itidem pedetentim exstinguebatur; quandoquidem Eruca ab omnibus sese sordibus jam purgaverat; absque insigni motu deinceps intra Telam suam delitescens. Julii 13^{to} nonnullas in Textis suis mortuas deprehendi. At aliae quaedam habitum verae Nymphae tum indeptae erant. Unde haec Insecta ad Tertii Ordinis modum priorem pertinent: quamvis ipsa nequaquam eo referam; quoniam obscurissima ratione, subter tellurem; texunt ac mutantur.

eeten souden: maar alles sonder voordeel. Eyndelyk sloot ik eenige der selve in een drooge doos, daar ik ook vermeulwt hout in gelegd hadt, om te sien, of sy daar spinnen wilden, maar sy sturven my alle af, en dan droogden sy uyt, hoewel de eene eerder als de andere; 't geen my leerde, dat se in de ope lugt niet konden leeven.

Het was op den 5 July, dat ik bevond, dat eenige deeser Rupskens haar binnen in het sant in gegraven hadden, en aldaar hadden begonnen te spinnen. Dat my de eerste occasie gaf, om haar heele verandering uyt te vinden: want als ik nu neerstig binnen in het sant sogt, soo bevond ik daar een redelyk getal Wurmken in, waar van dat eenige ook veel dieper als de andere lagen. Dit leerde my, dat deese Rupskens, als sy genoeg gegeten hadden, de Wilge bladeren verlieten, en op de aarde vallende, daar in kroopen, om te spinnen en te veranderen.

Ik haalde ook eenige volkome spinsels uyt het sant, die van een ovale figuur waaren a, en soo stark gesponnen, dat de vogtigheid nog reegen baar niet sou hebben kunnen schaden, indien sy in de ope aarde geleegen hadden. En selfs sag ik, dat daar eenig sant in het spinsel geweeven was. De couleur van dit spinsel was van een donker purper, heel na het kastanie bruyen strekkende. Ik opende een van deese omsponne Wurmken, maar ik bevond, dat de Rups nog niet verandert was. Den sesten July opende ik een ander, dan de Rups was daar in nog vol leevens. Maar in een derde spinselken, dat ik op sneede, daar in bevond ik, dat de Rups sig tot syne verandering quam te begeeven.

Syn groene couleur begon allengskens te vergaan, en het lichaam wierd geelagtig, gelyk het ook merkelyk kleender was geworden; als ook doorsigtig ende klaar; als de Sydwurmen gebeurt. Het streepken op de rug, dat van de inhoud is, verdween mede allengskens, alsoo hy sig nu van alle onreinigheid gesuyvert hadt, en sonder veel beweging in syn spinsel blyft. Den 13 July sag ik, dat 'er eenige doot in het spinsel lagen; maar eenige andere hadden de gedaante van een waargtigige Pop aangenoomen: soo dat se onder de derde order op de eerste wys behooren, daar ik haar egter niet in kom te plaatsen, om dat sy op een heel duystere manier onder de aarde in spinsel veranderen.

Ali-

Zz zz zz zz

Eenige

Tab.
XLIV.

Fig. IV. b.

Fig. V. c.

Fig. VI.

Aliquot deinde post diebus, Julii nimirum 18^o, e Textis istis, quae de fabulo exemeram, ficcamque in cistellam reposeram, totidem nigras Musculas prodire *b* observabam. Muscula haec, microscopio conspecta, in Caput, Thoracem, & Ventrem sese divisam monstrat. Anterior, e Capite ejus, duo existant Cornicula, nigra *c*, ante Oculos collocata. Thorax, eleganter interstinctus, Scapulis suis adfixas ostendit quatuor Alas membranaceas, quarum inferiores a superioribus obteguntur, simulque omnes corpus operiunt. Alae superiores permeantibus quibusdam Fistulis Pulmonalibus instructae, & propemodum circa extrema sua duabus maculis nigrescentibus *dd* notatae sunt. Crura sex imae Thoracis regioni adhaerent *ee*, articulis & Unguiculo duplici distincta, colore ad nigrum accedente praedita. Abdomen pariter nigrum erat, atque in annulos sectum. Quaedam harum Muscarum Caudam insuper gerebant, quaedam minime.

Caudatae Mares erant; Foemellae autem, quae Cauda carebant. Quodsi Foemellarum annuli abdominales ultimi versus posteriora exprimebantur *ff*; acuminatus inde apiculus prodibat, qui microscopii ope follicite examinatus instrumentum exhibebat ferrae simile *g*, duas inter particulas, cuspidatas, corneo-osfeas, collocatum *hh*; hinc perterebrandis foliis aptissimum: uti infra commemorabo. Reliquam corporis Foemellae regionem imam contemplatus, circa Pectus eam albescere, Crura autem ejus ibi loci subrubentia esse, animadverti.

Quum vero deinde alterius ejusmodi Foemellae Abdomen aperirem; perfecta ibi Ova inveni, examissim familia iis, quae in Tuberculis a me reperta ante descripsi: ut adeo procul omni dubio hujusce Muscae Ova sint, quae intra Tubercula deprehenduntur. Musca haec similis est indolis, ac illae Muscae, quae ex contabefactis Chrysalidibus proveniunt. Neque solummodo e Textis, quae in cistellam incluseram, Muscae prorumpabant: imo vero prodibant etiam e Telis, quae humido in fabulo etiamnum sepultae erant: ut hinc mortuas quasdam tales Musculas in fabulo jacentes viderim, nonnullasque, quae humiditate arenae saltem obtorpuerant.

In aliis quibusdam Telis, mihi restantibus, viventes inveni Musculas, quae tam celeriter inde prorumpabant; ut manus meas subterfugerint. Aperui etiam Mares hujusce speciei,

Eenige dagen hier naa soo sag ik, dat uyt de spinfels, die ik uyt het sant genomen had, en in een drooge doos geleyt, soo veele swarte Vliegkens kwamen, dat op den 18 July was *b*. Dit Vliegken, onder een vergrootglas gesien synde, was in Hooft, Borst ende Buyk verdeelt. Voor aan het Hooft heeft het twee swarte Hoornkens *c*, die voor de Oogen geplaatst syn. De Borst is ciereyk verdeelt, waar aan dat vier vliefsige Vleugelen aan de Schouwerbladen gebegt syn: waar van de bovenste de onderste bedekken, ende die alle het lichaam. De bovenste Vleugelen worden met eenige doorlopende Longpypen voorsien, en ten naasten by aan haar eynde hebben sy twee swartagtige vlakskens *dd*. De Beenen, die onder de Borst syn, syn ses in het getal *ee*, en met articulatiën, en een Nagelken, dat dubbelt is, onderscheyden, en van couleur naa het swart trekkende. De Buyk was mede swart en in ringekens verdeelt. Eenige hadden een Staart, andere niet.

Die Staarten hadden waaren de Mannekens, die geen Staarten hadden, de Wyfkens. Als men de Wyfkens de laatste ringen van het lichaam agter uyt drukte *ff*, soo kwam daar een scherp puntken uyt; en als ik dit sorgvuldig besag, soo bevond ik daar een instrument als een Saag geplaatst *g*, het welk tusschen twee spitze hoornbeenige deelen in stont *hh*. Soo dat het bekwaam was, om de bladeren door te steeken, als ik vervolgens sal seggen. Als ik het vordere gedeelte van het lichaam des Wyfken van onderen besag, soo was het witagtig omtrent de Borst, en de Beenkens waaren daar rootagtig.

Wanneer ik nu den Buyk van een ander Wyfken opende, soo vond ik daar volmaakte Eyeren in, derwelke net over een kwamen, met die ik in de gewaskens beschreven heb: die sonder alle twyfel de Eyeren van dit Vliegken, syn. Dit Vliegken is van aart, als die Vliegkens die men uyt de verdroogde gulde Popkens siet te voorschyn komen. Sy kwamen niet alleen in myn doos uyt het spinfel voort; maar selve uyt haare spinfels, die nog in het vogte sant laagen: soo dat ik ook eenige doode Vliegkens daar van op het sant sag leggen. En andere vond ik, dat door de vogtigheid van het sant verkleumt waaren.

In eenige andere spinfels, die ik nog overig hadt, daar vond ik levende Vliegkens in, derwelke daar soo gaauw uyt kwamen, dat se my ontliepen. Ik opende ook de Mannekens, daar ik manneyke

inque his Genitalia reperi masculina: de quibus tamen multa nunc in medium proferre nequeo; quoniam meas circa haec observationes scriptis haud mandavi. Animalcula isthaec duplici ratione mutantur: quando enim contingit, ut Vermes eorum, anno jam jam senescente, in terram demum subrepant, ibique telas conficiant; Muscae ex his haud prius, quam verno tempore anni sequentis, in lucem prodeunt.

Tab.
XLIV.
Fig. IV. i.

Difsecui porro derelictas ab his Muscis Telas, quas quidem illae modo perquam singulari effringunt: nam fundulum orbiculatum, operculo dolioli velut similem, inde excutiunt. In Telis istis cutem, quam Erucula deposuerat, cum Nympha fieret, teneramque insuper pelliculam, quam Nympha in Muscam abiens exuerat, offendi.

Postquam Eruciae Tubercula dereliquerunt; haec dein penitus exarescunt, & elapsis inde aliquot diebus in semet ipsa prorsus corrugantur. Quum vero mea eousque procedat curiositas, ut omnia isthaec Animalcula, prout in variis suis mutationibus constituta sunt, adferrem; hinc didici, Tubercula illa in foliis salignis haud aliter conservari posse, praeterquam ficcis ea arenis, quousque par est, replendo, tumque sibi relinquendo, donec exsiccentur: quo facto fabulum facile rursus de eorum cavo excuti potest. Haec brevis esto descriptio maximi hujus atque inauditi in rerum Natura miraculi, in quo sapientia atque providentia DEI Sole meridiano clarius elucescit.

QUO MODO ISTORUM ANIMALCULORUM OVULA INTRA SALICIS FOLIA PERVENIANT.

Illi, qui Naturae arcanorum Scrutatores appellantur, concorditer omnes existimant, cunctos istos obscuriores generationum modos putredini, humiditatis cum calore junctae sobolli, tanquam causae, esse adscribendos: quam quidem sententiam vel ad ipsos quoque lapides extendunt; sicubi animadvertunt, nonnulla ex his Insecta provenire. Interim, quod sane maxime considerari meretur, nullo vel argumento solido, vel experimento, adfertur istud demonstrare valent, non nisi falsissima sua nixi opinione, quam error universalis peperit. Solum excepero D. Franciscum Redi, qui longe aliam & meliorem viam instituit: is enim, generatione, quae ex putredine fieri fingitur,

teel leeden in vond, dan daar van kan ik voor tegenswoordig niet veel seggen, also ik daar geen notitie van gehouden heb. Deese Dierkens hebben een twederley verandering, want als sy laat in 't jaar in de aarde kruypen, en aldaar spinnen, soo komen deese Vliegen eerst in het voor jaar voor den dag.

Ik opende voorts haar verlate spinsel, dat se seer aardig open breeken, en daar een heel ront boomken, als het deksel van een ton uyt stooten is: in dit spinsel bevond ik het vel, dat het Rupsken had afgeleyt, doe het een Pop wiert; en dan nog een teer velleken, dat het af gestroopt had, doe het de gedaante van een Vlieg aannam.

Na dat nu deese Rupsen de wratkens verlaten hebben, soo drogen deselve voorts heel uyt, en sy krimpen naa eenige dagen heel in malkanderen. En alsoo ik de curiositeit heb, om alle deese Dierkens met haare veranderingen te bewaaren, soo is daar geen middel, om deese knopkens op de Willegeboom bladeren te conserveeren, als deselve met droog sant styf op te vullen, en dit gewaschen daar dan om te laten droogen, het welk gedaan synde; soo kan men het sant daar weer ligt uyt schudden. Synde dit soo in het kort de beschryving van een der grootste en ongehoorde wonderen in de Natuur, waar in de wysheid en de voorsienigheid GODS helder uyt blinkt.

HOE DEESE DIERKENS HAARE EYEREN IN DE BLADEREN VAN DE WILLEGEBOOM KOMEN.

De personen, die men de naam van Natuur kenders geeft, die oordeelen eenpariglyk, dat alle deese verborge manieren van generatien, uyt de verrotting van vogtigheid ende warmte voortkomen, dat se tot de steenen zelfs uyt strekken, indien sy sien, dat daar eenige Dierkens uyt voort komen: en dat considerabel is, sy hebben nog reedenen, nog experimenten om dat te bewyzen, als alleen haar valsche opinie, die in de algemeene dwaling gebooren is. Alleen soo bevind ik, dat den Heer Franciscus Redi een heel anderen en beteren weg is in gegaan, want de generatie uyt verrotting, door invincible experimenten en redenen, omver gewurpen hebbende, soo oordeelt hy niet onwaarschynelyk, dat deese Dierkens, die men in

Zz Zz Zz Zz z

ds

tur, invictis experimentis atque ratiociniis prius destructa, haud improbabiliter arbitratur, Animalcula isthaec, quae in foliis, fructibus &c. inveniuntur, a fructus illa ipsa anima & naturali virtute generari, quae fructus producit & plantas. Ajo, non improbabilem esse istam hujus Viri cogitationem: experimenta enim, quae circa hanc rem capi queunt, tot involuta sunt difficultatibus, tam spissis tenebris obscurata, atque tantopere intricabilia; ut quis ideo levi negotio adduci possit ad statuendum, quod Animalcula ex ipsis plantis generentur.

Haec etiam ratio me incitavit, ut plurimo labore, nec sine taediosis difficultatibus, originem Vermis in Tuberculis Salicum investigaverim: D. Redi enim dicit, se nunquam videre potuisse, quod Vermis iste transmutetur. Et sane fateor, quod facile in Viri hujus sententiam fuisset iturus; si aequae, ac ipse, Erucae hujus mutationem in Muscam haud detexisset, neque & similia Ovula, qualia in Tuberculis reperiuntur, in Muscae corpore animadvertisset. Insuper Doctissimo Redi haud largiri quoque possum, quod Vermis iste sex tantum Pedibus gaudeat: prout ab ipso repraesentatur: contra enim viginti eum Pedibus instructum esse deprehendo.

Verumtamen errores hi sunt, in quos nostrum quilibet delabi facile potest. Et sane haecenus dicta nequaquam eo animo in medium protuli, ut Virum mihi amicum refutem: quippe qui existimo, neminem censoria virgula notandum esse, nisi illos, qui petulantes, vanaque gloria tumidi, scripta quaecunque, Canum instar, adlatrant, & ex aliorum infamia sibi laureolam quaerunt: quod quidem Bartholinus Junior data quavis occasione facitare solet; ut hinc vel ipsae ejus theses hujusmodi sordibus inquinatae sint. Imò vero scripta nostra omnia eum solummodo ad scopum collineare debent; ut conjunctis viribus veritas eruatur: veritas, inquam, cui perpetuo adhaerescamus oportet, sive nostris ea opinionibus faveat, sive adversetur; quandoquidem, praeter solam ejus pulchritudinem, aliud vere amabile nihil datur. Haud igitur Clarissimo Redi concedere possum, quod ulla Animantia ex Vegetantibus, ut vocari solent, eo modo, quo folia & fructus inde nascuntur, unquam procrecant.

Novi equidem, Viros quosdam Eruditos, quin & in amplissimo dignitatis gradu constitutos, memoratam in sententiam perductos fuisse

de bladeren, de vrugten enz. vind, van diezelfde sielen natuurlyke kragt des vrugts voort geteelt worden, waar door hy de vrugten en planten voortbrengt. Ik zeg, dat hy dit niet onwaaarschynelyk oordeelt, want de observatien, die men hier omtrent kan neemen, die syn van soo veele swarigbeeden geïnvolvoert, soo donker en soo kwalyk, om sig uyt te extriceeren, dat men ligtelyk tot dat gevoelen, van dat de Dieren uyt de planten souden groeyen, sou kunnen over gebragt worden.

Dit is ook de reeden, waar om ik met veel moeyten en arbeit den oorspronk van de Wurm in de wratkens der Willegen ondersogt hebbe, waar van dat de Heer Redi zegt, dat hy hem nooit heeft kunnen sien veranderen. En ik moet bekennen, dat ik ligtelyk tot syn gevoelen sou gekomen hebben, indien dat ik van gelyken deese verandering, van de Rups in een Vlieg niet had ondervonden; en van gelyken dezelfde Eyeren in het lichaam van de Vlieg, die men in de wratkens vind. Soo dat ik den Heer Redi ook niet kan toestaan, dat deese Wurm maar ses Voeten sou hebben, gelyk hy hem af beelt; daar ik integendeel bevinde, dat hy met 20 Voeten begaafd is.

Dan dit syn mislagen, daar wy alle in vallen kunnen, synde het myn voornemen geensins, om een Heer, die myn vrient is, te refuteeren, dat men ook niemant behoort te doen, als die moetwillig en glorieus syn, en die, even als de Honden, alle schriften aan baffen, soekende haar glorie uyt de oneer van een ander, gelyk de jonge Bartholin dat in alle occasien doet, soo dat zelfs syn stellingen met deese onreynigbeeden besmet syn; daar om soo moet al ons schryven alleen daar toe strekken, om gesamentlyk de waarheid te onderzoeken, die ons altyt behoort lief te syn, of sy voor of tegens ons was, alsoo daar niets beminnelijk is, als alleen haar seboonheid. Ik kan dan dien Heer niet toe staan, dat daar eenige Dieren uyt de groeyende dingen, soo men die noemt, souden voort groeyen, op de wys, als sy haare bladeren en vrugten voortbrengen.

Ik weet wel, dat eenige geleerde, en zelfs hooge stants personen tot het aangerode gevoelen over gevoert syn, maar ik weet ook, dat het swa-
relyk

fe. At scio pariter, experimentis eam vix ac ne vix quidem unquam demonstratum iri; ut ut vero quam simillima adpareat. Profecto enim fateri cogor, opinionem istam eousque veritati consonam videri; ut, nisi Vermiculi illi in alata atque aculeata Animalia succrescerent, ego vix quidpiam ulterius contra opponere possem. Verum, ut denique meam proferam sententiam, cui olim quoque Medicum excellentissimum Fr. Redi addictum fuisse animadverto: ego quidem ita sentio, quod omnes illae plantae, folia, fructus, & excrementa, in quibus Insecta quaedam reperiuntur, alii nulli usui inserviant, neque & aliam ob rationem aut finem proveniant; nisi solummodo, ut Animalculis intus reconditis & tutum, quo conserventur, domicilium praebeant, & simul in alimentum cedant. Et sane ejusmodi annonam extrema heic necessitas postulabat; quandoquidem multi istorum Vermiculorum nullis omnino Pedibus instructi sunt, quorum ope procedere ipsique victum sibi conquirere valeant. Id quod potissimum circa Apum atque Formicarum Vermes, Pedibus destitutos, notabile est: utpote quorum priores eam ob rationem ab ipsis Apibus sollicitissime enutriuntur; posteriores autem a Formicis ideo jugiter in alios atque alios locos, in quibus alimentum proprio Marte capere valent, transportantur. Quamvis vero Erucae, quas supra descripsimus, Pedibus donatae sint; hi tamen tum demum praecipuam ipsis praestant operam, quando habitaculum, in quo texant, est quaerendum: nequaquam autem ad cibum investigandum inserviunt. Unde & in partium constitutione, & in alimento, quibus Vermiculi intra Tubercula reperiendi indigent, maximi fere prae ceteris momenti rationes sitae esse videntur, ob quas vel ipsa haec memorata Tubercula producuntur. Attamen merae forsitan hae sunt conjecturae, quas Natura ipsa in suis operibus, in quibus adorabilem ubique & immensum sese praebet DEUS, nunquam intendit.

Hinc igitur autumo, quod Vermiculi isti, qui quotannis intra eadem Tubercula reperiuntur, hisque velut proprii & naturales sunt, haud aliunde oriuntur, nisi solummodo ex Ovis Insectorum sibi congenerum; quippe quae semen suum dictis illis plantis, foliis, vel fructibus imprimunt, atque a foris eo inferunt. Patet id evidentissime ex iis, quae ante circa Ova in Salicum Tuberculis delitescunt, & circa illa, quae intra Muscarum inde procre-

tium

relyk door ondervinden sal beweesen worden; hoer seer dat het met de waarheid schynt te accorderen; en dat soo verre, dat ik moet bekennen, indien deese Wurmkens niet in vliegende en geangelde Dieren vergroeyden, ik sou daar weynig tegens kunnen inbrengen. Maar om myn gevoelen te seggen, waar in ik sie, dat ook voor deezen de uitmuntende Geneesheer Fr. Redi geweest is; soo oordeel ik, dat alle de Planten, Bladeren, Vruchten, en uytwassen, daar men eenige Dierkens in bevindt, niet anders dienen, nog tot geen andere reeden en eynde voortkomen, als alleen om de Dierkens, die daar in beslooten sijn geworden, in een sekere woning te conserveeren, en om haar te gelyk tot voetsel te strekken. En dit was ook ten uystersten nootzakelyk, alsoo veele van deese Wurmkens gansch geen Voeten sijn gegeven; om selfs te loopen, en haar voetsel te zoeken. Dat bysonderlyk omtrent de voeteloose Wurmen van de Honing-Byen, en de Mieren aan te merken is. Waar van de eerste, om die reeden, door de Byen selfs sorgvuldig gevoet worden, en die van de Mieren worden geduurig van haar op de plaatsen gedraagen, alwaar sy haer voetsel selfs kunnen in nemen. En hoewel de beschreve Rupsen voeten hebben, soo dienen deselve haer voornamelyk eerst op die tyt, wanneer sy een woning om te spinnen zoeken, en niet om haer voetsel te gaan vinden. Soo dat de constitutie van deelen, en het voetsel, dat de Wurmkens die men in de gewaskens vint, van noden hebben, onder anderen wel de gewigtigste reeden schynt, waarom de genoemde uytwassen selver gebooren worden. Dan dit sijn mogelyk speculatiën, die de Natuur selve nimmermeer in haare werken; waar in GODT altyt aanbiddelyk en ondoordrondelyk is, beoogt heeft.

Daar om soo oordeel ik dan, dat deese Wurmkens, die men alle jaaren in deselve uytwassen bevint, en die eygen en natuurelyk aan deselve schynen; niet voort en komen, als alleen uyt de Eyeren van haar soort gelyke, welkers saet de genoemde Planten, of ook Boomen en Vruchten in gedrukt wort; en van buyten komende, daar binnen ingebragt. Het welk klarelyk en ook onweersprelyk blykt, uyt het geen dat ik van de Eyeren der uytwassen op de Wilgeboomen, en die Eyeren die

A a a a a a a

me

cium corpuscula deprehenduntur, observavi: binae enim istae Ovorum species ne minima quidem ratione a se mutuo discrepant.

Jam itaque aliud superest nihil, nisi ut modus explicetur, quo Ovula ista intra Salicum folia ingeruntur. Nec sane multum in hac re video difficultatis: quum enim Musca mater uno duobusve armata sit aculeis, alioque insuper instrumento, quod prodeuntibus Ovulis dirigendis ac ductandis adaptatum est; hinc Musca isthaec sane quam facillime tenella folia, recens progerminantia, perforare, factasque intra cavernulas subtilissima sua, visum fere fugientia, Ovula deponere potest. Id autem revera ita fieri vel inde etiam tanto patet manifestius; quia in novellis foliis, recens pullulantibus, Ovulum penitus undequaque liberum, nec usquam adhaerens, invenitur, atque non nisi paullulum inter & subter folii tunicas collocatum est: quin aliquando subtilia etiam mihi videbar ibi animadvertere foramina, per quae Ovum in folii substantiam usque delatum fuerat.

Fateor, historiam hanc tum demum omnibus numeris absolutam fore; si, quidquid protuli, oculis compertum haberem: cui equidem praestando me haud impari futurum existimo. At quoniam hactenus id nondum effeci; experimenta sane, quae ad firmandam meam sententiam proposui, adeo mihi valida esse videntur, ut validiora desiderare nemo possit. Fateor praeterea lubens, folii perforationem haud accurate ac distincte secundum omnes suas conditiones a me visam esse: verum crederim quoque, fieri haud posse, ut oculorum acies eousque pertingat. Quis enim Culcis Pulicisve ictu productum in cute sua vulnusculum, statim ac ictum est, videat? Sanè nemo. Propterea id, quod tum in cute cernere licet, nonnisi coloris est mutatio: quae in Salicum folio itidem animadvertitur. Locus nimirum, quo Ovum investum est, atque cum folio junctum, haud alia nota sese distinguit, praeterquam exigua quadam decoloratione. Adde insuper, quod vulnusculum, succoso folio a tam exili Animalculo ictum, facile iterum coëat, & humorum adpulsorum interventu obstruatur atque coalescat.

Verum quam demum ratione, in utilitatem investorum istorum Ovulorum, Tubercula in foliis saliginis nascuntur? Quo pacto rarae illae atque mirabiles excrementiae in aliis plantis arboribusque proveniunt? Fateor

men in het lichaam van de Vliegen siet, die daar uyt groeyen, heb ondervonden: want die twee soorten van Eyeren verscheelen in het minste niet.

Daar resteert dan alleen, om de manier te explicereen, op welke deese Eyeren in de bladeren van de Willigen gebragt worden. Dat ik oordeel ligt te doen te sijn, want alsoo het Moeder-vliegken met een of twee Angels gewapent is, en dan met nog een ander instrument, dat de uytgaande Eyeren kan regereen en besiereen; soo kan het Moeder-vliegken beel ligtelyk de uytspuytende teere bladeren doorbooren, en in de openingen haare subtile en bykans onsigtbaare Eyeren plaatzen. Het geen te blykelyker is, om dat men in de jonge uytspuytende bladeren het Ey gansch los vint, en ook siet men aldaar, dat het maar even tussen en onder de Vliesen van het blad geplaatst is, en somtyts scheen bet my dat ik daar ook subtile gaatkens in gewaar wierd, daar het Ey tot in de substantie van het blad ingebrogt was.

Ik beken, dat deese historie sijn uysterste perfectie sou hebben, indien ik dit ogenkenlyk gesien hadt; daar ik my ook inbeelde raat toe te weten: maar dat selve tot nog toe niet uytgewerkt hebbende, soo dunkt my, dat de experimenten, die ik heb voorgestelt, om myn voorstel te bewyzen, soo siffisant sijn, als men kan verlangen. Ik beken ook gaaren, dat ik de doorbooring in het blad niet in alle sijn omstandigheeden distinct gesien heb, maar ik oordeel ook, dat het selve onmogelyk is. Want wie kan de steek en opening van een Mug en Vloo in sijn vel sien, nae dat by effen gestooken heeft? voorwaar niemant. En daarom soo is het geen, dat men op het vel siet, niet als een verandering van couleur, gelyk men dat ook in de bladeren der Willigeboomen siet. Soo dat de plaats, daar het Ey ingebrogt is geworden, en met het blad vereenigt, sig niet anders kennelyk maakt, als door een kleene verschieving van couleur. Waar by men ook considereeren moet, dat de steek van soo een kleen Dierken in een vogtig blad ligtelyk weer toefuygt, en door de aangevoerde vogtigheeden gesloopt wort ende toegroeyt.

Maar hoe groeyen nu, tot beneficie van deese ingevoerde Eyeren, de Wratkens op de Willige bladeren? en hoe groeyen die rare ende curieuse uytwassen, op de andere Planten en Boomen? Ik beken, dat dit een harde vraag is, en swaar om te beant-

arduum esse hanc quaestionem, & explicatu perdifficilem. Neque aliud quidpiam respondi ad hoc interrogatum dare scio, nisi, quod existimem, primum ictum, quem Insectum, mater, plantae, fructui aut folio, cui immittere Ovum conatur, infligit, vera sit causa Tuberculi postea nascentis, qualicunque demum modo figurati. Nonne hac ratione Peponibus, aliisque fructibus & arboribus, subulae ope, literas & characteres incidimus, quorum vestigia, paulatim humoribus intumescencia, mirabiliter ultra communem superficiem sese efferunt?

Haud tamen autumo, casu fortuito per simplicem duntaxat ictum id effici: imo vero praevia Naturae designatione, quae voluit, ut procreatio horum Insectorum, atque Tubercula, iis nutriendis, inservientia, hoc tantum, nec alio ordine fierent & provenirent. Unde etiam omnium horum Animalculorum generatio plane regularis est, neque ulli mutationi fortuitae obnoxia. Magnus Harveus in suo de Generat. Animal. Libro affatim quoque demonstrat, quantum ictus, uno eodemque externo instrumento infligti, inter se differant; dum expertus ait: „Carnem ipsam ictum venenatum a non venenato „distinguere: & porro pergit: ideoque constringit „sese & densatur, inde tumores & phlegmones ex- „citantur. Ipsemet aliquando, experiendi causa, ma- „num acu pupugi, mox eandem acudente Aranei con- „fricans, manum alio loco perforavi, nec potui „quidquam discriminis inter has duas punctiunculas „innotescere. Erat tamen, in cute quod discerneret, „quippe eodem loco, ubi venenata punctio contigerat, „subito sese in tuberculum contraxit. Et quis inficiari aufit, sensu praeditas esse plantas? Crediderim sane, eas manifesta sensus indicia exhibituras fore, si modo Musculis gaudent; quippe quorum defectus saltem impedire videtur, quo minus plantae suam sentiendi facultatem nobis ostendere queant. Patet hoc in celebri illa Herba dicta Sensitiva; cui quidem omnino putem datam esse certam quandam Musculorum speciem, quorum ope suos ea ramulos, fere instar brachiorum, extendit atque contrahit.

Quantum ad horum Tuberculorum, quae nunquam, nisi Animalculis intus nutriendis foeta, in plantis proveniunt, varias figuras adinet; existimo equidem, eas a varietate ictus, quo Animalcula plantas perforant,

beantwoorden. En ik kan daar niets anders op seggen, als dat ik oordeel, dat de eerste steek; die het moeder Dierken in de plant, de vrugt of het blad doet, daar se haar Ey in leyt, dat die de waare oorzaak is van het volgende gewaschen, van wat fatsoen het sou. mogen weesen. Op de wyse, als men met een priem de Pompoenen, en andere vrugten en boomen, letteren en characters insnyet; de welke in drukselen met der tyt door vogtigheeden op geswollen worden, en seer wonderlyk boven de gemeene vlakke verbeeven.

Niet dat ik oordeel, dat dit toevallig, en alleen door de simple steek geschiet, maar door een voorberekking van de Natuur, de welke gewilt heeft, dat de voort teeling ende uytwassen, tot de voeding van deese Dieren, op deese order sou geschieden en voort komen, en niet anders. En daar om soo is ook de voortteeling van alle deese Dieren heel regulier, sonder de minste accidentele verandering. De groote Harveus, die betoont ook genoeg in syn Boek de Gener. Animal. hoe seer de steek van het eene en het selve uytwendig instrument verschilt, seggende door ondervinding: „dat het vleesch „sels de fenynige steek van de niet fenynige on- „dericheyd, en vervolgt by derhalven sluyt het en „verdikt sig, waar door de brandige geswellen „veroorzaakt worden. Ik heb sels somtyts, om „dit te beproeven, myn hand met een naalde „gestooken, aanstonds daar op deselve met de „naald-tand des Spinnekops vryvende, heb ik „myn hand op een andere plaats doorstooken, en „ik kon geen onderscheyd altoos tusschen deese „twee steekjens gewaar worden; daar was even- „wel iets in het vel, dat het onderscheyde, want „op die plaats, daar de venynige steek geschiet „was, trok het sig schielyk samen tot een puyf- „ken. „En wie sal durven lochenen, dat de plan- „ten geen gevoelen hebben, dat ik sels geloof, dat se gewisselyk souden betoonen, indien sy maar spieren hadden, door welkers gebrek alleen sy haar gevoelen niet en kunnen betoonen: gelyk dat contrarie blykt in dat vermaarde kruidje roer my niet, dat ik sekerlyk oordeel, een manier van spieren gegeven te syn, waar door het syne takken, gelyk als of het syne armen waaren, uyt en samen-trekt.

Wat de verscheydenheid van de figuren der gewassen aangaat, en die, sonder dat daar Dieren in gevoet worden, nooit op de planten en verschynen, daar van oordeel ik, dat de verscheydenheid van de steek der Dieren, waar meede sy de plan-

rant, hisque sua Ovula infigunt & veluti inoculant, produci: quemadmodum in omnibus etiam inoculationibus est videre. Pari ratione Culex ictu suo longe aliud tuberculum in nostra cute excitat, quam quidem Cimex; hincque aliud iterum, quam Apis. Omnia autem isthaec aequae parum casui obnoxia sunt; verum ordine certo procedunt, eodemque semper modo sese habere observantur: praeterquam sicubi plantae, & Animantium corpora, aliter fuerint figurata: prout Celeberrimus Redi circa Scorpionum ictum accurate atque dilucide adnotavit.

Multoties Insectorum Ovula tenellis arborum ramulis adeo fortiter impressa conspexi; ut integra eximi sine laesione haud possent. Omnium maxima Phalaena Hollandica, quae ex Cossu, Salicum inter cortices accrescensque lignum praecipue reperiundo, hocque corrode, oritur, Ovula sua pariter extrinsecus in corticem quodammodo imprimit: unde est, quod Vermes inde nascentes viam sibi deinceps introrsum versus lignum parent. Imo si Vermes hocce ex arboris interioribus foras protraxeris; si sese prius obtexunt, ac postmodum, perforata rursus, quam confecerunt, tela, Dentibus suis lignum inforant: quod agentes Dorso suo telae innituntur; ut satis habeant roboris & firmitatis ad lignum perterebrandum.

Hacce hyeme in Rapis plurimas observavi Verruculas variae magnitudinis, in quibus totidem delitescabant Vermes, Pedibus destituti, Oculis & fat duris Dentibus instructi. In Verrucarum minutissimis Ovulum, in majusculis autem tenellum molliculumque Vermem deprehendi. Porro circa Vermiculos Pedibus carentes, qui intra Tubercula reperiuntur, id quoque dignum est notatu, quod ii nequaquam in vita conservari queant, siquando in cavernulis, quas sibi, pro magnitudine corporis sui, intus in excrecentiis effecerunt, & in quibus enutriuntur, haud permanent, sed ex his protrahuntur. Cavitas, intra quam admirabilis ille Vermiculus reperitur, qui in Salicum turionibus, tanquam in rosa, conclusus haeret, postea speciatim describendus, magnitudini corporis ejus perquam exacte respondet. Vermiculus autem in Rapis delitescens cavo gaudet, quod corpore ipsius paullo majus est. Similiter etiam animadverto, cavernulas illas, quas Pedibus orbi Vermiculi in ligno arido mira arte sibi parant, corporibus ipsorum accurate

ten doorbooren, en haare Eyeren als deselve inenten, de oorzaak te syn; op de manier, gelyk men dat in alle inentingén siet. Of gelyk de Mug in onse buyt een heel ander puyfiken met syn steek te weeg brengt, gelyk als wel een Weegluyt doet, en een Weegluyt weer een heel andere, als een Honinghye doet. Dat alles meede niet toevallig is, maar met order toegaat, en altyt op de selve manier geobserveert word. Ten sy dat de planten, en ook de lichamen der Dieren een andere gesteltenisse hebben. Gelyk de vermaarde H. Redi, dat seer omstandig en verstandelyk van de steek der Scorpionen heeft aan getekent.

Ik heb menigmaal de Eyeren der bloedeloofse Dierkens soo sterk de teere takken van de bomen in gedrukt bevonden, dat se sonder kwetsen daar van niet konden afgenomen worden. De alder grootste Hollantsche Phalena, de welke uyt een Houtwurm haar oorspronk neemt, en die men voornamelyk tusschen de scorsen, en het groeyende hout van de Willegeboomen bevind, en dat verteert; die drukt meede haare Eyeren eenigszins de scors van buyten in, waar uyt dan de Wurmen een weg naa binnen tot het hout maaken. En selfs als men die buyten de boom neemt, soo bespinnen sy haar eerst, en dan breeken sy weer, door haar spinsel heen, een opening met haare Tandén in het hout; en met de rug soo steunen sy haar tegens het spinsel aan, om kragt en vastigheid te hebben, om het hout te doorbooren.

In de Rapen heb ik deese winter verscheyde wratkens van ongelyke grootte gemerkt, in de welken ik soo veele Wurmen gevonden hebbe, die voeteloos, en met Oogen en redelyk harde Tandén voorzien waaren. In de kleenste wratkens bemerkte ik een Ey, en in de grootste een teere ende weeke Wurm. Voorts is het seer aanmerkelyk omtrent de Wurmkens sonder voeten, dewelke ik in de uytwassen bevinde, dat soo de selve in de holligheeden, die sy in de vrugtken naa de grootte van haare lichamen gemaakt hebben, en waar in sy gevoed worden, niet en blyven, maar daar uyt genomen worden, dat se dan geenszins in het leven kunnen behouden worden. De holligheid, in dewelke dat admirable Wurmken gevonden wort, dat op de toppen der Willege boomen, als in een roos, beslooten staat, en waar van ik vervolgens particulier sal spreekén,) komt met de grootte van syn lichaam heel net over een. Het Wurmken in de Rapen heeft weer een holligheid, wat grooter als syn lichaam. Soo bevind ik ook, dat de holligheeden, dewelke de ongevoete Wurmkens over aardigh in het drooge hout breeken, geheel met de grootte

rate congruere; ut ideo satis expedite ii se per ista cava movere possint. Hunc autem motum perficiunt, posticas partes suas ad lignum versus corrugando, anticisque deinde rursus exporrigendo: qua quidem opera admodum velociter semet in cuniculis hisce suis promovent.

Quando autem memorata Animalcula istis suis domunculis, vel cavernis, pabuloque, quod in his praesto est, orbantur; tunc, praeterquam quod se movere deinceps haud possint, Solis etiam ardore, aërisve siccitate rigescunt, aliisque modis innumeris intereunt: quin & alimento suo destituta sunt. Simili ratione multifaria quoque Insecta, Pedibus carentia, quae tam sub terra, quam in aquis; degunt, nutriuntur atque sustentantur. Illa nimirum, quae pedibus orba in aquis vivunt, Caudae suae aliarumve partium, quae ipsis loco remorum inserviunt, adminiculo locum mutant. Vermiculi autem sub terra viventes pari fere modo, ac Cossi; semet promovent, interque rimas & fissuras telluris sic prorepunt. Quid demum apodibus Muscarum, Formicarum, & Apum Vermiculis fiat, in historiis horum Insectorum videri potest. Quantum vero ad Erucas aliaque Animalcula polypoda adinet; in propatulo res est, nec ulla premitur difficultate. Imo haudquaquam etiam propositioni meae repugnat, quod ex ligno carioso Insecta quaedam, aliquot post annis, provenire observentur: nam novimus Animalcula isthaec ibidem quoque ex Vermiculis procrefcere, atque ex Ovis ducere originem; dum matrices regulariter quotannis ad ligna ejusmodi sese conferunt, suumque in his semen deponunt. Saepiuscule autem necessum est, ut Vermes tales spatio continuorum aliquot annorum incrementa capiant, priusquam ad suam perveniant mutationem: prout in Cosso, illoque etiam Verme, e quo Hollandica Cantharis, quem vulgo aureum Scarabaeum vocant, oritur, manifestum est. In Aquaticis etiam Vermibus, qui intra Tubulos degunt, id ipsum obtinet: quemadmodum in Ephemerii historia adnotavimus.

At praeterea animadvertendum est, quod multa Animalia, quae Pedibus carere dicuntur, his omnino instructa sint. Sic Lumbrici plurimis sane gaudent Pedibus, sed alio modo constitutis, quam vulgo Pedes solent. In ipsis pariter Serpentibus id mihi patuit; quas equidem quintuplici Pedum specie donatas esse observavi. Earum scilicet nonnullae in corporis sui medio spinosam saltem gerebant excre-

grootte van baare lichaamen over een komen; en door welke holligbeeden sy haar veerdig genoeg beweegen kunnen, dat se doen, met de agterste deelen van haar lichaam, in en tegens het hout op te krimpen, en de voorste deelen dan weer uyt stekende, soo gaan sy in die loop graven seer veerdig voort.

Maar wanneer de genoemde Dierkens van deese baare buyskens of holligbeeden, en het voetsel dat se daar in vinden, berooft worden, bebalve dat se haar dan niet beweegen kunnen, soo worden sy ook van de bette van de Son, of de droogte van de lugt ligtelyk verstyft, en op andere ontelbaare wyzen meer komen sy te verongelukken; synde meede van haar voetsel berooft. Soo leven ook onder der aarde en in het water, veelderbande voeteloze Dierkens, die daar gevoet en onderhouden worden. Die nu in het water van voeten berooft synde leeven, die beweegen haar van plaats tot plaats, door middel van haar Staart of andere deelen, die haar als tot riemen dienen. De Wurmkens onder de aarde, die beweegen haar baast op de manier als de Houtwurmen, en soo kruypen sy voort tusschen de reeten en scheuren van de selve. Hoe het nu met de voeteloze Wurmkens van de Vliegen, Mieren en Honingbyen toe gaat, dat kan in baare historien naa gesien worden. Maar wat nu de Rupsen en andere Dierkens met veele Voeten belangt, daar omtrent valt geen swa- righeid, en ook stryt het tegens myn voorstelling niet, dat men naa eenige jaaren uyt vernieuwt hout, eenige bloedeloze Dierkens siet te voorschyn komen, want men siet, dat deese Dieren aldaar meede uyt Wurmkens vergroeyen, en uyt Eyeren haar oorspronk neemen, waar van de Moeder Dierkens haar alle jaaren beel ordentelyk tot het hout begeeven, en aldaar baare saden in leggen. En veel maal moeten die Wurmen eenige jaaren aangroeyen, eer se tot haar verandering komen, gelyk dat in den Houtwurm blykt, en ook in de Wurm, daar de Hollantsche Cantharis, die men Goude tor noemt, uyt voort groeyt. Ook heeft het plaats in de Waterwurmen, die in pypkens leeven, als omtrent het Hest voor gestelt is.

Maar men moet ook weten, dat veele Dieren, die gesegt worden geen voeten te hebben, egter daar sekerlyk meede begaaft syn, gelyk de Pierwurmen seer veele Voeten hebben, maar van een andere constitutie, als gemenelyk de Voeten syn. Dit heb ik zelfs in de slangen geobserveert, die ik gesien heb, dat niet een vyfderley soort van Voeten begaaft waaren. Eenige hadden alleen mid-

adsequi haud poteram. Minorum harumce
Excrefcientiarum singulae, singulare sicuti intra
cavum constitutae, at nullo tamen sepimento
inter se distinctae erant. Quum dein tres istas,
f. particulares, Excrefcientias inde exemissem *f*;
figurâ eas a Phaseolis, quorum alterum latus
altero nonnihil convexius est, haud abluere
animadvertendam. Quin apparebat etiam in
medio earum, tanquam si tenuis petioli inter-
ven-

de Senuw, daar sy boven op groeyen *aa*. An-
dere wederom die staan midden op het blad, bo-
ven op de Senuw, die al daar door loopt *b*. En
sommige siet men hier en daar, op de uiterste
randen van het blad geplaatst *cc*.

De structuur deeser gewaskens bestaat uyt een
harde, knobbelige, en substantieuse materie, die men
ligt kan door breeken, alsoo sy geen taayigheid
beeft, waar door sy over een komt met de natuur
van de Kraak-beenen. En ik sou haar niet beter
kunnen vergelyken, als met de kelk, die de Haa-
se nooten omvangt, wanneer sy nog onryp aan de
boom hangen, en daar in met haar grond besloo-
ten worden. En op deese wyse, soo verhart sig
het middelste vlies van het Eyke blad, en het
groeyt tot een wratken uyt, wanneer als het saet
of Ey van een tenger Vliegken daar binnen in-
gebragt word. De figuur deeser wratkens is som-
tyts ront, somtyts eysgewys, en ook langwerpig,
en somtyts siet men ook, dat 'er twee, drie, a vier
wratkens te samen groeyen, en als dan by kans
een lichaam maaken. De couleur bestaat meesten-
tyt uyt een donker groen, somtyts uyt den blaau-
wen gewassen, en somtyts naa het wit en geel
trekkende. De grootheid is seer verscheyden, naa
dat het gewasken in syn begin is, of meerder of
minder is aan gegroeyt, of dat twee gewaskens
een volkome wratken uyt maaken *b*.

Heel in haar begin heb ik deese gewaskens nog
nooit gesien, alsoo het casueel was, dat ik deselve
met de Heer en Vrouw van Nieuwenrode, myne
bysondere vrienden, in het Haagsche Bosch kwam
te observeeren, en daar een goet getal van meede
nam, om die te examineren. Daarom sal ik al-
leen die wonderen daar van naauwkeurig beschry-
ven, die ik heel naauwkeurig daar in waar ge-
nomen heb. In een van de grootste gewaskens,
daar ik het bovenste deel van kwam af te snyden
d, bevond ik een redelyk groote holligheid, waar
in ik nog drie distincte andere gewaskens obser-
veerde *e*, sonder te kunnen denken, hoe sy daar in
gekomen waaren: ieder der selve kleene gewaskens,
sag men als in een separate holte geleege, hoe-
wel sonder eenig afschutsel. Als ik deese drie par-
ticuliere gewaskens daar had uyt genomen *f*; soo
sag ik, dat haar figuur niet kwalyk over een
kwam met de Turksche boonen, die aan de eene
syde wat dikker als aan de andere syn: en in 't
midden vertoonde het sig, als of sy meede met een
kleen steelken, als aan een kelk hadden vast gese-

Hh hh hh hh h

ten ?

ventu ad siliquam quandam fuissent adfixae : quod tamen nonnisi ope microscopii detegere in hisce Tuberculis licebat.

a. Tab.
XLV.
Fig. XIV.

Postquam isthaec observaveram; curiositate incitabar ad reliqua, quae mihi praesto erant, Tubercula quam accuratissime examinanda. Et sanè miraculis summi Conditoris plena reperiebam omnia. Quum enim Tuberculum ejusmodi, quod a perfectione & magnitudine modo descripti longe adhuc aberat, medium disseccarem; nullam equidem omnino intus cavitatem, at in medio tamen duos memoratorum Phaeolorum, & binos quoque observabam Vermiculos, quos simul cum Phaeolis discideram: quemadmodum Icone tantillum ultra nativam magnitudinem aucta repraesento ^a; qua bini dissecti Phaeoli in meditullio siti, & circum eos substantia Tuberculi, quae haud aliter, ac caro mali Aurantii semina undequaque ambit atque continet, intus haerentes Phaeolos quaquaversus circumplectitur, exhibentur. Videbam quoque, crustam Tuberculi externam aridioris & compactioris esse materiei, colorisque viridioris, quam corpus internum: quod quidem discrimen ita depinxi, ac si divortium quoddam utramque inter substantiam factum fuisset; quamvis id revera in tranquilla hacce vita neutiquam obtineat.

At quum dein tertium aperirem Tuberculum, quod paullo magis provectum erat; internam ejus substantiam paullatim exarescere, & a Phaeolo secedere animadvertēbam. Atque sic demum efficiebatur, ut Phaeolus intus in occluso Tuberculo, tanquam intra cavum, haereret, atque in cavi hujus uno vel altero latere tantum situs cerneretur. Inde itaque liquidissime tandem addiscebam, quod tres priores Phaeoli, quos in Tuberculi primum a me aperti cavitare interiore repereram, similiter per particularum evaporationem, modo tam mire elegantia, ibi intus fuerint collocati: prout etiam postmodum circa omnes Phaeolos, atque Tubercula hos continentia, id ipsum obtinere expertus sum. At quum prima vice mirabiles istas mutationes observarem, rationis, ob quam producantur, ignarus; inenodabile profecto aenigma in illis inveniebam: quod ipsum & duobus meis Amicis obtingebat, quorum honorifico consortio tum temporis fruebar; quando eum duntaxat in finem iter institueramus, ut Conditoris miracula invicem contemplantis opportunitate delectaremur.

multa equidem ejusmodi phaenomena, quae

ten: maar dit ontdekte men in deese gewaskens niet als met een vergrootglas.

Dit geobserveert synde, soo gaf bet my de curiositeit, om heel naauwkeurig de andere gewaskens te examineeren, die ik alle van de wonderen des Scheppers vervult bevond. Want als ik een gewasken in syn midden door sneed, dat op ver nae de perfectie nog grootte niet had, als ik terstont gesegt hebbe; soo vond ik daar in gansch geen holligheid, en evenwel soo observeerde ik in het midden, twee van de geseyde boonkens, en ook twee Wurmken die ik te gelyk met het boonken door gesneeden had, gelyk ik die wat meer als levens grootte kom te vertoonen ^a; al waar men in het midden de twee door gesneede boonkens siet, en ront om de boonkens siet men de substantie van het wratken, dat de inwendige boonkens heel besluyt, gelyk het saet van een orange appel, geheel van het vlies der selve omvangen of beslooten word. Ik sag ook dat de buytenste korst van het wratken wat drooger en compacter van substantie was, en ook groender van couleur als het binnenste, dat ik af gebeelt hebbe, als of daar tusschen beyden een separatie was geweest, 't geen nogtans soo in dit stil leeven niet bevonden wort.

Maar als ik nu nog een derde gewasken kwam te openen, dat wat meer geavanceert was, soo bevond ik, dat de binnenste substantie daar van allengskens begon uyt te droogen, en van het boonken af te wyken; het geen te weeg bragt, dat het boonken als in een holligheid binnen in het besloote wratken kwam te leggen: waar in men het aan de eene of aan de andere syde alleen geplaatst sag. Soo dat ik hier uyt 't eene maal onderregt wierd, dat de drie eerste boonkens, die ik in de binnenste bolte van het eerst geopende wratken gevonden had, daar van gelyken door een uytamping van deelen, op soo een wonder fraaye manier waaren in geplaatst geworden. Gelyk ik naderhand ook bevond, dat het selve omtrent alle de boonkens ende de wratkens, daar se in laagen, soo geschiede. Maar doe ik dit de eerste maal sag, sonder de reeden deeser raare veranderingen te weten, soo was bet my een onoplosselyk raatsel, gelyk ook aan die twee vrienden gebeurde, die ik de eer had te vergeselschappen; om ons met de wonderen van den Schepper te onder houden, dat alleen de oorzaak van onse reys was.

Men siet in de Natuur diergelyke dingen, die hier

modo expositis respondent, in rerum Natura animadvertimus. Semina Pomorum & Piorum, intra fructuum carnem recondita, similiter, pedetentim, suis ab operimentis & calicibus abscedunt; ut deinde libera in his jaceant. Idem etiam circa ficescentes Avellanarum nucleos obtinet: quin & circa ipsam Avellanam, quae tandem a Calice suo semet separat. At vero in Tuberculo, de quo agimus, id insuper singulare prorsus occurrit, quod Phaseolus, qui intus abscesserat, vivum adhuc Vermiculum, intra se, in cavitate sua, inclusum continuerit.

Tab.
XLV.
Fig. XV.

Quando Phaseoli isti, ob evaporationem & excavationem substantiae Tuberculi, recentissime modo abscesserunt; tunc circumferentia eorum nonnihil aspera est & inaequalis: quae tamen, paulatim arescendo, tandem aequatur atque laevis evadit. Interim microscopii ope nihilominus aspera illa scabrities in Phaseoli superficie deinceps semper adhuc conspici potest *g*: quemadmodum etiam locus, quo Phaseolus iste nutrimenti & incrementi sui materiam hausit, nunquam deletur; sed exiguae instar cicatriculae usque spectandum sese praebet *b*.

Phaseoli istius substantia principio mollicula est; postea vero induratur & exarescit, spadiceo-rubrum induens colorem, quem deinceps nunquam amplius commutat. Unde perquam elegans nascitur spectaculum, si quis Phaseolum intus in cavo viridis Tuberculi etiamnum collocatum contuetur. Phaseolus, demum exsiccatus, compage satis firma & forti gaudet, crustaeque & duritiei suae ratione Castaneae nucis cortici haud absimilis est; praeterquam quod hic crassior sit. Omnes autem isti Phaseoli magnitudine nequaquam inter se conveniunt; quemadmodum & Vermiculi, intra eos conclusi, haud omnes aequae magni esse observantur.

Phaseolorum quoque, unum intra Tuberculum contentorum, numerus admodum varius est. Quando enim Tubercula simplicia sunt, Phaseolus quilibet singularem suam cavitatem in iis occupat: at contrarium obtinet, sicubi duplicia aut composita fuerint Tubercula. Interim quandoque etiam conspicitur, quod, quamvis tria vel quatuor Tubercula inter se mutuo concreverint, singuli tamen eorum Phaseoli, peculiari sua domuncula conclusi, interventu diaphragmatis a se invicem separentur. Locus, cui Phaseolus intra Tuberculum insidet, plerumque humidulus est & submadescens: quo fit,

bier meede over een stemmen: want de saden der Appelen ende Peeren, die wyken meede metter tyt binnen in de vrugten van haare bekleetselen en kelken af, daar se dan los in komen te leggen. Dit selve siet men ook omtrent de opdrogende pitten van de Haas-neuten: en ook omtrent de Haas-neut selve, die eyndelyk uyt syn kelk wykt. Maar dit is alhier heel wat bysonders, dat dit afgeweekte boonken binnen in sig nog een levendig Wurmken in syn holligheid beslooten had.

*Wanneer deese boonkens in het begin, eerstelyk door de uyt dampende en hol wordende substantie van het wratken af wyken, soo syn se in haar omtrek een wynig rouw ende on effen, maar alsoo die meede met ter tyt op droogt, soo worden sy gladt ende egaal: egter soo kan men nog altyt met het vergrootglas deese rouwe oneffenbeeden op het boonken bemerken *g*, gelyk ook de plaats, waar door het voetsel tot syn aangroeying ende aanwassing op geklommen is; die daar als een kleen litteken over blyft *h*.*

De substantie van dit boonken is week in syn begintfel, daar naa wort het harder en op gedroogt, en het verkrygt een castanie roode couleur, die het altyt behout, dat seer fraay staat, als men het binnen in de holte van het groene wratken aan schouwt. Het boonken dus op gedroogt synde, is redelyk vast en sterk van maaksel, komende in syn schil ende hardte niet kwalijk over een met die van een castanie, die alleen dikker is. Alle deese boonkens syn ook niet even groot, gelyk ook de Wurmken, die daar in op geslooten syn, niet van een en de selve grootte bevonden worden.

Het getal der boonkens in een gewasken verscheelt ook veel, want als de gewaskens enkelt syn, soo heeft ieder boonken daar in syn bysondere holligheid, dat contrarie is, als de wratkens dubbelt of gecomponeert syn. En somtyts siet men weer, dat drie a vier wratkens aan een wassen, en dat dan nogtans ieder boonken in syn bysonder buysken, met een door gaande middelschot van de andere af geschooten wort. De plaats, daar het boonken in het gewasken leyt, is meesten tyt vogtig ende natagtig, waar door het belet word, om van de eene plaats tot de andere te rollen. Ook verscheelen selfs de holligheden van de wratkens

Hh hh h'h hh h z

in

fit, ut impediatur, ne is ex alio in alium convolvi locum queat. Quin ipsae etiam Tuberculorum cavitates magnitudine inter sese discrepant: quod quidem inde proficisci existimo, quia ipsorum quoque Tuberculorum alia aliis majora vel minora fuerunt, magisque vel minus inaruerunt. Communiter tamen unicus tantummodo Phaseolus unoquoque in Tuberculo invenitur.

a. Tab.
XLV.
Fig. XII.

m.

Quum deinde de exsectis istis Phaseolis unum follicitissime aperirem; vivum in eo deprehendebam Vermiculum, qui pluribus ex annulis constabat: prout hunc ipsum, medio super Quercus folio recubantem, magnitudine aucta repraesento^a. Vermiculus iste figurae erat oblongae, colorisque albi. In Dorso ejus grisea cernebatur lineola ad nigrum vergens. Cum vero eundem dein dissecarem; tandem animadvertentem, lineolam istam a contentis interaneorum Vermiculi ortum ducere, & alterato, quod in Intestinis collectum haerebat, alimento, per cutem transparenti, revera deberi. In aliis multis Vermiculis quandoque fusca, alias rubra, flava, vel viridis ejusmodi lineola comparet; quae a pabulo intus concocto semper producitur. Vermiculus, quo de agimus, intra tenellum suum Phaseolum lunatam in formam convolutus jacebat, undequaque liber, nec usquam vinculo vel minimo cohaerens. Imo neque Vasa etiam umbilicalia, aut alia ulla filamenta conjungentia, quorum ope suum is nutrimentum, uti vulgaris fert opinio, adtrahere potuisset, circa eum reperiebantur. Insuper pro lubitu quoque in Phaseolo suo semet is movebat ac circumagebat, quippe qui satis caeterum robustus atque vegetus erat. Ne minima quidem excrementorum vestigia, neque vel tenuissimum quoddam oscillum, per quod Vermiculus foras ejicere feces suas potuisset, in Phaseolo mihi occurrebant. Quin nec in cavo ipsius Tuberculi, quod purum intus & nitidum erat, ulla excrementa sese manifestabant.

Interim haud negavero tamen, quod Animalculum istud ibi loci nutrimentum ceperit: quandoquidem id ex alterato pabulo, quod, specie excrementorum, in ipsius Intestinis conclusum cernebatur, quam evidentissime patescit. Eam ob causam pro certo assumo, quod Vermiculus iste adscendente vicissitaverit folii Quercini succo, huncque, per petiolum usque in cavitatem Phaseoli delatum, ore ibi hausserit. Quum vero ejusmodi alimentum, procul dubio, ad-

mo-

in grootte onder malkanderen; dat ik oordeel sijn oorspronk te neemen, naa de gewaskens selfs grooter ende kleender sijn geweest, en meer of minder uyt gedroogt sijn. Egter siet men voor het meest maar een boonken in ieder gewasken.

Als ik nu een van deese uyt gesneede boonkens sorgvuldig opende, soo vond ik daar een levendig Wurmken in, dat uyt verscheide ringkens bestont; gelyk ik dat selve midden op het Eykeblad in het groot vertoon^a. Dit Wurmken was langwerpig van figuur, en wit van couleur; op de rug had het een grys streepken, dat naa het swart trok. Maar als ik dit Wurmken opende, soo sag ik, dat het de inboud sijnner Ingewanden waaren; en eygentlyk bestaande uyt het veranderde voetsel, 't geen in sijn Darmen beslooten was, en het welk door de buyt heen scheen. In veele Wurmken siet men somtyts soo een bruyn, dan een root, geel, ende groen streepken op haar lichaam door schynen, dat alles van het verteerde voetsel komt. Het was in dit teere boonken geplaatst, in de form van een halve Maan: leggende daar 't eene maal los in, sonder de alder minste connexie; of ook, dat men daar eenige Navel vaten, of andere samen voegende vesels in ge- waar wierd, waar door het sijn voetsel naa het gemeene gevoelen sou kunnen getrokken hebben. Het beweegde en drayde sig ook in het boonken, naa sijn welgevallen, sijnde redelyk sterk ende levendig. Ik vond de minste tekenen van afgang in het boonken niet, nog ook het minste gaatken, daar het Wurmken die sou door kunnen geloft hebben; en ook sag ik geen afgang in de bolligheid van het gewasken, alsoo dat van binnen belder en klaar was.

Even wel kan ik niet lochenen, dat dit Dierken is gevoet geworden, alsoo dat onweerspreckelyk blykt uyt het gealtereerde voetsel sijnner Ingewanden, daar men de afgang in beslooten sag. Waar om ik voor vast stel, dat dit Wurmken gevoet is uyt het op klimmende sap van het Eykeblad, dat door het steelken van het boonken, tot in de bolligheid van het selve is gevoert geworden; en het welke dan van het Wurmken door sijn Mont is in-gefoogen. En alsoo dit voetsel sonder alle

twy-

modum subtile fuerit; hinc mirum non est, quod Vermis nullas inde feces excreverit; sed has in suis Intestinis coacervans eousque retinere potuerit; donec, iusto demum tempore sub Muscae habitu in lucem editus, omnes simul exoneraret. Scilicet quibuscumque id Insectis, quae ex Nymphis atque Chryfallidibus generantur, commune est, quod quadrante horae, postquam nata sunt, plurima ejiciant ac copiosissima excrementa. Nec sane cuiquam mirum videri existimem, quod Animal, absque fecum emissionem, incrementa capere queat: quandoquidem id ipsum in recens natis Agnis, Vitulisque, quotidie observamus; utpote qui nulla prorsus excrementa ano ejiciunt, priusquam in lucem prodire.

Quanquam autem verosimile mihi videatur, quod substantia Tuberculi haud prius exarescere incipiat, nisi postquam Vermiculus, plenum incrementi sui terminum adsecutus, jamjam in veram Nympham abiturus est; Phaseolus tamen in Tuberculo vel tum quoque parte sua inferiore semper humescens reperitur: ut hinc conclusus intus Vermiculus, sub id etiam tempus, adscendente atque in Phaseolum suum penetrante succo adhuc nutriri possit; sicubi forte nondum satis alimoniam hausisset. Unde equidem sapientissima DEI Providentia, quae ineffabili fociata Clementiae tam sollicitam rerum creaturarum curam habet, alio rursus modo, quam evidentissime cognoscenda haec exhibetur. Imo vel tantò etiam manifestius est hoc indicium; quoniam ima Phaseoli pars paulatim liberior simulque ficcior evadit, quando Vermiculus figuram Nymphae jamjam induet: ut ideo humiditas ista sensim mucescere incipiat, cum tempus adpropinquat, quo is sub Muscae habitu in conspectum proditurus est. Sane Phaseoli tum nonnunquam penitus liberi in Tuberculorum cavitatibus reperiuntur.

Unus illorum Vermiculorum, quem suo e Phaseolo excideram, a 5^{to} Junii ad 5^{tum} Julii usque superstes erat. Quando igitur satis demum nutrimenti cepit Vermiculus; tunc annuli corporis ejus arctius ad se mutuo contrahuntur ^a, isque tandem, deposita tenui cuticula, speciem Nymphae adipiscitur. Nympha isthaec primò tota candida est: prout autem membra ejus, quae nascituram inde Muscam expriment, sensim magis magisque roborantur; ita & color ipsius quotidie mutatur, nigro usque propius accedens. In Capite hujus Nymphae quam clarissime tum

a. Tab.
XLV.
Fig. XVI.

twyfel seer subtiel was, soo is het geen wonder, dat het Dierken daar geene vuyligheden van heeft uyt gelaaten: maar dat hy die tot syn geboorte in een Vlieg, in syne Darmkens heeft komen te bewaaren; om die dan op een tyt alle te gelyk te lossen, gelyk dat in alle Insecten, die uyt Poppen en gulde Poppen gebooren worden, gemeen is, te weeten, dat se een quartier uurs naa haare geboorte, seer veele en overvloedige afgang komen te loosfen. En niemant behoefte het ook wonder te geeven, dat een Dier sonder vuyligheden te loosfen, syn wasdom kan verkrygen, alsoo men dat dagelyks in de jong geboore Schaapen en de Kalveren siet, die gansch geene vuyligheden door den afgang loosfen, voor al eer sy gebooren syn.

En hoewel ik vertrou, dat de substantie van het wratken niet eer begint uyt te droogen, voor het Wurmken syn vollen wasdom heeft bekomen, en nu in een waaragtige Pop sal veranderen, egter siet men, dat het boonken nog altyt nat van onderen in het wratken is: soo dat het besloote Wurmken ook op die tyt nog syn voetsel, door het op ende door klimmende sap, in syn boonken kan verkrygen, indien het niet genoegsaam gevoet was. Waar in men de wyse Voorzienigheid GODS nog op een andere manier, middag klaar kan kennen, wiens Goedertierentheid soo sorgvuldig syne Schepselen besorgt. En dit blykt te meer, om dat het boonken allengskens lossen ende ook drooger van onderen word, wanneer dit Wurmken de gestalte van een Pop sal aan neemen. Soo dat eyndelyk deese vogtigheid begint te schimmelen, als de tyt naakt, dat het daar als een Vliegken sal uyt te voorschyn komen: op welken tyt deese boonkens somtyts gansch los in de holligheeden der wratkens gevonden worden.

Een van deese Wurmken, die ik uyt syn boonken gesneden hadt, leefde van den 5 Juny tot den 5 July. Dit Wurmken dan genoeg gevoed synde, soo krimpen syne ringen des lichaams digter in malkanderen ^a, tot het eyndelyk een dun vliesken af gestroopt hebbende, de gestalte van een Pop komt aan te neemen. Deese Pop is in het eerst heel wit, en naa proportie dat haare leeden, die een toekomende Vlieg uyt beelden, sterker ende sterker worden, soo verandert het ook dagelyks in couleuren: wordende gestadig swarter. In het Hoofst van deese Pop, siet men als dan seer klaar de Oogen ^{aa}, die als een netteken syn. Onder

l i i i i i i i

het

Tab.
XLV.
Fig. XVII.

aa. temporis conspiciuntur Oculi *aa*, reticuli instar constructi. Sub Capite, in Pectore, duo siti sunt Dentes, qui in Verme etiam spectabiles erant. Utrunque juxta corporis longitudinem collocatae
bb. cernuntur Antennae *bb*; inter quas sex Crura, & complicatae Alae, in conspectum veniunt. In Abdomine annuli corporis quam distinctissime comparent *c*. Quapropter Nympha isthaec ad modum priorem Tertii Ordinis naturalium Mutationum referenda est; quum artus futurae Muscae clarè, manifestè, atque similem in modum, ac Formicae, repraesentet.

a. Fig.
XVIII.
b. Fig.
XIX.

Muscam, in quam haec Nympha mutatur, & magnitudine naturali *a*, & prout microscopio armatis oculis mihi visa est *b*, depictam sisto. Dividitur ea in Caput, Thoracem & Abdomen. In Capite Oculi cernuntur; ante quos duo Cornicula, longiuscula, collocatae sunt *aa*. Thoraci quatuor adfixae conspiciuntur Alae *bb*, quarum superiores, maximae, supra corpus exporriguntur. Cum prona Thoracis regione sex Crura articulantur rubescencia, quorum extrema duobus Unguiculis instructa sunt *cc*. Venter in Foemellis tumidulus & crassus, in exiguum definit mucronem *d*, qui forte Aculei loco inservit ad terebranda folia, atque Ovula deinde factum per oscillum introvehenda. Universi corporis superficies, quasi laevigata, coracino splendet nigrore, visuque haud inelegans est. Junii 28^{vo} suis ex aediculis prorumpabant hae Muscae. Attamen Anatomem earum haud institui: unde nec de Oculis Foemellarum, nec de Marium Organis Genitalibus, quidpiam in medium proferre possum.

Fig. XX. ii.

Verum aliud nunc miraculum, nullo sane illorum, quae hucusque proposita sunt, inferius, heic considerandum venit. Situm id est in singulari illo modo, quo ter Optimus, Maximus, Architectus tenellas istas Muscas mediis de operimentis suis, remoto omni obstaculo, in lucem prodire voluit. Eo nimirum tempore, quo Vermiculus Nymphae formam adsecutus est, Tuberculum determinato & exquisito quodam loco paullatim adtenuari incipit: quod quidem in Tuberculo, cui duo Phaseoli inclusi fuerant, delineatum exhibeo *ii*. Nec solummodo adtenuatur Tuberculum ibi loci; sed & adeo valide tandem inarescit, ut induretur atque aptum fiat, quod binis Muscae Dentibus commoli atque morfu tandem perforari possit. Hinc Animalculum hocce, tempore mutationis suae, Phaseolum primo Dentibus suis perterebrat; deinde & ipsum Tuberculum morfu trans-

bet Hooft op de Borst, siet men de twee Tanden, die ook in de Wurm te sien waaren. Aan weer syden langs het lichaam syn de Hoornen geplaatst *bb*, waar tusschen men de ses Beenen, en de samen gevouwe Vleugelen siet. En in de Buyk siet men heel distinct de ringen des lichaams *c*. Soo dat deese Pop onder de derde order der natuurlyke veranderingen op de eerste wyse behoort, alsoo sy helder, klaar, en even als de Mieren, de toekomende leeden van een Vlieg vertoont.

Het Vliegken, daar in deese Pop verandert, dat vertoon ik levens grootte *a*, en ook op die wys, gelyk ik het selver onder een vergrootglas geteekent heb *b*. Het is in Hooft, Borst, ende Buyk gesneden. In het Hooft siet men de Oogen, waar voor twee lang werpige Hoornkens geplaatst staan *aa*, aan de Borst syn de vier Vleugelen gebegt *bb*, waar van de bovenste de grootste syn, en over het lichaam haar uyt strekken. Onder aan de Borst syn de ses Beenen gearticuleert, die rootagtig van couleur syn, en op haar eynde met twee Nagelkens voorsien *cc*. De Buyk is dikagtig ende geset in de Wyfkens, hebbende agter aan een kleene puntagtigheid *d*, dat mogelyk den Angel is, om de bladeren te door booren, en de Eyeren door dat geformeerde gaatken daar in te voeren. De verruw van het gansche lichaam, is een blinkent geouleurte swart: dat als gepolyst is, en niet onaangenaam staat. Deese Vliegkens braken uyt haare woningen, op den 28 Juny. Ik heb haar niet geanatomiseert, soo dat ik van haare Eyeren, nog Teel leeden in de Mannekens, niets kan seggen.

Maar alhier valt nu een ander wonder te considereeren, dat niet minder is, als een van al de andere, die al reede voor gestelt syn. Het selve bestaat in de manier, die de alder Opperste Architect heeft uyt gevonden, om deese teere Vliegkens, midden uyt haare bekleetselen onverhindert in de ope lugt te doen passeeren. Op die tyt dan, als het Wurmken de gedaante van een Pop heeft aan genomen, soo siet men, dat het wratken op een uyt gekooren, en verordineerde plaats allengskens begint te verdunnen: dat ik heb willen uyt beelden in een wratken, daar twee boonkens in beslooten waaren *ii*. En niet alleen siet men, dat het wratken daar ter plaats verdunt, maar het droogt eyndelyk soo sterk uyt, dat het hart wort, en bekwaaam, om door de twee Tanden van het Vliegken, vermaalt ende door gebeeten te worden; soo dat het sig op de tyt syner verandering eerstelyk door byt door syn boonken, en dan ten tweeden,

fo-

door

Tab.
XLV.
Fig. XII.

forat, atque orbiculari oscillo *k*, quod exacte tam amplum est, ut corpus Muscae per id transmitti ac liberio rem in aëra emergere queat, pervium reddit.

Sub hoc tempus itidem distincte conspici potest, quod mutatio istorum Insectorum in Muscarum formam proxime instet: loca enim illa arefacta, per quae Muscae prorupturae sunt *ll*, in Tuberculis tum deteguntur. Quum vero paucis deinde diebus post 28^{uum} Junii Tubercula isthaec rufus visitatum irem; animadvertentiam, plurima eorum perforata esse, & quae intus delituerant, Animalcula jamjam evolasse: ut hinc nonnisi Phaeolos, morsu perterebratos, in iis deprehenderim. Tubercula autem, ab incolis suis derelicta, postmodum in se concripsantur, & maximam partem exarescunt. Proximus demum annus nova ejusmodi miracula DEI rufus exhibet contemplanda, summi que ideo in laudes Creatoris erumpere nos jubet; quippe qui tam aperte semet in omnibus suis creaturis manifestavit, atque cunctas inter res creatas, quae in tellure nostra degunt, soli se menti humanae praebuit cognoscendum. Unde profecto non nisi pro monstris in rerum Natura reputandi sunt, qui, bruta sua ignorantia fascinati, supremam illam atque summopere deventerandam Providentiam inficiari, ac ficulneis argumentis, omni prorsus & pondere & acumine destitutis, impugnare audent: id enim agendo docent, se nec Homines nec bestias, sed monstra tantum in rerum Natura esse, quae suum sibi interitum ipsa cudunt.

DE QUIBUSDAM VERMICULIS, QUI INTRA SPONGIOSAM ROSAE SILVESTRIS, SIVE CYNOSBATI, EXCRESCENTIAM ENUTRIUNTUR.

Fig. VI. Tuberculum hocce quoad externam suam figuram, illi, quod Icone sexta hujus Tabulae in Quercu repraesentatur, haud absimile est: quamvis minime lanuginosum sit, sed contra spongiosum; ut hinc vel jure etiam Spongia adpellari queat. Exsiccatum colore gaudet griseo nigrescente, variisque monticulis, sinibus, & eminentiis inaequalibus distinguitur *aa*. Crescit id pariter in ramuli fastigio, hujusque medio, haud aliter, quam Rosae alabastrus petiolo suo, innititur *b*. Quodsi Excrecentia isthaec discindatur; plures in ea deteguntur cellulae *c*, in quibus ingens alborum Vermiculorum, variae magnitudinis & aetatis, numerus deprehenditur.

Ver-

door het wratken, daar het een ront gaatken in maakt *k*, 't geen even soo wyt is, dat syn lichaam daar kan door passeeren, en de ope lugt genieten.

Men kan ook op deese tyt distinct sien, dat de tyt der verandering nadert, op dat deese Dierkens de gedaante van Vliegen souden aan neemen, want men ontdekt als dan in de wratkens deese op gedroogde plaatsen *ll*, alwaar de Vliegkens sullen door passeeren. En als ik weynig dagen na den 28 Juny deese gewaskens ging besoecken, soo bemerkte ik, dat de meesten daar van doorboort waaren, en de Dierkens daar wyt gevloogen: soo dat ik niet als de door gebeete boonkens daar in vond. Waar naa de gewaskens dan voorts in malkanderen krimpen, en voor het meeste gedeelte verdroogen. Tot men op het jaar daar aan, deese wonderen GODS weder op een nieuw kan besigtigen, en den Schepper pryzen ende looven, dewelke soo middag klaar sig in alle syne Schepselen geopenbaart heeft, en onder alle Schepselen, die op aarde woonen, sig aan den menschelyken geest alleen heeft bekend gemaakt: soo dat het niet als monsters in de Natuur syn, dewelke door haare brutale onwetentheid, deese hooge ende ontsagge-lyke Voorsienigheid komen te lochenen, en met redenen sonder alle merg ende oordeel willen bestryden: waar door sy nog menschen nog beesten syn, maar wanschepselen in de Natuur, wiens verderf wyt haar eyge selver is.

VAN EENIGE WURMKENS, DIE IN EEN SPONGIEUS UYTWASKEN VAN DE WILDE ROOS, SYNDE EEN WILDE EGELANTIER OP GEKWEKT WORDEN.

Dit gewasken komt in syn uysterlyke gedaante niet kwalyk over een, met dat in de sesde afbeelding op deese selve plaat, van de Eyke boomen vertoont is, hoewel het niet wollig is, maar ter contrarie spongies is, en sels een spons sou kunnen genoemt worden. Als het droog is, soo is het van een graauwe swartagtige couleur, met verscheyde knobelen, inbuygingen, en oneffene verheventheeden *aa*. Het groeyt meede boven op een taksken, daar het in het midden opgeplaatst is, gelyk een Roosknop op syn steel *b*. Als men dit gewasken door snyt, soo vind men daar in verscheyde cellekens *c*, daar een groot getal witte Wurmkens, van verscheyde grootte en ouderdom in geplaatst syn, de

I i i i i i i z

welke

Vermiculi hi similiter, ac de aliis omnibus, qui intra Tubercula degunt, Vermiculis jam memoratum est, paullatim quoque Nymphae formam induunt, hocque sub habitu membra futurae Muscae quam manifestissime offerunt conspicienda: id, quod circa finem aetatis contingit.

Tab.
XLV.

Fig. XI. d.

Duas autem Muscarum species ex Spongiola ista in lucem prodire vidi, quae pluribus eam foraminibus perterebraverant, atque sic demum inde foras prorepserant. Prima equidem species satis prope ad illas accedebat Muscas, quae ex foliorum Quercus Tuberculis apud me provenerant: nisi quod corpore esset paullo crassiore d, nigrisque Oculis, & ruffo caeterum e. colore praedita. Alterius speciei Muscae e Bifetae erant: quamvis character iste Masculis earum tantummodo proprius fuerit. Quatuor etiam Alis, & sex Cruribus rubescentibus, hae, uti priores, gaudebant. Corpus ipsis oblongum erat. Caput, tenello innixum petiolo sive collo, rubescentes Ocellos prae se ferebat. Porro corpus univrsum, haud aliter, ac Cantharides, colore ex aureo viridi coruscans, peramoenum visu exhibebat spectaculum. Muscae istae nequaquam eodem omnes tempore in conspectum prodibant; sed continuos aliquot dies impendebant in perforando suo domicilio; quippe quod Dentium suorum adminiculo varios in cuniculos exedebant, multisque oscillis f, ultro citroque perterebrabant.

Fig. IX. f.

ACCURATA OBSERVATIO ANNO 1674^{to}, JULII 10^{mo}, PRAESSENTIBUS TOPARCHA NIEUWENRODAE, EJUSQUE UXORE, UTRISQUE MIRACULORUM SUMMI NUMINIS, QUAE IN RERUM NATURA INVENIUNTUR, CURIOSISSIMIS, A ME CIRCA POPULUM NIGRAM INSTITUTA.

Quamvis DEI Opera aequae omnia sint admirabilia; alia tamen eorum manifestius, alia vero nonnihil occultius, Creatoris sui laudes exclamare animadvertuntur. Patet id potissimum in variis, quibus Animantia progenerantur, modis; quippe quorum alii notis dilucidis & comprehensibilibus, alii contra obscurioribus, atque investigatu difficilioribus, artificium & majestatem revelati Architecti, qui solus adoratione dignus est, in rerum Natura repraesentant. Quum 10^{mo} Julii Anni 1674. Schevelingam curru ve-

here.

welke gelyk, van alle de andere Wurmken in de gewaskens gesegt is, meede met ter tyt de gedaante van een Pop aanneemen, die heel klaar de ledenmaten van een toekomende Vlieg vertoonen: dat in het laatste van de Somer maanden geschiet.

Tweederhande soorten van Vliegkens, heb ik uyt dit sponsken sien te voorschyn komen, die het selve met verscheyde gaatkens doorboort hadden, en waar buyten sy gekroopen waaren. Het eerste soort kwam niet kwalik over een niet de Vliegkens, die uyt de wratkens der Eyke bladeren by my voort kwamen, hoewel sy een weynig gesetter van lichaam waaren d, hebbende swarte Oogen en een roffche couleur. Het tweede soort van Vliegkens e, dat waren tweehorftelige Vliegen, hoewel dat niet eygen was, als aan de Manneken. Sy hadden gelyk de anderen vier Vleugelen, en ses rootagtige Voeten. De gestalte van het lichaam was langwerpiger, het Hoofd stont op een teer steelken of balsken, daar rootagtige oogkens in stonden. En voorts was het gansche lichaam van een blinkent gout groene couleur, even als de Spaansche Vliegen, dat een seer fraay gesigt gaf. Deese Vliegkens kwamen niet alle op een tyt te voorschyn, maar sy besteeden eenige dagen lang agter malkanderen, om haar een opening door haer wooning te maaken, die sy met veele loop-groefkens ende gaatkens t uyt aten, en door en weer door boorden met baare Tandem.

NAUKEURIGE OBSERVATIE GEDAAN OMTRENT DE SWARTE POPULIER, IN 'T JAAR 1674 DEN 10 JULY, IN 'T BYWEESEN VAN DE HEER EN VROUW VAN NIEUENRODE, BEYDE TE SAMEN SEER CURIEUSE LIEFHEBBERS VAN DE WONDEREN DES GROOTEN GODS IN DE NATUUR.

Alle de werken GODS even wonderbaarlyk sijn de, soo bespeurt men egter, dat eenige derselwe klaarder, andere wederom wat verborgender, de lof van haaren Schepper uytcryten. Dit blykt bysonderlyk omtrent de voortteelingen der Dieren, waar van de eene soort klaar ende verstaanbaar, en de andere wederom duyster ende ondoorsoekelyker, de kunst en heerlykheid van den geopenbaarden, en alleen aanbiddelyken Architect, in de Natuur vertoont. Wanneer als wy op den 10 July in 't jaar 1674 naa Schevelingen kwamen te ry-

den,

Tab.
XLV.
Fig.
XXI.

heremur; ex foliis Populi nigrae rubescentes quosdam fructus, Cerasis similes, dependere videbamus, adeo quidem numerosos; ut praetereuntium oculos non possent non ferire. Cominus igitur cum eos contemplaremur; patefcebat nobis, rugosas esse Verrucas atque Ex-tuberationes, in arborum istarum foliis collocatas *a*, quae apertae insignem vivorum Animalculorum numerum, & vel ad sexaginta aut septuaginta quidem singulae, exhibebant. Verrucae istae, quae in externa foliorum tunicae superficie foras protuberabant, exacte sub medio nervorum ibi sitae erant: ut ideo nervi *b* super eas ferrentur *b*, nonnunquam paullo altiore, quandoque iterum depresso, loco constituti; prout nimirum ipsae etiam Verrucae, ullo sine ordine, magis minusve e folio exstabant. Quin binae quoque Verrucae eodem in folio, rarius tamen, inveniebantur. Magnitudo earum valde discrepabat: aliae enim, quasi recens natae, minores erant; aliae nonnihil majores magisque extumidae; tertia demum species amplius adhuc altiusque procreverat. Quum primo Tubercula isthaec cerne-remus; opinabamur ea penitus undequaque clausa esse: at vero accuratius instituto examine animadvertimus, singula interno folii latere, quo plana erant, longiusculo ostio de-hiscere *c*, per quod contentis intus Animalcu-lis exitus concedebatur.

Notatu dignum est, quod folium illud sub ma-ximo semper nervo suo, & hunc quidem una se-cum elevando, extrorsum protuberaverit; tum quod nonnisi circa nervum, medioque in folio, tumor hic obtinuerit. Ratio harumce conditio-num in eo sita esse nobis videbatur, quod In-sectorum intus habitantium Ovula in illum dun-taxat locum speciatim fuerint impressa, fuc-cusque folii nutritius maximam partem ibi transvehatur. Ita sane fieri poterat, ut fo-lium, succo nutritio vi irritaminis, ab Ovorum invectione producti, accumulato, notabiliter ibi loci inflaretur atque accresceret. Hinc etiam clare observabamus, totam, quae folio infide-bat, Verrucam nihil esse aliud, nisi majorem ipsius folii dilatationem ac dispanfionem; hancque pariter effecisse, ut nervus, simul ex-trorsum protrusus, tam varios in sinus atque flexuras, quae in nonnullis admodum notabiles *d d*, erant *dd*, contortus fuerit.

Summopere profecto considerari meretur, quam

den, soo saagen wy aan de bladeren van de swar-te Populier eenige rootagtige vrugten, als Korfen hangen, dewelke in sulc een meenigvuldigen getal daar waaren, dat se nootsakeelyk door haar groo-te menigte, het gesigt van die daar voorby pas-seerden niet ontgaan konden: deselve dan van naaby besienende, soo bevonden wy, dat het ruige wrat-ten waaren, en uytsteekfels op de bladeren van die boomen *a*, dewelke geopent synde, een groot getal levende Dierkens, tot wel seftig en seven-tig toe, in een uytsteekfel uyt leverden. Deese wratten, die aan de fyde van het buytenste vlies der bladeren, van binnen naa buyten uytgepuylt waaren, die stonden regt onder het midden der Senuwen van de selve, die daar over heen liepen *b*, en die somtyts wat hooger, en somtyts weer wat lager daar op geplaatst waaren: gelyk ook de wratten selver, dan hooger dan lager op het blad gegroeyt stonden; sonder order te houden. Men vond ook wel twee wratten op het selve blad, dan selden. Wat de grootheid der selve belangt, die was seer verschillig, want eenige waaren kleen in haar begintfel, andere waaren wat grooter ende uytpuylender, en de derde soort waaren meerder ende verder geavanceert. In het begin, als wy deese wratten eerst aansagen, soo beelden wy ons in, dat se gansch geslooten waaren, maar als wy deselve wat naukeuriger besaagen, soo ondervon-den wy, dat se alle aan de binnenste fyde van het blad, daar de wrat plat was, met een langwer-pige opening van malkanderen gaapten *c*, en dat de besloote Dierkens aldaar haar uytgang hadden.

Het is aanmerkelyk, dat dit blad altyt onder de grootste Senuw, en met deselve naa buyten uyt-waars puyde, en dat men deese uytpuyling niet als omtrent de Senuw, en midden op het blad ge-waar wierd: waar van ons de reeden scheen te syn, om dat de impressie van de Eyeren deeser Dierkens aldaar bysonderlyk geschiet was, en dan ook, om dat het voedende sap van het blad, daar wel voor het grootste gedeelte syn doortogt had, 't geen dan het blad bekwaam maakte, wanneer dit voetsel door de irritatie van het setten der Eyeren vermenigvuldigt was geworden, om het blad daar ter plaatse merkelyker uyt te setten, en te doen aangroeyen. Waar door wy ook klaar bevonden, dat de gansche wrat, die op het blad stont, niet als een meerder dilatatie of uytsetting van het blad selve was: en dat het daar door was komen te ge-beuren, dat de Senuw dan alderhande bogtige in-hammen in syn uytpuyling had komen aan te nee-men *dd*, dat in eenige seer opmerkelyk te sien was.

't Is in der waarheid seer opmerkelyk te sien,

Kk kk kk kk k

hoe

quam regulari modo haec omnia fiant. Quando enim folium, novissime ictum, extuberare incipit; tunc primo ibi loci flavescit, sensimque porro rubescens, excavati instar Cerasi vel facculi, tandem dispanitur. Interea autem bini etiam hujusce Tuberis margines in latere folii interno, utrinque, adeo exacte contra se mutuo adcrefcunt, & veluti inter sese committuntur; ut hiatus vel rima vix ac ne vix quidem animadverti queat: id, quod a DEO in rerum Natura manifestato eum in finem tam ordinate constitutum est; ut caveretur, ne semina, aut recens nati Vermiculi, hoc e latibulo suo excidant, aut prius erepant, quam plenam aetatem suam adtigerint, & volandi facultatem acquisiverint. Verum isthaec de externa horum Tuberculorum forma sufficiant.

Quum ea deinde aperiremus; sequentia intus reperiebamus consideratu digna: aliquot nimirum Muscas plene adultas; Vermiculos, sex Pedibus instructos, quae verae erant Ordinis Secundi Nymphae; tum & Vermiculos nonnullos, qui, Nymphae membra nondum exhibentes, saltem accrescere incipiebant. Praeterea albam quoque substantiam, lanuginosam, una cum lentis quibusdam humoribus, qui intra membranam conclusi videbantur, ibidem deprehendebamus.

Verum ut ordine de horum singulis agam; prius memorabo, quod internam istarum Verrucarum superficiem externam laeviolem & planiorem, quin minus etiam rubentem, invenimus. Prioris equidem differentiae hanc putabamus esse rationem, quod in externa Verrucarum superficie minores quoque Nervuli, qui per folium ibi distribuuntur, itidem simul distensi atque dilatati essent. Quantum vero ad coloris pallorem: hujus in eo sitam esse causam observabamus, quod universa superficies interior farina veluti, minutisque furfuribus albis, lanuginis in modum constructis, inspersa adpareret. Undenam autem lanuginosa haec materies suam trahat originem, paullo infra discutiemus. Attamen aliquando scabritiei quidpiam, licet parum, nec frequenter, intus in Verrucarum cavitatibus animadvertebamus: quod quidem utrum inde profectum fuerit, quoniam Muscae adultae, per tempus aliquod ibi commoratae, Pedum suorum Unguiculis, superficiem forte scarpferant, pro certo adfirmare nobis haud licebat.

Vermiculi minimi, quos intra Verrucas istas deprehendebamus, singuli haud aliter, ac profectae Muscae, in Caput, Thoracem & Ventrem

hoe regulier dat toe gaat; want als het blad eerst geraakt is, en begint uyt te puylen, soo word het daar ter plaats eerste geelagtig, en voorts allengskens root, tot het geheel als een holle Kars of beursken sig begint uyt te setten: waar van de randen dan, aan weerkanten van de binnenste syde des blads, soo net tegens malkanderen komen aan te groeyen, en als op een te sluyten, dat men de opening of spleet seer kwalijk kan vinden. Het geen dan soo ordentelyk van den geopenbaarden GODT in de Natuur beschikt is, op dat de saden of jonge Wurmen daar niet souden uytvallen, of ook uyt loopen, voor sy baar vollen ouderdom hadden, en bekwamelyk vliegen konden. Maar dit sy genoeg van de uytterlyke gestalte deeser gewasssen.

Als wy nu deselve openen, soo vonden wy daar deese considerable saaken binnen in, als eenige volwasse Vliegkens, Wurmken met ses Beenen, dat waaragtige Poppen van de Tweede Order waren, en dan ook eenige Wurmken, derwelke begonden aan te groeyen, sonder dat se nog de leeden van een Popken vertoonden. Nog bevonden wy daar binnen in, een goede quantiteyt van een witte wollige substantie, met dan eenige taye vogtigheeden, die in een vlies beslooten scheenen.

Maar om van dit alles ordentelyk te spreken, soo sal ik eerste seggen, dat wy de binnenste superficies deeser wratten gelyker en egaalder bevonden als die van buyten, en ook soo root niet; waar van ons de reeden scheen, dat aan de buytenste kant ook de kleender Senuwen, die aldaar op het blad staan, meede uytgeset en gedilateert waaren. Wat de bleeke couleur belangde, het selve bevonden wy syn oorspronk te neemen, door dien de gantsche binnenste oppervlakte sig vertoonde, als of sy met meel en kleene witte semelen bestrooyt was, die van een wollige structuur waaren. Maar waar nu deese wollige substantie syn oorspronk neemt, sullen wy wat lager onderzoeken. Nog bevonden wy eenige rouwbeyd, dan niet seer veel nog dikmaals, binnen in de bolligheeden deeser wratkens; of die haer oorspronk namen uyt, dat de volwasse Vliegkens daar eenige tyt gesecten, en met de Nagelen aan haare Voeten die opgekrabt hadden, dat konden wy niet verseecken.

De kleenste Wurmken, die wy in deese gewasssen bevonden, die waaren alle, gelyk de volkome Vliegkens, in Hooft, Borst ende Buyk gesneeden

a. Tab.
XLV.
Fig.
XXII.

trem erant distincti ^a. In Capite duo cernebantur Oculi, atque Antennae. Pronae Thoracis regioni sex Crura, interventu articularum, jungebantur. Reliquum corpus erat breviusculum. Color eorum oculo nudo glaucus, at microscopii ope viridescens adparebat. Exuvias simili modo, ac caeterae Vermiculorum species, ponebant. Motu praeterea longe gaudebant citatiore, quam Vermiculi majusculi, iique, qui in Muscas jam mutati erant.

At prae reliquis sane maximam in hisce Animalculis merebat animadversionem, illa tomenti congeries, quam singula posteriori corporis sui extremo adplicatam, elegantissimum & valde mirabilem in modum, gestabant ^e. Utrum vero tomentum istud de ipso Insecti corpore procrearet; quod quidem perquam verisimile est; an autem, e Verruca prognatum, ab Animalculo deinde posticae corporis regioni imponatur; distincte expiscari nulla ratione poteramus: quamvis interim existimaremus, lanuginem illam ex ipso potius corpore Insecti provenire; quum adultiorum corporibus eam nequaquam adhaerescere videremus.

In nonnullis Vermiculis, molliculo instructis corpore, quo, in foliis Liliorum, aprici degebant, saepiuscule observavi, omnia eos excrementa sua supernè in corporis sui postremum coacervare, hacque ratione id a radiorum Solis ardore defendere.

In aliis, qui circa Carduorum folia visitabant, postica corporis parte exstantes vidi duas fetas, rigidas, in quibus exuviae, quas Animalculum ponebat, una cum excrementis quibusdam, semper defixae tenebantur. Ita nimirum sub exuviis suis, tanquam sub pergula, a Solis aestu immunes delitescebant, atque cum iis quoquo versus super foliis obambulabant. Prima istorum Vermiculorum species tandem in Scarabaeum procreavit ex aurantio rubrum, nigris Corniculis Pedibusque donatum: altera vero in Scarabaeum grandem, testudinatum, nigris itidem Cruribus, nigroque corpore instructum. Duo isthaec singularissima DEI artificia, respectu lanuginis, quam Insectum, quo de agimus, in corporis sui postremo gestat, ab hoc non multum discrepant. Inde autem conspiciere rursus licet, quantae sint miseriae, quibus omnes creaturae, in hacce stercoreis, coeni, & calamitatum valle, obnoxiae degunt, sub malis simul & bonis inter se jugiter mistis aetatem suam finientes.

Tota cavitas interna hujus Verrucae, uti jam

den-^a, in het Hooft sag men de twee Oogen met de Hoornkens, onder aan de Borst waaren ses Voeten gearticuleert, en voorts was het lichaam kortagtig. Haar couleur vertoonde sig aan het Oog blauwagtig, maar onder een vergrootglas groenagtig. Sy vervelden even als de andere soorten van Wurmken: de beweeging die sy hadden was veel veerdiger, als van de Wurmken, die grooter waaren, of ook van die alreede in Vliegken waaren vergroeyt.

Maar dat omtrent deese Dierken ten hoogsten aanmerkelyk was, dat bestont in dat sy alle agter op haar lichaam een vergadering van wolagtigheid hadden sitten, die seer fraay, en ook wonderbaarelyk van haar gedragen wierde. Of nu deselve aan het Dierken groeyt, dat heel waarschynelyk is, dan of sy uyt het gewasken selve voort gebragt wierd, en dat het Dierken die agter op het lichaam nam, dat was ons onmogelyk om distinct uyt te vinden. Hoewel dat wy egter oordeelden, dat deese wolligheid uyt syn lichaam selve voortgebragt wierd, om dat wy die aan de lichaamen van de volwassender Dierken niet en sagen.

Ik heb in sommige Wurmken, die met een week lichaam voorzien waaren, en waar meede sy in de Son op de bladeren der Lelien leefden, dikmaals geobserveert, dat sy al haare vuyligheeden boven op het agterlyf stapelden, en dat soo voor de hette van de Sonne stralen conserveerden.

In andere, die op de bladeren der Distelen leefden, heb ik gesien, dat aan haar agterlyf twee styve borstels waren, waar in dat het vel, dat se afstroopen, altyt met eenige vuyligheeden bleef vast sitten: en onder welk afgestroopt vel, dat se dan voor de hette der Son, als onder een luyfel, haar verbergden, en daar meede van plaats tot plaats op de bladeren voort gingen. De eerste van deese Wurmken vergroeyt eyndelyk in een orange-roode Schalbyter, met swarte Hoornkens en Voeten; en de tweede, in een groene schildpadagtige Schalbyter, die meede swarte Beenkens heeft, en ook een swart lichaam. Welke twee seer rare kunstwerken GODS niet veel verscheelen, in het dragen van de wolligheid, dat dit Dierken agter op syn lichaam doet. Maar waar in wy ook de ellenden sien, die alle Schepselen in dit dal van drek, modder, en rampsaligheid, onderworpen syn; daar alle in het kwaat en het goede te gelyk, syn leeven eyndigen.

De gansche inwendige holte van dit wratken, siet
Kk kk kk kk k z

jam memoravi, furfureo illo tomento veluti obfita, aut potius confperfa cernitur: quod quidem, dubio procul, ab exuviis, quas Animalcula intus contenta ponunt, proficifcitur; utpote quo tempore haec lanuginem quoque fuam una cum cute exuunt, atque huc illuc difcurfando quaquaverfum diffundunt. Lanugo ifta, quam elegantiffime in ramulos divifa, illam refert Nitri fpeciem, quae ex muris recens exftructis, noftro in Belgio, progerminat: ut hinc microfcopio intercedente confpecta minori ramofoque Mufco arboreo fimilis videatur.

Tab.
XLV.
Fig.
XXIII. f.

Illis, qui Ranarum Anatomen instituere gestiunt, praepremis expedit, ut Marem certo a Foemella sciant discernere. Duo autem hunc in finem signa mihi praesto sunt. Primum in eo vertitur, quod Masculus binis gaudeat Vesiculis pneumaticis, quas sub coaxatione inflat, & quarum ostia in Faucium lateribus sita sunt. Duabus hae membranis constant, quae facile a se mutuo separari, & singulae seorsim flatu distendi atque adservari possunt. Istarum membranarum prima externae cuti continuatur; membranae Palati altera; haecque sanguiferis quibusdam Vasis & Fibris insuper muscularibus, quarum ope Vesiculae semet contrahere, aëremque contentum denuo proflare valent, est conspicua. Ostia harum Vesicularum proprie regionem Oris superiorem, qua Gingivae in nobis sitae sunt, occupant: & pone ea Organi au-

door geïnjicieerde vogtigheeden, wind, of dat se vol Eyeren is: wanneer men se ook in het water legt, soo en dilateert sy haer niet, soo dat se hemels breette van de Trompet verschilt.

De Eyeren, als gesegt, die breeken tegens de tyt, dat de Vorsche die affschieten sullen, alle uyt de kwabbekens des Eyerstoks, daar sy in befloaten syn, en soo rollen sy, wie weet door wat voor een beweeging, door de Buyk, in de openstaande holte van de Trompet: maar hoe veel tyt hier eygentlyk toe van doen is, dat kan ik niet seggen, alsoo de Kikvorsch niet doorsigtig is, als wel andere Dieren. En hoewel men dat in een andere Kikvorsch sou mogen naa sien, soo is dat niet als door inductie, dat we deese waarheid souden kennen.

Omtrent deese tyt siet men in de Mannekens, dat haare Saadballekens en Saadblaaskens meede vol met Saat vervult worden; en als dan worden de Vorsche beseeten met die dollen teel-sugt, die haer haer selve doet versuymen: want sy als dan seer makkelyk selfs met de hand te grypen syn. En ik vertrou, dat se ook weinig of niet in die tyt eeten, die somtyts lang, somtyts korter duurt, naa de tyt van het jaar beet is.

Het Manneken bespringt in die tyt altyt het Wyfken, daar het boven op gaat sitten, en sig aan het Wyfken vast hout. Soo dat de huyslyden dit soort van teelen, in ons Neerland, de rytyt der Kikvorschen met alle reeden genoemt hebben, om dat het Manneken boven op het Wyfken als te paart ryt.

Het is een nutte uytvinding voor die deese seetien begeert te doen, dat by het Manneken sekerlyk kan onderscheyden van het Wyfken, waar toe ik twee teekenen heb. De eerste is, dat het Manneken twee Lugtblaaskens heeft, die by in 't kwakken opblaast, en die haer opening aan de syden agter in de Mont hebben: deselve syn uyt twee vliessen bestaande, die men ligt van een kan separeren, en apart opblaasen en bewaaren. Het eerste vlies is een continuatie van de uysterlyke huys, en het tweede vlies is een continuatie van het vlies van het gebemelte, waar in men eenige Bloetvaten, en ook spieragtige Vesels kan sien: waar door deese deelen haer weer samen trekken, en de lugt uytblafen. De opening daar van is eygentlyk om hoog in de Mont, daar in ons het Tandvlesch is, en waar agter men den ingang

ditorii introitus in Rana datur; utpote qui pariter istuc intra Os aperitur; dum Tympanum interim extrinsecus sub cute haeret: cujusmodi structuram in Chamaeleonte quoque observavi.

Tab.
XLVII.
Fig. VI. a.

Alterum indicium Pollex praebet, qui Masculis crassissimus est *a*, nonnullis in speciebus saturissime niger, & ingenti obsitus numero papillarum *b*, itidem nigerrimarum, similibus fere modo, ac Papillae in Linguis Boum, constructarum. Quodsi Papillae istae siccantur; asperae sunt, & instar asperi illius corii, quod Zegryn vocatur, desuper fricanti scabritiem exhibent. Quis autem earum usus sit, mox indicabo.

Mares itaque, equitationis tempore, Foemellis adsiliunt, earumque dorso nonnunquam per 40 dies continuos insident; prout nimirum tempestas anni magis minusve frigida est, & ovula longius vel brevius in via detinentur, priusquam excutiantur. Imo spatium istud vel diutius etiam protrahitur; si quando Foemella minus recte valet, ideoque Ovula lentius per Tubas in Uterum descendunt; aut sicubi forte in Utero haec, vel in Abdomine, patiuntur remoram: quemadmodum in nonnullis Ranis, quae longo valde tempore copulatae erant, observavi. Verum eo ipso temporis puncto, quo Foemella Ovula sua ejaculata est, Mas eam statim deserit, generandi quippe libidine defunctus.

Tab.
XLVIII.
Fig. I & II.
a a.

Mirabilis iste coitus modo sequenti perficitur. Quamprimum Masculus in Foemellam adsiliit; tunc mox Foemellae Pectus duobus suis Brachiis *a a* complectitur, haecque tam tenaciter fortiterque constringit; ut solis manibus meis ea nequaquam, sine laesione, relaxare potuerim: unde coactus eram, Pectus inter & Brachia ferream insinuare spatulam; ut commodius sic dissolutionem moliri possem. Mas porro Brachiorum suorum digitos elegantissime eum quasi in modum, quo precantes solent, inter se mutuo committit. Capite dein suo in *b b*. Foemellae Caput superne incumbit *b b*: at corporis ejus pars postrema longe profundius sese, quam Foemellae corpus, deorsum exporrigit; quum tanto is magis retrorsum sit collocatus: quae quidem positura certum pariter usum, mox commemorandum, adfert. Praeterea animadvertendum est, quod Pedum Masculi anteriorum bini Pollices crassissimis suis lateribus, tum temporis, adversus Foemellae Pectus sint adpressi, extremique Pollicum articuli simul nonnihil incurvati.

tot het geboor in de Kikvorsch fiet: dat meede syn ingang binnen in de Mont heeft, en de Trommel van buyten onder het vel, als ik ook in de Chameleon geobserveert hebbe.

Het tweede teeken is, dat de Mannekens een seer dikken Duym hebben *a*, dewelke in sommige soorten heel donker swart is, en beset met een groot getal tepelkens *b*, van deselve swarte couleur, die als de Tepelkens op de Ojse tongen haast van maaksel syn; als men die droogt, soo syn sy rou als Zegryn leer, wanneer men daar op wryft: maar wat nu haar gebruyk is, sal ik datelyk seggen.

De Mannekens dan, die bespringen de Wyfken in de rytyt, daar sy boven op gaan siten, somtyts wel 40 dagen lang, naa de tyt van het jaar kout is, en dat de Eyeren langzaam onder weegen syn, eer sy afgeschooten worden; en deese tyt word nog langer uytgestrekt, soo wanneer het Wyfken ongesont is, en dat haare Eyeren traag door de Trompetten in de Lyfmoeder gaan; of ook dat se in de Lyfmoeder, of in den Buysk onderweegen blyven; gelyk ik dat in eenige, die langer tyt op een saten, heb bevonden. Maar als het Wyfken de Eyeren uytgeschooten heeft, soo verlaat haar ook het Manneken op deselve ogenblik, als hebbende syn Teel-lust volbragt.

De manier van dit wonderbaarlyk teelen gaat aldus toe. Soo draa wanneer het Manneken boven op het Wyfken gesprongen is, soo omvat hy haar de Borst met syne twee armen *a a*, die hy styf toeknypt, en dat soo sterk, dat ik se met myn handen alleen niet wel heb konnen los maaken, sonder haar te kwetsen: soo dat ik tusschen de armen en het lyf een yser spatelken moest steeken, om se alsoo gemakkelyk los te trekken. Voorts sluyt hy de Vingeren seer aardig in malkanderen, gelyk als iemand die syn gebed doet. Syn Hoofd plaatst hy boven op dat van het Wyfken *b b*, maar syn Lichaam van agteren is veel lager, als dat van het Wyfken uytgestrekt, om dat hy soo veel meer naa agteren geplaatst is; en dat heeft ook syn gebruyk, als ik terstont seggen sal. Nog moet men aanmerken, dat de twee duymen van de voorste Voeten met haare dikste syden, op die tyt tegens de Borst van het Wyfken aangeplaatst syn, en het uysterste lit van het Duymken is een weynig omgeboogen.

Quan-

Hoe

Quantumcunque Foemella sese hoc tempore commoveat; Mas tamen nunquam ab ea recedit: ut ut illa vel extra aquas etiam procurrat. Quamobrem sic copulatas quoquoersum tunc transmittere atque asportare licet: quod ipsum circa Cochleas hortenses, quando coitu districtae sunt, pariter obtinet. Immo si vel Marem quoque Pedibus posterioribus arripias; nequaquam tamen Foemellam is derelinquet: tantopere libidinis oestro obcaecatus est. Atque hac ratione Bestiolae istae per plures dies continuos invicem reptant, natant ac degunt; usque dum Foemella Ovula sua ejaculetur: quod quidem brevissimo temporis intervallo peractum est. Vidi etiam, cum sic equitantes respirarent, cutem externam, quae Tympanum auditus, utpote proxime subter hanc, pone Oculos, constitutum *cc*, supervestit, jugiter inde nunc elevari, nunc iterum subsidere: ut hinc sanè visu perelegans nascatur spectaculum, quando ambae simul respirant, & suas quaelibet nares alternis aperiunt & constringunt.

Possit quis porro interrogare, quonam tempore Mas in Foemellam adfiliat? An, priusquam Ovula per Tubas transierunt; an vero, cum per eas jam jam devoluta, atque in bifido Utero coacervata sunt? Id equidem investigare praetermissi. Existimo interim, quod Mas Foemellam tum conscendat, quando Ovula Tubis sunt excepta, & partim jam in Utero congregata haerent. Ratio autem, cur ita sentiam, in eo sita est, quod, secus si foret, facillime evenire possit, ut Masculus potentia Tubarum officia Brachiis suis comprimat. Unde etiam forte proficiscitur, quod aliquando quaedam adhuc Ovuia in Abdomine residua inveniantur, postquam aliorum ejaculatio jam jam est peracta. Verum quousque isthaec vera aut falsa sint, per Anatomicum experiri licet.

Cum igitur tempus tandem adest, quo Foemella Ovula sua omnia in Utero congregata gerit, Tubaeque exinanitae sunt, & quodlibet insuper Ovulum suo Albumini in Uteri Cornibus, vel Tubis, est circumdatum; tunc Foemella simul uno impetu omnia ejaculatur. Quod dum fit; clare animadvertitur, Masculum Foemellae parturienti operam veluti obstetricis praestare, suosque commovendo Pollices, & Brachia constringendo, exeuntia Ovula promovere. Sic denique per Podicem Foemellae longiusculo radio *d* ea excutiuntur;

quae

*Hoe seer het Wyfken in deese tyt haar roert, soo verlaat haar egter het Manneken niet; selfs al loopt se buyten het water: waarom men se ook op die wys overal versenden ende verdragen kan, dat ook in de tuyn-Slakken kan geschieden, als sy in de vermenging zyn. En al wat men het Manneken by syn agterste Beenen, soo sal by het Wyfken niet begeeven, soo seer verblint hem de teelsugt. En op die wys kruypen, swimmen, en leven sy, verscheyde dagen naa malkanderen, tot het Wyfken haare Eyeren afschiet, dat in een seer korte tyt gedaan is. Ik heb ook gesien, dat als sy soo op malkanderen saten en adem haalden, dat de uysterlyke buyt, die de Trommel des geboors bekleet, en het geen effen onder het vel agter de oogen is *cc*, daar door opgeligt wierd, en dan weer onderviel; dat seer cierlyk staat, wanneer sy adem halen, en haare Neusgaatkens open ende toeknypen.*

Men sou alhier kunnen vragen, op wat tyt dat het Manneken het Wyfken bespringt, of het was, eer de Eyeren door de Trompetten gepasseert waren, dan of sy daar al door waren gegaan, en in de tweeboornige Lyfmoeder versamelt? dat heb ik versuymt te onderzoeken. Maar ik oordeel, dat het Manneken het Wyfken beklimt, wanneer de Eyeren in de Trompetten ontfangen syn, en dat daar eenige al in de Lyfmoeder syn vergadert. Dit oordeel ik, om dat andersins het Manneken ligtelyk de openstaande monden der Trompetten sou kunnen door syne Armen toe drukken. Dat ook mogelyk de reeden is, waarom dat men somtyts eenige Eyeren in den Buyk vind, naa dat de Eyeren al uytgeschooten syn. Maar wat hier eygentlyk van is, dat sou de Anatomie ons kunnen leeren.

*De tyt nu aangekomen synde, dat het Wyfken alle haare Eyeren in de Lyfmoeder versamelt heeft, en dat de Trompetten leeg syn, soo dat ook ieder Ey met syn Wit in de Hoornen des Lyfmoeders, of Trompetten is omvangen geworden; soo lost het alle deselve op een maal, en dan merkt men klaar, dat het Manneken het Wyfken als obstetriceert, en syne Duymen beweegende, en syne Armen toeknypende, de uytgaande Eyeren helpt voortsetten. Het Wyfken lost deselve door haar Aars, met een langagtige straal *d*, daar dan het Manneken, dat geen Roede heeft, syn*

T t t t t t t 2

saad

Tab.
XLVIII.
Fig. I.

quae Masculus Pene carens mox dein Semine suo, per Anum pariter emisso, e, perfundit, atque foecundat. Quum autem Ovula, ob circumfusum Albumen viscida valde & glutinosa, in Utero inter sese coaluerint; statim, ac in aquam sunt ejecta, ea se rursus in pristinam rotunditatem dispendunt f. Constat hinc demum, quod & quare necessarium fuerit, ut, inter equitandum, Masculi posteriora ultra Foemellae corpus retrorsum exporrigerentur. Postquam sic, inter Maris & Foemellae Crura postica, e corpore hujus proruperunt Ovula, & Semine masculino foecundata sunt; ilico Animalcula isthaec sese mutuo derelinquunt. Masculus tunc natat, suaque Brachia rursus, ut ante, commovet; quamvis tot diebus continuis haec, absque omni penitus motu, tanquam perpetua in contractione atque spasmio fuerint constituta.

Ova tum omnia mox, ac excussa sunt, in fundum aquae subsidunt; nisi forte nonnullis alicubi herbulis, quae in fossis crescunt, sustententur: fecus autem aliquot post diebus demum enatant. Duabus circiter post horis, quam Ova fuerant excreta, (curaveram vero intra vas vitreum, quod urinale vocant, id fieri) Foemellam aperiebam; in qua tunc Ovarium penitus contractum, quale Tabul. XLVII. Fig. IV. lit. k. delineavi, inveniebam. Praeterea quaedam adhuc Ovula in Abdomine, unum in Ovario, atque in Tuba pariter unum, offendebam.

Quum vero dein Ovarium, Ovulis suis emunctum, accuratius irem examinatum; sub Abdominis dissectione tres observabam Musculorum species: rectos nimirum, qui lineis quatuor interfecabantur: tum obliquos descendentes & ascendentes, prioribus subjectos. Abdomine aperto, res notatu quam dignissimae in Ovario mihi sese offerebant. Primo quidem quadruplicis magnitudinis Ovula, eaque colore etiam inter se differentia, ibi conspiciebam. Nonnulla horum minutissima erant atque alba aa: alia nonnihil grandiora & flavescencia b; tertia demum species, longe major c, saturatiore itidem colore semet distinguebat. Porro & multa ibidem occurrerunt puncta nigricantia d, quae prima fronte pro Ovulis habebam: verum microscopio edocebar, irregulares esse particulas atque Ovula evanescere incipientia. Cum postea lobos quosdam aperirem; modo dicta omnia multo adhuc distinctius in conspectum veniebant: Vaforum

Tab.
XLVII.
Fig. IV. k.

Tab.
XLVIII.
Fig. III.

aa.
b.
c.
d.

saad door den Aars op uytstort e, en de Eyeren op deese tyt vrugtbaar maakt. En alsoo de Eyeren in de Lyfmoeder vereenigt syn geworden, van weegen dat se door het omvangende wit uytneement taay ende lymmerig syn, soo dyen sy straks in het water weer tot die ronde gedaante wyt f: en naa sy tusschen de Beenen van het Wyfken en Manneken, soo buyten het lichaam geschooten syn, en dat se door het Mannelyk saet syn bevrugt geworden; waar toe het ook nodig was, dat het lichaam van het Manneken voorby het lichaam van het Wyfken schoot; soo verlaten deese twee Dierkens datelyk malkanderen. En het Manneken swemt, en roert syne Armen weer als te vooren, niet tegenstaande dat se soo veele daagen, sonder alle beweeging, als in een geduurige samentrekking, jaa kramp geslaan hebben.

Alle deese Eyeren die sinken datelyk, naa dat sy geschooten syn, op de grond, ten sy dat se op eenige kruyden in de slooten komen te rusten, andersins soo dryven sy niet als naa eenige daagen. Een uur a twee naa dat de Eyeren afgeschooten waaren, dat in een glase urinaal geschiet was, soo opende ik het Wyfken; daar ik het Eyerest t' eene maal samen getrokken vond, als ik in de IV. Figuur by de letter k in de XLVII. Tafel heb afgebeeld. Eenige Eyeren laagen nog in den Buyk, een in het Eyerest, en een in de Trompet.

Maar als ik nu de uytgeleyde Eyerstok naaukeurig wilde ondersoeken, soo sag ik in het openen van de Buyk drie soorten van Spieren, als de rechte, die met vier lynen onderscheyden wierden, en dan de schuyns neerdalende en opklimmende, die daar opvolgden. In de Buyk gepenetreert synde, soo vond ik seer aanmerkelyke saken in den Eyerstok. Eerstelyk sag ik, dat daar Eyeren van vierderley grootte in waaren, en ook verschillende van couleur. Eenige waaren beel kleen ende wit aa, andere wat grooter ende geelder b, en de derde soort was nog veel grooter c, en ook hooger van couleur. Voorts sag ik daar verscheyde swarte stippen in d, die ik voor Eyeren aansag, maar het vergrootglas ontdekte my, dat dit irreguliere deelen waaren, en Eyeren die begonden te verdwynen. Als ik eenige kwabbekens opende, soo sag men dit alles nog veel distincter, als ook de loop der Bloetvaten e tusschen de Eyeren, en hoe dat de Eyeren op de kleene ramificatien van de bloetaderen geplaatst waaren. Als ik nu dit alles attent besag

Tab. XLVIII.
Fig. III. e. forum quoque sanguiferorum inter Ovula decursus tunc cernebatur e; & quomodo Ovula minoribus istorum Vasorum propaginibus imposita sint. Quae quidem singula adtente considerans judicabam; isthaec rudimenta esse Ovulorum proxime sequenti anno ejaculandorum: at vero irregulares eorum figurae, & diversa magnitudo, hac rursus de opinione me dimovebant.

Fig. IV.
aaa. Tandem tamen in fundo membranarum, quibus lobuli constituuntur, atque inter ista, mihi visa, Ovula, inanes quoque observabam membranulas aaa, quibus Ovula, quae ex Ovario proruperant, investita fuerant. Simili nimirum modo, ac in Racemo Gallinarum obtinet: quippe in quo vestigia membranularum atque cellularum, quibus circumdatus erat vitellus, pariter, postquam Racemum is dereliquit, supersunt, quae tamen sensim postea sese contrahendo penitus vanescunt. Particulae istae Vasis sanguiferis elegantissime erant intertextae, hisque, tanquam petiolis, superimpositae bb: quemadmodum & hoc & illud, sic mulque unum e maximis Vasis sanguiferis cc, magnitudine multum ultra naturalem aucta, representare sum conatus.

Fig. III. f. Observatio isthaec eò me lucis atque cognitionis perducebat; ut de memoratis Ovulis haud sine ratione deinde statuerem, esse ea immaturos quasi fructus, qui perfectionem suam nondum adepti, & forte itidem paulatim disperituri essent: quòd ipsum vel perfectis quoque Ovulis, in Ovario & Abdomine remanentibus, quorum aliquod Icone tertia ad lit. f delineavi, contingit. Descriptae illae membranulae ad planitiem erant coactae, & veluti disruptae, in se ipsas conciderant: ut hinc earum paucas tantummodo exhibeam. Verum tempus nunc est, ad emissam demum Ovula transeundi.

DE MODO, QUO RANUNCULI IN RANARUM OVIS ACCRESCUNT ATQUE EXCLUDUNTUR:

Primo mox die, Aprilis nimirum 18^o, quo Ovula fuerant excreta, talem haec magnitudinem (1) prae se ferebant, Albumenque, quo ambiebantur, erat minutissimum. At quolibet temporis puncto aucteri mole cernebantur: ut ideo altero statim die sic (2) jam figurata semet ostenderent. Albumen, aqua semet in id penetrante, paulatim magis vitreum in

besag, soo oordeelde ik, dit de begintfelen der Eyeren te syn, die het toekomende jaar souden uytgeschooten worden: maar haar irregulierheyd en verschillige grootte, deed my deesse gedagten verdwynen.

Tot ik eyndelyk op de grond der vliessen van de kwabbekens, en tusschen deesse vertoonde Eyeren de leege vlieskens sag aaa, daar de Eyeren, die uyt het Eyerest afgebrooken waaren, meede bekleed hadden geweest; op de selve wys gelyk in de Eyerstok der Hennen plaats heeft: alwaar de teekenen der vlieskens en cellekens overblyven, daar het Dojer meede bekleet was geweest, wanneer het de Eyerstok verlaat; en welke vellekens of beurskens dan allengskens eenemaal wegkrimpen. Deesse deelkens waaren seer cierlyk met de Bloetvaten vereenigt, daar sy op stonden bb, gelyk ik dat met het voorgaande heel in het groot heb willen vertoonen, als ook een van de grootste Bloetvaten cc.

Deesse observatie gaf my ligt en kennisse, om van de beschreeve Eyeren niet onredelyk te oordeelen, dat het onrype vrugten waaren, die haare volmaking niet verkreegen hadden, en die mogelyk meede verdwynen souden. Gelyk ook de volkome Eyeren selfs doen, die nog in den Eyerstok en Buyk overblyven, en alwaar ik 'er een in de derde figuur by de letter f heb uytgebeelt. De beschreeve vlieskens waaren plat toegeslooten, en als geborsten op een leggende: soo dat ik daar maar eenige weynige van vertoone. Maar het is nu tyt, om tot de uytgeschootte Eyeren selfs over te gaan.

VAN DE MANIER, HOE DE JONGE IN DE EYEREN DER VORSCHEN AANGROEYEN, EN GEEXCLUDEERT WORDEN.

Soo draa de Eyeren op den eersten dag, synde den 18. April, geschooten waren, soo vertoonden sy haar van deesse grootte (1), synde het Wit, dat sy om haar hadden, seer kleen: maar alle ogenblik sag men, dat se in grootte toenaamen: soo dat se op den tweeden dag van deesse figuur waaren. (2): In den omtrek sag men, dat het Wit allengskens door het ingedronge water glasagtiger wierd, maar

am-

VV VV VV VV V

om-

ambitu evadebat; at, circa Foetum Raninum, Achatae potius speciem referebat: neque interim in ipso Foetu ulla haecenus insignis quaedam mutatio observabatur. Quum vero externo in adpectu heic nequaquam acquiescerem; Ovulorum horumce interiora rimari constituebam. Verum Albuminis mira tenacitas inevitabile adeo impedimentum sub sectione injiciebat; ut molimina mea omnia incassum ceciderint. Et quamvis Foetum denique Raninum denuclaverim; attamen tantopere is tractando profusus ac confusus erat; ut nunquam ad scopum meum pertingere mihi licuerit.

Alia hinc via opus hoc adgredi cogebam. Certum videlicet istorum Ovulorum numerum diversis in liquoribus reponebam, spe fretus, a quibusdam horum Albumen sic consumtum iri. Interea & ejusmodi Ovulorum nonnulla aquae incoquebam: quo medio quidem dissolvebatur Albumen; at neutiquam tamen ita, uti desideraveram. Videbam nihilo fecius cutem Ranunculi perquam regulariter fuisse corrugatam; quandoquidem, sub coctione, pars aliqua humorum inde evaporaverat.

Quum autem die proximo, quae liquoribus immiseram, Ovula contemplerer; animadvertentem, Albumina a Primo liquore fuisse coagulata: ut hinc quam elegantissime rotunda essent, & botryones veluti referrent. Colore ea Achaten quasi, aut coctum Vanelli Ovum, similibant: quin ipse Ranunculus pariter coagulatus erat; ut hinc nequaquam diffunderet, quando sectionem ejus instituebam: Albumen enim facilius inde nunc amovere licebat.

In Altero, quo Ovula maceraveram, liquore colorem ea purpureum acquisierant: Albumen autem nonnisi aliquatenus erat dissolutum. Ad Tertii hinc liquoris Ovula me conferebam; quorum quidem Albumen magis lacteum evaserat, & nonnihil dissolutum, neque interim adeo amplius glutinosum atque tenax adparebat. Ranunculus ipse altero tanto grandior heic erat factus, omniaque ejus contenta colorem quodammodo contraxerant: unde ingens mihi nascebatur facilitas, Animalculum isthoc suis in primordiis accuratius examinandi.

In Quarto liquore viridescentem induerat colorem Albumen, & parum aberat, quin totum esset dissolutum: ut hinc Ranunculum commodissime heic scrutari possem; & vel tanto etiam facilius, quum is quoque totus haud aliter, ac Vitellus Ovi cocti, esset coagulatus: quae sane binae erant diversiffi-

mae

omtrent het Vrugtken des Kikvorsch was het agaat-agtiger, sonder dat men egter een merkelyke verandering in het Vrugtken bemerkte: maar alsoo ik my met het gesigt van buyten hier omtrent niet vergenoegde, soo resolveerde ik deese Eyeren te ontleeden, maar alle myn moeyte was te vergeefs, om de taayheid van het Wit, dat een onvermydelyk beletsel in de sectie was. En hoewel ik het Vrugtken des Kikvorsch al ontblootte, soo had ik hem soodanig gedrukt en behandelt, dat ik nooit tot myn oogmerk kon komen.

Dit deed my een ander middel by der hand grypen, te weeten, om een secker getal deeser Eyeren in distincte vogten te leggen, op hoop dat eenige van de selve het Wit souden verteeren; ondertusschen soo kookte ik eenige van deese Eyeren in regenwater, dat merkelyk het Wit dissolveerde, maar egter niet naa myn oogwit. Ik sag evenwel, dat het vel van het Kikvorschen seer regulier was gerimpelt geworden, door dien dat daar in het koken, eenige vogtigheeden uytgedampt waren.

Als ik des anderen daags myne Eyeren, die in de vogten laagen besag, soo bevond ik, dat de eerste vogt het Wit gestremt had; soo dat de Witten daar van seer cierlyk ront waren geworden, op de wys als een bosch druiven ten naaften by: haar couleur was als een Agaat of een gekookt Kievits Ey; en het Kikvorschen selve was gestremt, soo dat hy niet vervloeyde, als ik de sectie van hem deedt. Want men kon nu het Wit daar met een ligter moeyte van af neemen.

In de tweede vogt, daar ik de Eyeren in gelegd had, wierden sy purper couleurig, maar het Wit wierd niet als eenigfins gedissolveert. Dit deed my de derde Eyeren besien, daar het Wit melkagtiger in geworden was, en een weynig gedissolveert, sonder dat het ook soo lymmerig ende kleverig was. Het Kikvorschen selve was eens soo groot geworden, en al syne inboud was eenigfins gecouleurd; dat my een groote lichtigheid gaf, om dit Dierken in syn begintfel wat nader te ondersoeken.

In het vierde vogt was het Wit groenagtig geworden, en op een weynig naa heel gedissolveert. Soo dat ik nu het Kikvorschen heel bekwaam kon ondersoeken, en dat te meer, alsoo hy ook heel gestremt was, even als het Geel van een gekookt Ey; dat secker twee seer differente effecten van een en deselve vogt waaren. Als ik nu het Kikvorschen

ken

mae unius & ejusdem liquoris effectiones. Quum igitur Ranunculum, microscopii inventu, examinarem; e minutis totum granulis, quae ferè uniformiter divisa, flavescencia, & perspicua erant, constare deprehendebam, nulla caeterum alia contenta five viscera in eo animadvertens. Porro observabam, Ranunculum univrsum, notabili admodum fulco five plicatura, in duas veluti partes dividi *a a*. In Ovi regione superiore nonnulla adhuc restabant vestigia exiguae maculae flavae, quae minutis *b*. ibi rimulis semet dabat conspiciendam *b*. At cum Ovum deinde, juxta memorati sulci ductum, bipartitur; videbam sulcum hunc, altero Ranunculi latere, propemodum usque in medium hujus corpus penetrare: ubi loci hoc ipsum corpus quoque, altera parte, nihil convexum erat *a*; altera vero parte, qua fissus iste pariter tam profunde ferebatur, *b*. in foveam excavatum *b*, quae prominulum prioris partis dorsum exceperat. Opposito Ranunculi latere sulcus longe minus alte penetrabat *cc*, nec nisi superficialiam cutis incisuram exhibebat. Qua tandem intus plicatura isthaec terminabatur, ibi perfracta corporis *dd*. ipsius Ranunculi, ex granulis conflati *dd*, substantia in conspectum veniebat.

Haecce autem observatio sulci vel plicaturae corporis Ranunculi; quam quidem, casu saltem fortuito primitus a me animadvertam, in vivis postmodum Ranunculis quoque detexi; plurimum mihi dein adferebat lucis ad certius existimandum de subita illa corpusculi Ranunculorum expansione & elongatione, quae die quarto, cum Embryo sese explicat, evenire cernitur. Crediderim hinc, quod altera illa explicati Ranunculi pars in Caput & Thoracem accrescat; altera vero in Abdomen atque Caudam, quae pedetentim magis augeatur.

In Quinto, cui Ovula mea commiseram, liquore Albumina tantillum rubentia erant redita, & propemodum dissoluta. Ranunculi autem corpus heic aliquatenus sese concripsaverat: quo quidem efficiebatur, ut in ambitu Foetus Ranini limpidum conspicerem humorem, distincta ac tenuissima in tunica conclusum. Isthaec, qua poteram, industria atque adtentione perlustrans detegebam porro, quod tunica modo dicta, Ranunculum circumcludens, altero latere *a*. Allantoidi velut Tunicae similem sese praebet: quin & exiguam intus in cavo ejus observabam particulam, coagulatam, in liquore, quo Tunica

ken onder een vergrootglas examineerde, soo bevond ik, dat by t'eenemaal uyt kleene grynken bestont, die haast eenparig gedeelt waaren, en van couleur geelagtig en doorsigtig, sonder dat ik daar eenige andere inboud of Ingewanden in bemerkte. Voorts sag ik, dat het gansche Kikvorschken als in twee deelen gedeelt was *a a*; en dat door een seer merkelyke groef of t' samenvouwing: boven op het Eysag men nog eenige teekenen, van het geele vlaksken, dat sig aldaar met kleene scheurkens vertoonde *b*: maar als ik het nu by de groef van een verdeelde, soo sag ik, dat deselve aan de eene syde van het Kikvorschken haast tot op het midden van syn lichaam ging, alwaar ook dit lichaam aan de eene syde wat verheeven was *a*: en aan de andere syde, daar deese spleet meede soo diep ging, daar sag men een kuyl *b*, alwaar de verheeve plooy van de andere syde in geslooten had. Aan de contrarie syde van het Kikvorschken, was de sleuw op verre naa soo diep niet *cc*, maar alleen het vel een weynig yngekeept. En daar deese invouwing van het lichaam eyndigde, daar sag men de doorgebrooke substantie van het lichaam des Kikvorschken selve, dat uyt greynkens bestont *dd*.

Deese observatie van de sleuw, of invouwing des lichaams van het Kikvorschken, (die ik naderhant ook in de levende Kikvorschkens kwam te ontdekken, na dat ik haar eerstelyk casueel gevonden had; die gaf my een groot licht, om seker te kunnen oordeelen van de schielijke uytsetting, en het langer worden van het lichaam in de Kikvorschkens; dat op den vierden dag geschiet, wanneer by sig expliciert. Soo dat ik oordeel, dat het eene deel van het geexpliceerde Kikvorschken tot het Hooft en de Borst aangroeyt, en het andere deel tot de Buyk en Staart, die allengskens vermeerdert.

In de vyfde vogt, daar ik myne Eyeren in geplaatst hadt, daar waaren de Witten wat rootagtig in geworden, en ten naasten by gedissolveert. Voorts was het lichaam van het Kikvorschken daar eenigsins in gekrompen; het geen te weeg bragt, dat ik rontsom de Vorschen-vrugt een heldere vogtigheyl sag, die in een distincte en seer dunne rok beslooten lag. Als ik dit met alle neerstigheid en attentie besag, soo ontdekte ik, dat deese rok, die het Kikvorschken bekleede, sig aan de eene syde als de rok Allantois vertoonde *a*, en daar binnen in sag ik een kleen gestremt deelken, dat in de vogt swom, daar deese rok, Farciminalis genoemt,

V v v v v v v v v 2

meeds

Tab.
XLVIII.
Fig. V. aa.

Fig. VI. a.

Fig. VII.

Tab.
XLVIII.
Fig. VII.

nica haec Farciminalis repleta erat, fluctuantem. In medio hujus Ovi manifeste rursus descriptum ante fulcum *b* conspiciebam: altero autem in Ovi latere macula itidem illa exigua, flava, quam Foetus prae se fert, per Tunica investientem transparebat *c*. Flava haec macula a reliquis Ranunculi partibus non nisi eo discrepat, quod plicaturae corporis ibi loci paullo sint majores: nec, praeter hanc differentiam, alia ulla haec occurrit. Hinc etiam, Ranunculo magis incremente, flavedo ista sensim dissipatur, atque in nigrum colorem transit.

Alterum hocce detectum copiam mihi dabat suspicandi, quod forte Amnion pariter atque Chorion in Ranarum Ovo reperiantur: prout & postmodum haec membranas ibi detegere mihi contingebat; quamvis pro certo affirmare nequeam, quod Chorion ab Amnio verè distinguui valeat. Id habeo exploratissimum, quod Ranunculus tunica distincte conspicua ambiatur, atque, intra hanc, limpidissimo in liquore, haud aliter ac Pullus Gallinaceus in suo colliquamento, fluctuet, sese moveat ac verset.

Rarissima isthaec & consideratu dignissima observatio tam acri stimulo meam excitabat industriam ad mirabilia haecce DEI Arcana funditus demum detegenda, ut nihil sane supra. Ovum hinc Raninum paullo rarius contrectabam: quo quidem fiebat, ut Allantois sese, vi istius motus, sensim dilataret *a*: omnis enim, Amnion contentus, humor in Allantoidem sic propellabatur, qui rursus, quando instrumentulum meum amovebam, in Amnion semet inde recipiebat.

Tandem aliquanto rarius adhuc Ovulum tractando obtinebam; ut Allantois penitus de Ranunculo abscederet: quia vero Foetum sic vulneraveram; hinc videbam, fluidas nigrasque hujus particulas quoque in Allantoidem profluere, Amnionque simul expandendo, liquorem hujus turbidum reddere: qua de causa Allantoidi etiam figura pyriformis conciliabatur, *a*. Instabam igitur huic operi tandem; donec tota Allantois fauciat Ranunculi partibus fluidis prorsus dispersa foret, atque ita sese exhiberet figuratam, uti Icone X, aucta magnitudine, ad vivum a me depicta praesentatur: neque interim haecenus membranas ipsas perrumpebam.

Ranunculi porro interanea investigabam; de quibus tamen distincti plane nihil cognoscere mihi

Fig. VIII.
a.

Fig. IX. *a*.

Fig. X.

meede vervult was. In het midden van dit Eysag ik ook klaar de sleuw *b*, en aan de ander syde schieen het geele vlaksken, 't geen men op het vrugtken siet, door de bekleedende rok heen *c*. Dit geele vlaksken verschilt van de andere deelen des Kikvorschen niet anders, als in dat synè ployingen daar wat grooter syn; dat het eenig onderscheyt is. En men siet ook, als het Kikvorschen grooter word, dat die geele couleur allengskens verdwynt, en in swart verandert.

Deese tweede ontdekking gaf my de gedagten, of daar ook niet een Amnion en Chorion in het Vorsche-Ey sou kunnen weesen, dat ik naderhand ook ontdekte; hoewel ik niet kan seggen, of het Chorion van het Amnion kan gedistingueert worden. Maar dit is seer seker, dat daar een kennelyke rok om het Kikvorschen heen loopt, daar deselve in een zeer heldere vogt, of in het Colliquament in dryft, en sig inroert en omdraayt, gelyk het Hoender kuyken in syn Colliquament doet.

Deese seer rare en considerable observatie gaf my meer aandachtigheid als ooit, om deese wonderlyke verborgenheeden Gods tot de gront toe te ontdekken: waarom ik het Vorsche-Ey wat harder aantaste, het geen te weeg gebragt, dat de Allantois sig allengskens door dit beweegen dilateerde *a*; want alle de vogtigheid in het vlies Amnion wesende, die sakte daar in, en als ik myn instrumentken daar van aftrök, soo liep sy weer in het vlies Amnion.

Eyndelyk soo händelde ik het Ey nog wat ruwer, waar door de Allantois heel van het Kikvorschen af week, en alsoo ik het Vrugtken gekwetst had, soo sag ik, dat syne vloeybaare en swarte deelen daar meede inliepen, en het vlies Amnion te gelyk uytspannende, het vogt daar van troubel maakten, dat de Allantois een peeragtige figuur deed aanneemen *a*. Ik continueerde dit soo lang, tot dat deese gansche rok met de vloeybaare deelen van het gekwetst Kikvorschen opgeswollen wierd, en de figuur vertoonde, die ik by de tiende afbeelding naa het leven heb afgeteekent, en in 't groot vertoont: blyvende de vliessen nog in haar geheel.

Ik ondersogt voorts de Ingewanden van het Kikvorschen, daar ik 'er niet een van distinct ontdek-

mihī licebat. Saltem, quae ante descripsi, Granula iterum observabam, e quibus, tanquam ex congerie globulorum inter se mutuo adunatorum & coagulatorum, Animalculum istud suam trahere originem videtur. Spectatu autem perquam erat jucundum, quomodo granulatae istius substantiae colores, vi meorum liquidorum, fuerint alterati, atque in flavum, album, purpureum, pluresque alias varietates transierint.

Tab.
XLVIII.

3. Tertio post Ovulorum ejaculationem die (3), praecedentium observationum luce auctus, Ranunculum satis clare in liquore Amnii fluctuantem conspiciebam, simul animadvertens, paulatim ipsum jam jam ampliari. Universum quoque Ovulum, aqua & pabulo imbibitis, grandius jam evaserat. Proxime Ranunculum Albumen paullo magis albescerat: quin videbar mihi nonnulla in hoc vascula videre albicantia, quae Ovi colliquamentum augere, idque in Amnion deducere suspicabar. Ut hinc profecto credibile sit, Vasa itidem umbilicalia hoc in Foetu dari; sed quae prae summa subtilitate conspici nequeunt. Mea autem negligentia factum est, quod hujus etiam diei Ova Ranina liquoribus meis non commiserim coagulanda; ut dicta dein vasa in iis quaerere potuissem.

4.4.4.4.

At vero isthaec omnia quarto die (4), vel absque ullius etiam microscopii auxilio, tam clare mihi manifestabantur; ut nemo de iis dubitare possit: praepremis, quoniam & colliquamentum, & tunicae Foetum investientes, jam quoque notabiliter adaucta erant, Ranunculusque itidem semet explicaverat, variis sub formis in conspectum veniens: prout quatuor ejusmodi varietates, nativa magnitudine delineatas, exhibui.

5. Die 5^{to} id ipsum mirabiliter, & supra modum eleganter; conspici poterat. Tum vero detegebam insuper; quam ratione Chorion atque Amnion semet, in Albuminis medio, sensim magis ac magis dilatent. Circulus itidem Vasorum alborum Chorion, quae ad hujus superficiem in ambitu adplicata cernebantur, sese magis diffundebat: neque tamen ulla haecenus Vasa umbilicalia in Amnii colliquamento distinguere licebat; ut ut liquidum hocce, Crystalli instar, perluceret. Praeterea divisionem Ranunculi in Caput, Thoracem, Ventrem atque Caudam distinctissime jam nunc observabam; tum quomodo is, pone Caput, circa Thoracem, apiculos quosdam nigros, fimbriarum more, collocatos gerat, qui, huic Animalculo haud leve adferentes ornamentum summo opere in eo

dekken kon; maar alleen sag ik de voorige beschreeve greinkens, uyt welke dat Dier syn begintsel schynt te neemen, uyt een versameling van te samen en aan een gestremde klookkens. En het was fraay te sien, hoe de couleuren van deese greynagtige substantie door myne vogten waren verandert geworden, als in geele, witte, en purpere grynckens, en van andere couleuren meer.

Op den (3) dag, naa de Eyeren geschooten waaren, sag ik door het ligt van de voorgaande ontdekkingen, het Kikvoorschken redelyk klaar in het vogt Amnion dryven, die ik ook allengskens sag, dat vermeerderde. Het gansche Ey was nu ook grooter geworden, door het ingedronge water en het voetsel. Digt aan het Kikvoorschken sag ik, dat het Wit wat witagtiger was, en het scheen my, dat ik daar eenige witte Aderkens in sag, die ik my inbeelde het Colliquament van het Ey te vermeerderen, en dat in het vlies Amnion te voeren, soo dat het ook te vertrouwen is, dat daar Navel-vaten in dit Vrughtken syn, maar die om haar subtilheid niet gesien worden; synde het een versuym van my, dat ik de Vorschken Eyeren ook op deese tyt niet in myne vogten gelegd hebbe, om haar te stremmen, en die deelen te zoeken.

Maar dit alles openbaarde sig aan my op den (4) dag soo klaar, selfs sonder daar eenige vergrootglaasfen toe te gebruyken, dat daar niemand aarzou kunnen twyffelen. Te meer, alsoo het Colliquament, en de rokken die de Vrught bekleeden, nu merkelyk vermeerderd waaren, hebbende ook het Kikvoorschken sig geexpliceert, en sig op verscheyde wyfen vertoonende; gelyk ik dat op vier manieren heb afgebeelt, en levens grootte vertoont.

Op den 5den dag was dit boven maten en wonder aardig te sien, alwaar ik ook ontdekte, hoe het Chorion en Amnion sig meer en meer in het midden des Wits dilateerde, als ook de cirkel der witte vaten van het Chorion, die men ronison de superficte van het Chorion aangeplaatst sag; sonder dat men egter eenige Navel-vaten in het Colliquament van het vlies Amnion kon onderscheyden, niet tegenstaande deese vogt doorsigtig als crystal was. Hier by soo ontdekte ik geheel distinct de verdeeling in het Hooft en in de Borst, als meede in de Buyk en de Staart: gelyk ook hoe het Kikvoorschken agter het Hooft, aan de Borst, eenige swarte puntkens als franje geplaatst had, die een redelyk cieraat aan hem gaven, en die ten hoogsten opmerkelyk in dit Dierken syn, als ik

con-

X x x x x x x

in

Tab.
XLVIII.

5. considerari merentur: prout postmodum demonstrabo. Omnia haec sub No. 5. depicta videri possunt.

Heic vero accurate animadvertendum est, Allantoidem hoc mihi die haud amplius sub oculos venisse: quae quidem utrum a Chorion & Amnio dilatatis e conspectu fuerit remota; an autem e solis tantummodo harumce membrularum plicaturis primitus constiterit; aut quam alia ratione haec res proprie se habeat; haud certo pronunciare valeo. Admodum vero mirabile erat visu, quam eleganter, quinto hocce die, Foetus in Amnio semet circumageret, & versaret, perpetuo fere in motu constitutus.

6. In medio diei sextae videbam, Ranunculos quosdam e Chorion & Amnio prorupisse, Albumenque deseruisse. Alii autem in eo saltem erant, ut inde semet expedirent. Alii eoque perfectionis nondum pervenerant. Observabam quoque, Ovulorum nonnulla mole quidem augescere; at fulcum corporis minime explicare: quae forte masculino Semine haud fuerant penetrata. Unum porro vel duo mihi occurrebant Albumina, quae nullos continebant, neque & continuerant, Ranunculos; quamvis tamen intus in iis punctum album cerneretur: unde forsitan imperfecta haec fuere Ovula, quae Ovario una cum aliis excefferant, atque intra Tubam haud minus, ac reliqua, Albumine fuerant obvoluta. Hac ratione plurima heic Naturae miracula detegebam.

7. Die decimo (10) Ranunculos, qui ex Albuminibus suis eruperant, jugi natatu alternatim, quiescendi & comedendi ergo, haec repetere, iterumque relinquere conspiciebam. Ranunculus autem ea jam figura gaudebat, qua sub No. 10. depictus exhibetur; nec nisi paullo grandior evaserat. Caeterum id maxime in eo dignum erat animadvertione, quod nigrae illae Appendices, fimbriis similes, ad molem notabiliter majorem jam nunc procrevissent. Videbantur hae Animalculo eum in finem esse impertitae, ut & facilius natatum id exercere, & tranquille in Albumine residens, in iis conquiescere possit; praeterquam quod elegans etiam ac jucundum ipsi ornamentum conciliarent: prout equidem tum temporis autumabam.

15. Decimo & quinto die, microscopii interventu, curiosissime contemplabar externos Ranunculi artus; quem & nativa magnitudine ^a, & prout in dorsum supinatus sub microscopio ^b, fese conspiciendum mihi praebuit ^b, binis Iconibus

in het vervolg toonen sal, en gelyk men dat alles in de figuur by No. 5. siet afgebeeld.

Maar alhier is nu wel aan te merken, dat ik de Allantois niet meer en sag: of sy met de dilatatie van het Chorion en Amnion verdweenen was, dan of sy uyt de samenvouwingen van die vlieskens selfs bestaan heeft, of hoe het daar eygentlyk mee is, dat kan ik niet seker seggen: maar wonderlyk was het, hoe fraay dat het Vrugtken op deesen vyfden dag sig in het vogt Amnion draayde ende keerde, synde haast in een geduurige beweeging.

Op het midden van den 6den dag sag ik, dat eenige Kikvoorschken uyt het Chorion en Amnion gebroken waaren, en het Wit verlaaten hadden. Andere ontwarden haer daar uyt: sommige hadden nog die perfectie niet. Ook sag ik, dat eenige Eyeren wel grooter wierden, maar sy expliceerden de sleuv des lichaams niet, mogelyk door dien het Mannelyk saad tot haer niet gepenetreert was geworden. Ik sag ook een a twee Witten, daar geen Kikvoorschken in waren of geweest hadden, hoewel binnen in haer een wit stippelken was; het welk mogelyk onvolkome Eyeren syn geweest, die met de andere het Eyerest verlaaten hadden, en evenwel in de Trompet met een Wit syn omvangen geworden: en op die wys ontdekte ik verscheyde wonderen van de Natuur.

Op den (10) dag sag ik, dat de Kikvoorschken, die uyt haare Witten gebrooken waaren, daar geduurig weer in en uyt swommen, om te rusten en om voetsel te hebben. Het Kikvoorschken was nu van gedaante als by No. 10. afgebeeld word, synde alleen wat grooter geworden: alle het geen daar aanmerkelyk in was, dat bestont in dat de swarte aanhangsels als franjen, nu merkelyk grooter uytgegroeeyt waaren, en sy sbeenen het Dierken te dienen, om te ligter te swemmen, en daar ook op te rusten, als het stil in het Wit lag, en dan nog, dat se een soet en aangenaam cieraat aan hem gaaven: gelyk ik doe ter tyt soo oordeelde.

Op den 15den dag soo besag ik met een vergrootglas seer curieus, de uytwendige leeden van het Kikvoorschken, die ik levens grootte afbeelde ^a. En ook soo als ik hem onder een vergrootglas, op de rug leggende, heb afgeteekent ^b. Ik bemerk-

Tab.
XLVIII.
Fig. XII.
aa.

nibus exhibeo delineatum. Observabam nimirum in eo quam clarissime divisionem in Caput, Thoracem, Ventrem atque Caudam. In Capite utrinque cernebantur Oculi *aa*, qui leviter protuberare incipiebant; quamvis etiamnum oclusi esse viderentur. Antica parte, inter Oculos, patulum Os in conspectum veniebat *b*. Aliquantum sub Ore, versus inferiora, Thoraci adfixae erant binae particulae; quae quidem constructione haud multum discrepabant a fimbriatis illis Appendiculis, quas e lateribus corporis exstantes repraesentato *cc*, & numero duodenario utrinque congregatas deprehendebam. Experiebar etiam, quod Ranunculus hasce particulas pro lubitu expandere, & versus Abdomen adducere, iterumque inde abducere posset. Thorax a Ventre semet fatis manifeste distinguebat. In Ventre autem foras protuberans cernebatur Intestinulum, diversimode sinuatum, nec tamen haecenus in gyros convolutum, cujus finis circa *d*. Caudae principium constitutus esse videbatur *d*. Cauda *ee* utroque latere nonnihil erat diaphana; at in medio sui magis opaca: quod quidem inde proficiscitur, quia medium ejus crassissimum est, multaeque paullatim ibi loci accrescunt partes cartilagineae, quae peculiaribus suis, Caudae movendae destinatis, Musculis gaudent. Distinctè hinc poterat conspici, quod cartilaginea ista & musculosa Caudae portio, medio inter bina latera membranacea loco, ad *f*. ejus usque extremum *f* protenderetur. Ranunculus, microscopio intercedente conspectus, exactè tali sese modo exhibebat coloratum, ac si ejus cutis punctis maculisque nigricantibus, quas inter fundus passim albicantior transluceret, confita foret.

Quum Animalculum hocce difsecarem, primoque Abdomen aperirem; Intestinum ejus admodum quidem inveniebam spectabile, sed tamen adeo adhuc tenerum; ut vel levissima contrectatione in plurimas divideretur particulas granulatas & globosas: quod ipsum circa Appendices etiam obtinebat, quae, elegantium instar lemniscorum, in utroque Thoracis latere, artificiose erant collocatae. Quin cutis quoque ejusmodi in granula, globosa, difflebat, quando eam contrectabam. Ventriculum, ob insignem istam interaneorum teneritudinem, accurate discernere mihi haud licebat. Cor equidem videre mihi videbar: at nec sanguinem nec Vasa poteram detegere. In Thorace itidem omnia in globosas particulas abibant. Oculi intus in

Capi-

te daar seer klaar in, de verdeeling van Hooft, Borst, Buyk, ende Staart. In het Hooft sag men aan weersyden de Oogen *aa*, die sloopwelyk begonden uyt te puylen, hoewel se nog geslooten scheenen. Tusschen de Oogen vertoonde sig voor aan de Mont *b*, die open stont. Wat onder de Mont naa beneeden, op de Borst sag men twee deekens, die niet veel in maaksel verscheelden van de gefranjede aanhangsels, die ik aan de syden van het lichaam afbeelde *cc*, en waar van dat ik 'er *12* aan weersyden telde. Ik bemerkte ook, dat het Kikvorschen deese deekens, als by wilde, konde uytspannen, en die naa de Buyk, en daar weer van af beweegen. De Borst was reedelyk kennelyk van de Buyk te onderscheyden. En door de Buyk sag men een Darmken buyten uyt puylen, dat verscheydelyk geboogen was, maar nog geen draajen badt: en het geen omtrent het begin der Staart syn uytgang sbeen te hebben *d*. De Staart *ee* die was aan weersyden eenigfins doorsigtig, maar in het midden donkerder; dat syn oorspronk neemt, alsoo by daar het dikste is, en dat verscheyde kraakbeenagtige deelen, die haare particuliere spierkens tot de beweeging der Staart hebben, daar allengskens aangroeyen. En alsoo sag men distinct, dat dit kraakbeen en spieragtige deel der Staart, tot het eynde derselve *f*, en in het midden van de twee vliesige syden sig uytstrekten. De couleur des Kikvorschen onder het vergrootglas, die vertoonde sig even aleens, als of de buyt met swarte stippelen en vlakskens besaait was, daar hier en daar een witter grond doorscheen.

Als ik dit Dierken ontleede, en op de Buyk eerst opende, soo bevond ik, dat syn Darm merkelyk sigbaar was, maar op het alderminste handelen, soo deelde hy sig in verscheyde groen en klotagtige deekens, dat ook de aanhangsels deden, die, als een cierelyk franjen, kunstig aan weersyden van de Borst geplaatst waaren. En selfs soo scheyden sig de buyt in diergelyke klotagtige grynken, als ik haar handelde. De Maag kon ik niet te recht sien, van weegens deese teerheid der Ingewanden. Het Hert beelde ik my in dat ik sag; maar Bloed nog Aderen kon ik niet ontdekken. In de Borst scheyde sig alles meede in klotagtige grynken. De Oogen waaren kennelyker te sien van binnen in het Hooft, als van buyten of uytwendig. In de Staart, daar kon ik de begintfelen der Kraakbee-

Xx xx xx xx x z

1111

Capite distinctius sese offerebant conspicendos, quam extrinsecus. In Cauda cartilaginum rudimenta eousque jam accreverant; ut tantum non a reliquis partibus separare ea potuerim. Quamvis autem sat valido Cauda motu cieretur; haud tamen Musculos ejus clare detegere mihi licebat; tum quoniam erant minutissimi; tum quia hoc etiam loco omnia sese in globosa granula dividebant. In alio interim Ranunculo, circa principium Caudae, accrescentes Musculos manifeste admodum animadvertentem. Interaneorum color obscure griseus erat: qui hinc quoque maximum sub sectione adferebat impedimentum; quandoquidem adspectum ilico obfuscabat. Plura in Vermiculis aliquot Raninis, quos, utpote grandiores, selegeram, atque dein aperiebam, detegere mihi non licebat. Observabam saltem, granula illa, ex quibus Ovum constare in principio dixi, ipsam quoque cutem & interanea Ranunculi componere: quod sane perquam singulare mihi videtur; & vel tanto etiam magis, quoniam non nisi communi uterbar microscopio ad granula ista conspicienda: tam erant grandia & spectabilia!

Eo ipso tempore, Maji nimirum 2^{do}, Ranam adhuc possidebam, quae Ovula sua nondum erat ejaculata: unde haec e corpore ejus excindebam, juvenculisque meis Ranunculis alimenti loco oggerebam. Forte longior isthaec mora inde venerat, quod Mare caruerit haec Foemella, aut ipsa minus recte valuerit. Ut ut sit: Ovula semet in aqua minime explicabant.

Tab.
XLVIII.
Fig. XII.

defigere. Quibus peractis, sicubi dein Nervum irritaveris *c*; videbis Musculum, vi excitatae contractionis, capitula acicularum suis e locis *ad* ad se mutuo adducere *dd*, ventremque Musculi ipsius, intus in vitrei tubuli cavo, notabiliter *e* crassiores fieri *e*, & aëre expulso, totum tubulum obstruere; donec, contractione demum cessante, aciculae rursus in pristina sua loca resilient, & venter Musculi, de tubulo iterum abscedens, liberum aëri per hujus cavitatem transitum denuo aperiat. Quodsi vero is ipse Musculus sibi relinquatur, aut &, una cum omni isto mox descripto adparatu, in aquam frigidam reponatur; haud ita diu post simillimo eum modo paulatim quoque semet contrahere, ultimoque tam insigniter concrispari animadvertimus, ut totam mediae regionis tubuli cavitatem repleat.

Hicce igitur, quae hactenus in medium protuli, experimentis probe consideratis, & adtentè simul ponderata contractionis sive motus muscularis vi, quam Musculus quolibet momento, cum Nervus ejus iterum iterumque lacessitur, resumit; interrogare quis omnino possit, an quidem alia quaedam Nervum inter & Musculum requiratur communicatio, praeter solam illam simplicemque adtrectationem, irritationem sive commotionem? Quum vero in Animalibus, fervidiore sanguine donatis, similibus quoque motus in Musculis, quorum Nervi stimulantur, excitetur; ea ipsa sane quaestio heic pariter locum habere possit: utrum videlicet in hac etiam Animalium classe alia quaedam Cerebrum inter & Medullam, Nervosque inter & Musculos, necessaria sit communicatio, praeter illum stimulum? Constantè enim, quibuscunque in Animalibus id tentavi, expertus sum Musculos usque contrahi, quando Medullae principium aut & prodeuntes inde Nervi saltem commoventur.

Unde deliberandum propono, an non reprobanda penitus sit illa opinio, qua statuitur, materiem spirituofam, ad excitandum motum muscularem, necessario, debere localiter, ut ajunt, e Cerebro influere, huncque influxum tam velociter, citatim, ac rapide fieri; ut novi isti spiritus, protrusis jugiter prioribus, puncto temporis, ad minimum voluntatis nutum, aut alias etiam sponte naturae, in remotissimis corporis extremitatibus praesentes esse debeant ac possint.

Perfuasissimum equidem habeo, illos, qui Musculorum contractionem ab inflatu, effervescenten

ten moet vast maaken. Als men dan de Senuw irriteert *c*, soo siet men, dat de Spier, door syn verwekte contractie, de hoofden der naalden sal uyt haar plaats naa malkanderen toe beweegen *dd*, en binnen in de glase pyp sal men het lichaam van de Spier selfs sig merkelyk sien verdikken *e*, en het gansche pypken te vervullen, stotende de lugt uyt syn plaats. Tot dat by in syn contractie ophoudende, de naalden weer in haar plaats springen, en dat het lichaam van de Spier weer van het pypken afwykt, soo dat hy tussen hem en het pypken een ope passagie voor de lugt laat. Maar soo men nu de Spier aan syn selfs laat, of dat men hem in kout water met al de verhaalde toestel set, soo sal men hem, haast op deselve wys, ook allengskens sien contrabeeren, en ten laastten hem soo merkelyk in een sien krimpen, dat hy de gansche middelste holte van het pypken sal vervullen.

Als men nu deese voorige experimenten wel considereert, en alsoo ernstig let op de force der contractie, of de beweeging van de Spier, derwelke by yder ogenblik herneemt, als syne Senuw op nieuw geirriteert word; soo sou men kunnen vraagen: of daar tusschen de Senuw en de Spier wel een andere communicatie nodig was, als alleen deese simpele roering, irritatie, of beweeging? En alsoo ook in de Dieren, die beter Bloet hebben, deese selve beweeging in de onderhoorige Spieren veroorzaakt wort, als men haare Senuwen raakt: soo sou men deselve vraag kunnen doen: namelyk, of daar door ook wel tusschen de Hersenen, en het Merg, en tusschen die der Senuwen en de Spieren een andere communicatie, als deese irritatie nodig was? want in wat voor Dieren dat het syn, daar ik dat in getenteert heb, daar contrabeeren haare de Spieren altyt, als men het beginsel des Mergs, of ook de uytgaande Senuwen maar roert.

Soo dat ik wil seggen, of men niet wel geheel sou kunnen verwerpen, dat daar uyt de Hersenen een spiritueele substantie, tot de beweeging der Spieren nootsakelyk, sou plaatselyk moeten afschieten, en dat soo veerdig, geswint, en radt, dat deese nieuwe geesten de voorige voortdryvende, in een ogenblik, in de alderuytersten van het lichaam, op het minste gebieden der wil, of andersins ook wel natuurlyk moesten, en soude konnen present syn.

Ik en twyfel hier niet, of die geenen, derwelke de contractien der Spieren stellen, door opblaa-sing,

vescentia, aut excogitato quodam motu explosivo derivant, hac de re penitus mecum esse defensuros, mihi que objecturos, quod inflatio illa sive dispanfio fibrarum motricium, in contractione Musculorum, vel ad ipsos etiam oculos patefeat; & porro quod musculosae partes omnes spiritibus jam jam plenae sint: ut hinc nonnisi parca saltem spirituum animalium requiratur copia ad hos illosve Musculos inflandos, & contractionis ope, juxta ac visus docet, expandendos.

Verum omnes profecto istae opiniones profus corruunt, si quis consideret, quoties per simplicem duntaxat stimulum, incitationem, vel irritationem solius Nervi, suus Musculo motus, in supra memorato experimento meo, restituitur: idque vel tum etiam, quando Nervus dudum abscissus fuit, spiritusque animales requisiti in auras dissipati sunt, aut sua jam actione defuncti elanguerunt; neque ulla amplius Nervi cum Cerebro & Medulla datur communicatio. Unde quam maxime vellem, ut serio demum perpenderetur, quod nullis absolute experimentis demonstrari queat, ullam unquam materiem, mole comprehensibili, per Nervos in Musculos influere: neque enim aliud quidpiam per Nervos ad Musculos transmeat, nisi celerrimus quidam motus, isque tantopere rapidus, ut vix ac ne vix quidem momentaneus vocari mereatur. Hanc ob rationem spiritus ita dictus, sive materies illa subtilis, influens, quae puncto temporis per Nervos in Musculos provolat, summo jure comparari potest cum perniciosissime translato illo motu, qui, dum longioris mali vel trabis alterum extremum adacto digito percutitur, per totam ligni longitudinem adeo velociter procurrat; ut aure admota, eodem propemodum momento, in altero is extremo percipiatur; imo ut vel nostros simul in Musculos sese per Nervos porro propaget, variosque sic motus in illis etiam producat: quemadmodum iis notum est, qui singulare isthoc, licet pervulgatum, experimentum adtente trutinantur.

Adde his praeterea id majoris adhuc momenti argumentum, quod Musculi ipsi, dum contrahuntur, ne minimum quidem inflentur aut crassescant; sed potius detumescant: quamvis interea fibrae tamen eorum motrices alium fortiantur situm, aut, ut rem verius exprimam, pressius ad se mutuo cogantur. Cujusmodi quidpiam in longa quadam spongia, ad planitiem compressa, observamus, quae vi istius com-

ping, opbruyffing, en een uytgedagte uytzettende beweeging te geschieden, sullen my hier in geheel tegens vallen, en my voorwerpen, dat men ook in de contractie van de Spieren deese opblaasfing, of verdikking der bewegende Vefels, ogenfchynelyk sien kan. En ook, dat alle de spieragtige deelen al reede vol geesten syn, soo dat daar maar een weynig dierlyke geesten nodig syn, om deese of die Spieren op te blaafen, en door contractie te doen opspannen; gelyk het oog ons leert.

Maar alsoo deese gevoelens geheel te gront vallen, als men aanmerkt, hoe veel maal door een simple aanporring, opwekking, of irritatie der Senuw alleen, de Spier haar beweeging in myn voorgestelt experiment verkrygt, en dat selfs, daar de Senuw al lang is afgesneeden geweest, en de gepo-seerde dierlyke geesten verologen of verswakt syn, en haar werking alreede gedaan hebben; houdende ook de communicatie met de Hersenen en het Merg op: soo sou ik wel eens wenschen, dat men ernstig confidereerde, dat het door geene experimenten kan beweefsen worden, dat daar ooit eenige materie, in een bevattelyke substantie, door de Zenuwen tot de Spieren afvloeyt. Want daar gaat niet als een seer gefwinde beweeging door, die soo seer snel is, dat sy kwalyk de naam verdient van een momentelyke beweeging genoemt te worden. En daarom soo is die geest, die beweegde of die subtile materie, die in een ogenblik door de Senuen tot de Spieren voortgaat, met alle reden te vergelyken, met die snelle voortgedreeve beweeging, dewelke door een lange mast of balk gaat, daar men aan de eene syde met de vinger opknijpt, en die men, bykans op het selve ogenblik, aan de andere syde gewaar wort, als men daar syn oor tegen aan leyt: soo dat se ook in onse Spieren selfs verscheyde beweegingen door de Senuwen veroorzaakt: gelyk die geene betoonen kunnen, die dit rare, hoewel gemeene experiment, wel confidereeren.

Doet hier nu by, dat van meer gewigt is; dat de Spieren selfs, als se gecontrabeert worden, in het alderminste niet opgeblaafen, of dikker worden, maar dat sy veel eer ontswellen; hoewel nogtans dat haare bewegende Vefels een andere situatie aanneemen, of om eygentlyker te spreken, digter in malkanderen in een gaan. Gelyk diergelyk iets in een lange en platte te samengedrukte spons te sien is, dewelke door die samenparffing dikker en

Dd dd dd dd dd 2 vaster

compressionis densior quidem & solidior evadit; licet revera spatium occupet longe minus. Unde multis sane ex rationibus, deinceps commemorandis, haud immerito mihi videor inferre posse, quod fibrarum Musculi motricium abbreviatio atque arctior compactio, cujus ratione minus illae in spatium coeunt, vera reapse Musculi actio vel contractio sit; quae perperam hinc inflatio, tumefactio &c. vocatur.

Et quam, amabo, ratione sibi quis finget fieri posse, ut Musculus inflatur? Quippe qui adeo subtilibus constat ex filamentis, quae visus propemodum aciem suffugiunt; licet haec ipsa ex globulis tamen porro sint composita. Imo qualisnam materies hanc perficere inflationem poterit? Nonne necessum est, ut ea quoque per tenuissimas illas fibrillas, quae Nervos constituunt, & curiose, sine laesione, examinatae pariter fere oculos fallunt, transmeent? Profecto, si Nervorum origo ex Medulla consideretur, evidentissime patet, eos tam subtiles ibi loci esse, & adeo arcte a Meninge dura circumcingi; ut ferme ne tenuissima quidem seta vitrea per istam aperturam transmitti queat. Quanta igitur subtilitatis ille sit spiritus oportet, qui in hanc ipsam cavitatem, quae insuper ab exeunte filamentum nerveo, intus contenta, tota penitus occluditur, semet penetrare valeat? Atqui talia nihilominus Auctores isti statuunt: imo vel eo etiam usque procedunt, ut sibi imaginentur, materiem quoque nutritiam, cui nonnulli crassitiem Albuminis Ovi adfingunt, per hos ipsos Nervos transire: quae quidem opinio adeo mihi stupida & rudis esse videtur, ut neutiquam digna sit refutatu. Nec sane pluris facio excogitatam illam inter Spiritus & Sanguinem effervescentiam, qua Musculus inflari perhibetur: quamvis vel ipse etiam hujus inflationis modus cognitae Musculorum constructioni prorsus adverte-

tur. Quin id quoque inflationi ac suppositorum spirituum influxui plane refragatur, quod evidentissime videamus, discisso licet Musculo, fibrisque ejus motricibus a se mutuo separatis, omnes istas partes mox iterum veluti naturaliter sese movere, quam primum saltem Nervus ad eas pertingens irritatur: quod experimentum, aequae ac alia, in Rana etiam, pluribusque Aquatilibus, & maxime quidem in Anate, instituere licet.

Ex omnibus igitur hisce experimentis haud ille-

vaster wort, hoewel by zelfs een veel minder plaats beslaat. Soo dat ik uit veele reedenen, die ik vervolgens sal voorstellen, niet onbillyk kan bestuyten, dat het korter worden en in malkanderen krimpen, der bewegende vesels van een spier, waar door de selve een kleender plaats beslaat; eygentlyk syn waare actie of contractie is, die seer verkeert opblaasung, opswelling, enz. genoemt wort.

En hoe sou het ook mogelyk kunnen syn, dat een Spier sou opblaasen? daar by beslaat uyt sulke subtile draatkens die haast het oog ontvlieden, en die nog uit klookkens samengesteld worden? En wat materie sou het dog kunnen weesen, om dese opblaasung te maaken, die meede door sulke subtile draaden, daar de Senuen uyt gemaakt worden, sou moeten passeren; soo dat dese draden haast van gelyken onsigtbaar syn, wanneer men haer naukeurig, sonder te kwetsen, examincert? Het geen ook klaar blykt, als men den oorspronk der Senuen uyt het Merg confidereert, derwelke daar ter plaatse soo subtiel syn, en soo naauw van het dikke Hersenvlies omvangen, dat daar door die opening haast geen syn glase hayrpycken kan passeren. Wat voor een subtile geest sou daar dan door deselve opening moeten heen dringen, die nog in syn gebeel van het uytgaande Senuw draatken, dat daar in omvangen is, geslooten wort? En nogtans stellen dese Autheuren niet alleen, maar sy willen selver, dat daar een voedende materie door dese Senuen sou passeren; die sommige soo dik maaken als het wit van een Ey; dat by my soo grof is, dat het niet meriteert beantwoort te worden. En alsoo weynig ook de uytgedagte opbruiffing, tusschen de geesten en het Bloet, dat de Spier sou opblaasen: hoewel de maniere van de opblaasung t'eenemaal stryft met de bekende structuur der Spier.

Het stryft ook ganschelyk tegens de opblaasung, en de invloeying der geposeerde geesten, dat men klaar siet, wanneer een Spier door gesneden wort, en syne bewegende vesels van een verdeelt, dat egter alle die delen haer datelyk weer als natuurlyk beweegen, soo wanneer maar de Senuw aangeroot wort: het welk experiment men onder anderen ook in de Kikvorsch neemen kan, en in verscheyde andere Dieren, die in het water leeven, en bysonderlyk in de Eendvogel.

Uyt alle welke experimenten my dan schynt niet

illegitime concludi posse mihi videtur, quod non nisi simplex & naturalis commotio, aut irritatio Nervorum, ad motum muscularem producendum necessaria sit; five demum in Cerebro haec, five in Medulla, five aliunde trahat originem.

Quapropter etiam in multis Animantibus observamus, quod, quamprimum Medullae Spinalis principium in Cranio commovetur, omnes derepente Musculi subjacentes sese contrahant. Id quod circa omnes itidem Nervorum, ex Medulla pullulantium, ramulos, dum saltem adtrectantur, simili modo contingit: quamvis tum nonnulli duntaxat, singulares, Musculi, aut solus etiam ille, per quem irritatus Nervulus distribuitur, ad motum cieantur. Accurate autem insuper heic notandum est, nunquam in experimento hocce animadverti, quod Nervi illa pars, quae supra irritatam regionem constituta est, motu sursum translato, illos quoque Musculos ad contractionem laceffat, qui loco altiore suos inde Nervulos fortiuntur. Quin clarissime experimur, motum, qui ab irritatione per Nervum in Musculo producitur, semper e ramis majoribus tantum in minores, & sic deinceps jugiter descendendo saltem propagari: ut hinc Nervi sensibus destinati contrario prorsus modo sese habeant; quippe in quibus motus sensitivi, sine dubio, sursum versus tendunt. Ad suscitandam igitur Musculi cujusdam contractionem semper necessarium est, ut Nervus ipse ea regione irritetur, quae Musculo vel insertione ejus in Musculum superior est: quandoquidem motus iste nunquam sursum, at constanter saltem deorsum fertur.

Interrogaverit nunc forte quispiam, ubi loci principium naturalis illius irritationis, stimuli aut incitationis ad motum, per Nervos in Musculos influentis, collocatum esse existimem? Quum enim negaverim, quod visibiles, fluentes, ac inflantes spiritus, localiter, per Nervos moveantur; contra autem statuerim, certam duntaxat irritationem momentaneam, spiritibus, quos supponunt alii, longe subtiliorem, ad movendos Musculos necessariam esse; hinc sequitur omnino, hanc non modo alicunde principium ducere debere, verum etiam vim insuper, qua motus iste per Nervos in Musculos transferatur, vel maxime desiderari. Haud diffiteor isthaec requiri; quandoquidem experientia id evidenter atque ad oculum quasi docet.

Putem hinc adposite hoc ad interrogatum re-

niet onbillyk te volgen, dat daar niet als een simple en natuurlyke roering of irritatie der Senuen, tot de beweging der Spieren nootzakelyk is: het sy dan dat die in de Hersenen, in het Merg, of ergens anders syn oorspronk neemt.

Waarom men ook in veele Dieren siet, dat, soo draa het beginsel van het Ruggemerg in het Bekkeneel geroert wort, dat haar dadelyk alle de onderleggende Spieren beweegen. Dat meede geschiet omtrent alle de takken der Senuen, die men, uit het Merg gaande, maar aanroert: hoewel dat 'er op die tyt dan maar eenige en particuliere Spieren beweegt worden, of die, daar de geirriteerde Senuw in gedistribueert wort. En daar wel op te letten is, men bemerkt noit op die tyt, dat 'er door het bovenste deel der Senuw een opklimmende beweging door deselve veroorzaakt wort in de Spieren, die uit deselve Senuw wat hoger haare takken ontfangen. Maar men ondervint klaar, dat de kracht, die de irritatie, door de Senuw, in de Spier maakt, altyt uit de grootste takken in de kleenren, en soo geduurig neerwaarts gaat. Dat contrarie in de gevoelige bewegingen is, daar het gevoelen, door de Senuen, sonder twyffel opwaarts klimt. Soo dat dan, om een Spier te beweegen, de Senuw altyt moet geroert worden op die plaats, de welke boven de Spier of syn inplanting is; want de beweging klimt niet opwaarts, maar altyt neerwaarts.

Men sou hier nu kunnen vragen, waar ik het begin van dese natuurlyke irritatie, porring, of aanprikkeling tot beweging, door de Senuw in de Spieren, sou komen te plaatsen: want gelochent synde, dat daar geen sienelyke, vloeybare, nog opblasende Geesten, plaatselyk door de Senuen beweegt worden; maar dat daar ter contrarie, alleen een sekere ogenblikkelyke opwekking, om de Spieren te beweegen, nodig is, en die by my veel subtielder als de geposeerde Geesten is: soo volgt, dat deselve niet alleen een beginsel moet hebben, maar dat 'er die beweging overvoerende kracht door de Senuen tot de Spieren seer nootwendig is. Het geen ik ook niet lochen, om dat de ervarentheid dat sigtbaar ende kragtig leert.

Soo dat my dunkt hier op gevoegelyk geantwoort

E e e e e e e e

te

responderi posse, principium istius motus praecipuum in principio Medullae Spinalis, & porro in omnibus simul corporis Nervis residere; ita quidem, ut Medulla, omnesque in unum Nervus, continenter ac perpetuo irritentur ad vim motricem singulis totius corporis Musculis impertiendam. Enimvero accurate animadverti velim, me nullum penitus admittere discrimen inter naturalem vel spontaneam Musculorum contractionem, atque illam, quae ex imperio voluntatis perficitur; quippe qui solam hanc duntaxat accidentariam hanc considero discrepantiam, quod omnes, quos voluntarie movemus, Musculos contrariâ saltem determinatione moveamus: ut adeo id, quod essentialiter, ut ajunt, in omnium Musculorum contractione datur, naturalis semper sit contractio. Hanc ob causam in nobis aequae, ac in quibusvis Animantibus, motus voluntarius cessat aut alternatur; quando vel deficient Antagonistae, vel alter alterum potentia superat: prout in Tractatu meo de Respiratione jam olim demonstravi. Nec sane ullo unquam tempore ex voluntatis nutu movere nos possemus; nisi potestas, naturalem Antagonistarum motum in contrariam partem determinandi nobis concessa foret. Si quando autem Antagonistae deficient, omnes nostrorum Musculorum motus assidui sunt & naturales: quemadmodum circa multas corporis nostri partes musculosas est videre, quas movendi nulla penitus in voluntate nostra datur facultas; nisi quousque a contentis aliquando, vices Musculorum Antagonistarum praestantibus, Musculi illi primò dilatantur, nobisque hinc potestas nascitur per contrariam determinationem eos ad voluntatis nostrae imperium movendi. Caeteroquin vero in perpetua contractione, nunquam desinente, omnia acquiescunt.

Ut autem porro, quantum par est, naturalis istius ac assiduae contractionis Musculorum originem exponam; opinor equidem eam a jugi Sanguinis arteriosi in Medullam ac Nervos impulsione proficisci: hujus enim vi videntur partes istae continenter moveri, excitari, ac irritari ad motum illum perpetuum ac identidem ad Musculos devehendum, hincque sic ad perpetuam contractionem aptandum. Propterea etiam omnes Nervus, nullo excepto, proportione haud pauciores, quam Cerebrum ipsum aut Medulla Spinalis, Arterias sunt fortiti. Quin crediderim, hanc rem experimento quodam haud difficulter posse detegi: quem quidem in finem liquidum ego quodpiam, per hanc illam-

te kunnen worden, dat de oorspronk deser beweging voornamelyk in het begintfel van het Ruggemerg is, en dan vorder in alle de Senuen van het Lichaam te gelyk; en dat soodanigh, dat het Merg in alle de Senuen te samen geduurig en perpetueel geirriteert word, om een bewegende kragt aan alle de Spieren van het gantsche lichaam toe te senden. Want daar wel op te letten is, ik maake gantsch geen onderscheyt tusschen de natuurlyke, of van selfs geschiedende samentrekking der Spieren, en tusschen die, dewelke vrywillig geschiet; alwaar ik niet als dit toevallig onderscheyt aanmerk, dat alle de Spieren, die wy vrywillig beweegen, dat wy die niet als door een contrarie determinatie beweegen. Waarom dan, het geen wesentlyk in alle de Spieren, haar contractie is, altyt de natuurlyke contractie is. En daarom cesseert in ons, en in alle Dieren de vrywillige beweging, of sy wort over en weer, als de tegen overstaande Spieren ontbreeken, of dat die malkanderen in kragt overwinnen; als ik in myn Boek van de Adembaling alreede heb aangewezen. En wy souden in der eeuwigheid ons niet vrywillig kunnen beweegen, als wy de kragt niet hadden, om de natuurlyke beweging der tegen overstaande Spieren tot de tegenoverstaande syde te determineeren. Maar de tegenoverstaande Spieren ontbreekende, soo syn alle de bewegingen onser Spieren geduurig en natuurlyk. Als omtrent veels Spieragtige deelen van ons lichaam te sien is, daar wy gantsch geen magt over hebben, om die te beweegen: ten sy het geen daar in bevat word ons aldaar dient, in de plaats van tegenoverstaande Spieren, en dat de selve onse Spieren eersielyk gedilateert hebbende, wy dan door een contrarie determinatie de kragt verkrygen, om deselve naa onse wil te beweegen. Maar andersins soo rust alles in een geduurige contractie, die nimmermeer ophoud.

Maar om mi, soo veel my mogelyk is, de oorspronk van dese natuurelyke en geduurige contractie der Spieren aan te wyzen: soo is myn gevoelen, dat het selve geschiet, door het geduurig indringen van het slagaderlyke Bloet in het Merg en de Senuen, het welk haar dan geduurig beweegt, opwekt, en als aanport, om die kragt gestadig, en terstont tot de Spieren over te voeren, en haar tot 'er onophoudelyke contractie bequaam te maaken. Waar toe dan alle Senuen, geene uytgesondert, soo veels Slagaders naa haar proportie hebben, als de Hersenen of het Ruggemerg selve. En ik oordeel nog, dat men dit selve seer ligt door een experiment sou kunnen ondervinden; dat ik te weeg wilde brengen, om door de een of andere Slagader, het Merg een-

ve Arteriam, in Medullam, siphunculi ope, injiciendum esse putarem, seduloque dein observandum, utrum aliquis inde in Musculis motus excitetur. Iterum vero iterumque velim, ut animus probe attendatur ad mirificam illam motionem ac potentiam, qua Musculus potitur, quamprimum Nervus ejus vel tantillum saltem, quocunque demum modo, adrectatus, commotus aut stimulus, laceffitur.

Verum tempus est ulterius progrediendi, & curioso experimento ad ipsum oculum tandem demonstrandi, quod Musculus sua in contractione nequaquam intumescat, aut semet inflando crassior evadat, ampliusque ideo spatium occupet; imò quod contra potius, visibili etiam modo, detumescat, & hinc, in actione sive contractione sua constitutus, vel minus quoque spatium repleat, quam eo tempore, quo flaccidus quasi conquiescit. Quasi, ajo, conquiescit: quandoquidem animadvertere non possum, quod Musculus in vivente Animali unquam penitus ab omni motu absolute cesset. Unde dicendum potius foret, eum relaxationis suae tempore saltem minus valide moveri; aut & vires suas renitentes tum duntaxat recolligere, ut momento post tanto fortiore nisu sese contrahere rursus possit: quemadmodum circa Cordis & Auriculae motum in Rana evidentissime conspicere licet. Nimirum Sanguis ibi a corporis periphèria, juxta circuitus leges, redux, atque in Auriculam propulsus, haud aliter, ac Auriculae Antagonista, qui eam dilatat, considerari debet: Auricula vero ipsa vicissim Cordis Antagonista est; quandoquidem ope Sanguinis, quem in Cordis cavum protrudit, hujus itidem parietes dilatat: ut adeo admirabilis ille, reiteratus, & jugiter durans Cordis pulsus suam hinc originem ducat; qui propterea etiam prorsus naturalis est & necessarius: bini enim isti Musculi, Cor nempe ac Auricula, magnitudine & viribus inter sese inaequales sunt, ideoque eorum motus necessario alternantur. Quodsi vero Auricula aequè firma foret, parique robore gauderet, ac Cor; utriusque motus omnino defiturus esset: ubicunque enim in corpore vis Antagonistarum aequalis est, ibi motus Musculorum nullus animadvertitur, atque omnia utrobique in aequilibrio constituta sunt; donec nova quaedam exurgat determinatio, quae, Musculum alium alio nonnihil fortius contrahi faciens, nostros sic artus tandem movet. Ejusmodi autem determinatio variis a causis produci potest.

vogtigheid in te spuyten, en dan neerstig waar te nemen, of daar geen beweging in de Spieren veroorzaakt wiert. *Waarom ik ernstig verzoek dog te willen letten op die wonderbarelyke beweging en kragt, die een Spier verkrygt, als syn Semuwaar bet minste geport wort, het sy dan door wat middel dat by geraakt, beweegt, of geirriteert wort.*

Maar het is nu tyt om verder te gaan, en om door een naukeurig experiment te bewyzen, selfs aan het gesigt, dat een Spier in syn contractie niet opswelt, of sig opblaasende, daar door dikker wort, en bygevolg geen grooter plaats beslaat: maar ter contrarie, dat hy veel eer, en dat sigbaarlyk ontswelt, en alsoo in syn actie of contractie synde, minder plaats beslaat, als wanneer hy geextendeert synde komt als te rusten. Ik seg als te rusten; want dat een Spier oit in het geheel van syn beweging sou ophouden, dat kan ik niet bevinden, dat hy immermeer in het leven doet; maar hy beweegt sig dan alleen soo sterk niet. Of wel by bersamelt syn tegenstrevende kragt, om sig een oogenblik daar naa soo veel te sterker daar door te contraheren. Als in de beweging van het Hert en syn Oorken, in de Kikvorsch klaar te sien is. Daar men het Bloet, dat van de omtrek des lichaams in den omloop des Bloeds weerkomt, (en in het Oorken siet bewoogen te worden,) even als de tegenoverstaande Spier van het Oorken moet aanmerken, die haar dilateert; en het Oorken selve is de tegenoverstaande Spier van het Hart, dewelke door het Bloet, dat sy in het Hart uytstoot, wederom het Hert dilateert: en waar uyt dese wonderlyk, herhaalde, en geduurig gecontinueerde klopping des Harts syn oorspronk neemt; dat ook t' eenemaal natuurlyk en noodzakelyk is; alsoo dese twee Spieren, namentlyk het Oorken en het Hart van een ongelyke grootte ende kraght syn, waar door haar beweging ook nootzaakelyk over en weer is. En sy sou in het geheel ophouden, indien het Oorken soo vast en van sulke kragt was, als het Hert: want daar de tegenoverstaande Spieren in het lichaam gelyk syn, daar is de beweging der Spieren onopmerklyk, en alles staat in balans, tot soo lang daar een nieuwe determinatie komt, die de eene Spier wat sterker als de andere doet beweegen, en onse leden alsoo roeren: dat uyt verscheyde oorsaken komen kan; die dese determinatien te weeg brengen.

Si,

E e e e e e e e 2

Als

Si, exempli gratia, incido cuidam Cutis in Cervice, cum pilo capitis evulso, & sexies octiesve complicato, quam mollissime irritatur; saepiuscule observavi, motum hinc Musculorum Antagonistarum Brachii & Manus ilico determinari: ut ideo Homo ille statim, & inciens propemodum, loco, quo titillationem sentiebat, manum admoveret, cutemque ibi lepidulè, & vel ad ruborem usque, scalperet, a Pediculo forsan sive Pulice semet infestari autumans. Quando autem rursus desinebam irritare, Brachium quoque & Manus quiescebant; quoniam naturalis contractio in omnibus tunc Musculis denuo aequalis erat. Quodsi id ipsum experimentum in Canibus Felibusve dormientibus capiatur; itidem animadvertitur, determinatum quoque mox enasci motum in Musculis cutem eorum moventibus: unde hanc, jucundo spectaculo, derepente corrugant, pilos erigunt, & quandoque ipsas etiam in somnis aures quatunt. Quo quidem levi specimine innotescit, quam ratione nostri pariter Musculi, absque insigni voluntatis adtentione, voluntarie tamen moveantur per ejusmodi quidpiam, quod aptum natum est, naturalem Antagonistarum motum in contrariam partem determinare.

Jam vero ut certo constet experimento, Musculum sua in contractione non inflari, at minus contra spatium occupare; agilem admodum & vegetam capere Ranam oportet, hancque expedite diffecare, Cor ejus detegere, & Pericardium unguibus Digitorum de Corde avellere. Quo peracto una vel altera eligenda est Vena aut Arteria, quae satis capax sit, ut commode aperiri, tubulumque tenuem vitreum admittere queat. Sic tubuli hujus ope omnes deinde corporis Venae & Arteriae, adeoque etiam Cor, facillime inflari possunt; quandoquidem, ut ante monui, Pulmones heic nequaquam obstant.

Ubi Cor hac opera aëre repletum est, dextrè id, una cum sua Auricula, subtili filo interstringi atque e corpore rescindi debet. Praefecto tum sit Siphunculus vitreus, altero extremo in angustum exilemque tubulum productus. Hujus Embolo, qua planam in superficiem is anterius sese diffundit, Cor, una cum Auricula sua, inflatum imponatur, atque omnia haec mox simul in vitreum illum Siphunculum intromittantur, cujus elongatus tubulus interea quoque minutissima quadam aquae simplicis,

Als by exempel, wanneer men een hayr uyt syn Hooft neemt, en dat ses of agt dubbelt te samen rondt, en dat men ymant, die ons niet en siet, syn vel in de bals daar meede heel saft irriteert, soo heb ik dikmaals gesien, dat de beweging van de tegenoverstaande Spieren van de Arm en Hand gedetermineert wierden, soo dat de Persoon, dadelijk en sonder veel attentie, syn hant op die plaats, daar by de kitteling gevoelde, kwam te beweegen, en die ook heel vermakelyk te krauwen, zelfs tot root wordens toe, beeldende sig mogelyk in, dat daar een Luys of Vloy sat. En als ik cesseerde in die irritatie, soo bleef de Arm ende de Hand in rust, om dat nu de natuurlyke irritatie in alle de Spieren egaal was. Als men dit experiment in de slapende Honden of Katten doet, soo siet men vangelijken, dat 'er ook terstont een determinate beweging komt in de Spieren, die haar huyt beweegen, dewelke sy dan seer aardig rimpelen, en het Hayr als te berge setten, of doen oprysen, en somtyts sal men haar ook al slapende de ooren sien schudden. Waar uyt men voor een kleen staalken siet, op wat wyse ook onse Spieren, sonder grootte attentie van de wil, nogtans vrywillig beweegt worden, door yets dat bequaam is, om haare natuurlyke beweging der tegenoverstaande Spieren, na de tegenoverstaande syde, te determineeren.

Maar om nu een seker experiment te geeven, van dat de Spier in syne samentrekking niet opgeblasen wort, maar minder plaats beslaet, soo moet men een seer radde ende frissche Kikvorsch nemen, en deselve vaardig geopent hebbende, het Hert ontdekken, en het Hartesakje met de nagelen der Vingeren daar van afbreken: dit gedaan hebbende, soo moet men den eenen of anderen Ader of Slagader verkiesen, die groot genoeg is, die men openen moet; en daar een Pypken van Glas, dat syn genoeg is, ingebracht hebbende, soo kan men daar door alle de Aderen en Slagaderen des lichaams, en by gevolg ook het Hert seer ligtelyk opblasen. Want als ik in het voorgaande gesegt heb, soo obsteeren hier de Longen niet.

Het Hert aldus met luyt opgevult synde, soo moet men dat met syn Oorken door een syn draatken behendig afbinden, en uyt het lichaam snyden. Het welk gedaan synde, soo is het nodig een glaase spuytken by der hant te hebben, dat in een syn Pypken moet uytgerekt syn, op syn eene eynde. Voorts moet men het opgeblase Hart met syn Oorken boven op de vlakke van de Suyger leggen, en dat met malkanderen in het glase spuytken steeken, vullende ondertusschen syn uytgerekt Pypken,

aut, quo distinctius internosci queat, sanguine coloratae, guttulâ obstruendus est.

Tab. XLIX. Fig. VII. a. Omnibus hisce, qua par est, circumspeditione peractis, oculos advertenti manifeste adparebit, eo tempore, quo Cor *a* intus in vitro siphunculo *bb* sese contrahit, aquae guttulam, quae prope tubuli extremum haeret *c*, notabili sane & mirando modo ad principium usque tubuli, quo hic ex siphunculo oritur *d*, descendere; & contra distincte itidem patefcet, demissam guttulam *d*, cum Cor se iterum dilatât, inde rursus sursum ad illum locum *c*, e quo ante depressa erat, semet elaturam esse.

Evidentiſſime igitur hocce experimento edocemur, quod, in contractione Musculi Cordis, non solum omnes ejus fibrae motrices in se mutuo compingantur, brevioresque, solidiores, & crassiores evadant; sed quod praeterea Cor in systole sua longe minus, quam ante in diastole, spatium occupet.

Haec etiam ratio est, ob quam aquae guttula *c* deorsum movetur *d*; quia haec necessarium Cor sese magis coarctans sequi debet. Quod si vero eo ipso tempore, quo Cor contraheretur, inflatio quaedam, tumefactio aut dilatatio a spiritibus intus producta fuisset; guttula illa nequaquam deorsum versus siphunculi ventrem *d*, sed contra sursum versus tubuli extremum *e* omnino protrudi debuisset.

Quum igitur prius minime, verum huic contrarium posterius manifestissime evenerit; ideo quam evidentiſſime inde concludere mihi licet, quod Cordis Musculus sua in contractione notabiliter minus repleat spatium, quam in sua dilatatione; & quod hinc nihil spirituum illorum suppositorum, quibus Cor aut Musculus ejus in systole inflari haectenus creditum est, eo tum temporis influat.

Quod si nunc insuper Rana vivens aperiatur, animusque ad motum Cordis & Auriculae ejus advertatur; patebit, omnia haec simili sese modo, ac in priore experimento, habere. Quando enim Auricula se contrahit; compingi eam ac minorem fieri adparebit: cum vero Cor vicissim contrahitur; id quoque cogi, imminui, atque in se ipsum coire pariter constabit. Quare hinc innotescet, inter binas illas Cordis contractiones, quarum altera intra siphonem, altera extra hunc, facta est, nullum penitus discrimen obtinere; nisi quod Cor extra siphonem sanguine infarctum sit, intra siphonem vero aëre repletum.

Circa alterum illud in siphone institutum ex-

met een seer klein droppelken water, of water en Bloet, om het te beeter te sien.

Dit nu alles soo omsigtig, als mogelyk is, volbragt hebbende, soo sal men sien, wanneer het Hert *a* sig binnen in het glaase Spuytken *bb* contrabeert; dat dan het droppelken water, 't geen boven aan in het Pypken geplaatst is *c*, sal merkelyk ende verwonderlyk nederdaalen, tot aan syn begintsel, daar het uyt de Spuyt syn oorspronk neemt *d* en als het Hert sig weer dilateert, soo sal men distinct sien, dat het neergedaalde droppelken *d*, weer sal om hoog bewoogen worden, tot de plaats *c*, daar het van daan is bewoogen geweest.

Het welk experiment ons infallibel leert, dat in de contractie van de Spier van het Hert, niet alleen alle de bewegende vesels van het selve haar in malkanderen sluyten, en vastter ende dikker worden, maar dat het nog daar en booven een veel minder plaats komt te beslaan, als te vooren in syn dilatatie.

Dat dan ook de reeden is, waarom de droppel water *c* naa beneden beweegt wort *d*, en datse het in een sig samentrekkend Hert nootsakelyk moet volgen. Daar dit droppelken *c* ter contrarie, indien daar op deselve tyt als het Hert sig contrabeerde, een opblasing, opswelling of verwyding van geesten binnen geschiede, niet neerwaarts tot de spuyt *d*, maar om hoog en opwaarts in het Pypken *e*, nootsakelyk moest bewoogen worden.

Maar dit niet geschiedende, en het contrarie sigtbaarlyk gebeurende, soo kan ik als een onweersprekelyk vaste waarheid voorstellen; dat de Spier van het Hert in syne contractie een merkelyk mindere plaats beslaat, als in syn dilatatie: en ook dat daar geen van de gesupposeerde geesten inkomen, die men tot nog toe gemeent heeft, dat het Hert of de Spier daar van opblaasden in syn samentrekkende beweging.

Soo men nu hier by een Kikvorsch levendig opent, en men let op de beweging van syn Hert ende het Oorken, soo sal men bevinden, datse inkrimpt en kleender wort: en als wederom, het Hert sig op syn beurt contrabeert, soo sal men het van gelyken sien inkrimpen, kleender worden en in sig selven intrekken. Waar uyt blyken sal, dat tusschen dese twee contractien van het Hert, het sy binnen, het sy buyten de spuit, gansch geen onderscheyt is, als alleen dat het Hert buyten de Spuit met Bloet gevult is, en dat het binnen in de Spuit met lugt opgevult is.

En omtrent dit tweede valt nu bysonderlyk aan

Ff ff ff ff ff

ts

experimentum speciatim nunc animadvertendum est, quidnam in Corde eveniat, cum id dilatatur; & quid obtingat dein, ubi id se rursus contrahit. In Cordis dilatatione distinctissime observamus, quod Auricula sese prius contrahere incipiat: quod dum fit, aërem iico inde exprimi, atque in Cor protrudi cernimus. Quo tunc efficitur, ut Cor notabiliter dispanatur, & tanquam bullulis vesiculisque plenum semet in siphone exhibeat: quin pallidius etiam, pellucidum, & in speciem inaequale id tum redditur: quod quidem inde proficiscitur, quia fibrae ejus motrices & columnae carnae haud usquequaque aequae crassae sunt; ut hinc, quae inter columnas dantur, Cordis partes aliae aliis plus ab impulso aëre distendantur. Sic tandem consequitur, ut aquae guttula, in tubulo vitreo haerens, sursum moveatur.

Quando autem fibrae Cordis motrices sese rursus contrahunt; tunc primo cernimus, Cor sese constringere, & minus fieri: mox dein aërem vicissim ex eo in Auriculam premi observamus: quo facto statim Cor rubicundius & opacius redditur, atque in se ipsum coiens aequalem denuo faciem prae se fert. Quum autem Cor eo tempore omnem, qui ante in cavum ejus intrusus est, aërem haud queat in Auriculam repellere; ideo fibrae ipsius motrices vi tam enormi sese invicem constringunt, ut aër quoque, intus contentus, tum condensetur. Unde sequitur, ut guttula aquae, quae in vitrei siphunculi tubulo haeret, deorsum prematur; quandoquidem Cor tunc minus in volumen est coactum.

Hoc ipsum vero etiam obtinet in Corde, quod naturaliter Sanguine repletum est: cum enim id, in diastole sua, a Sanguine dispanatur; tunc aërem ambientem aspellit: quando autem semet rursus contrahit, & Sanguinem ex se protrudit; imminuitur, aërique externo ea proportione, qua in se ipsum cogitur, locum cedit: quod quidem probe animadverti meretur; quia in vivente Animalculo perquam manifeste conspicuum est. Imo Sanguis pariter aliquam patitur condensationem; quando a Corde circumcludente fortiter premitur, & vi expellitur: contra autem denuo aliquatenus rarefcit; cum Cor a Sanguine recens intromisso dilatatur: ut adeo naturalis isthaec Cordis Sanguinisque actio actioni Cordis atque aëris in memorato experimento hac quoque dote respondeat. Forte tamen obicerit quispiam, quod naturaliter, in vivente Ani-

te merken, wat daar in het Hert gebeurt, wanneer het sig dilateert, en dan ook wat daar geschiet, als het sig weer contrabeert. Omtrent de dilatatie van het Hert soo siet men heel distinct, dat het Oorcken sig eerst begint te contrabeeren: waar op men voorts de lugt daar siet uyt bewoogen te worden, en in het Hert overgevoert. Het geen te weeg brengt, dat het Hert merkelyk uytgespannen wort, en sig in de Spuit vertoont, als of het vol bellekens en blaaskens was, en ook soo wort het blecker, doorlugtig, en ongelyk van facie, dat syn oorspronk neemt, om dat de beweegende Vesels en vleesige pylaargewysse draaden overal niet even dik syn, waar door de eene plaats van het Hert, tusschen de pylaargewysse draaden, meerder door de ingeperste lugt uytgeset wort, als de andere: waar op dan volgt, dat het droppelken water in het glaase pypken synde, opwaarts bewoogen wort.

Maar de beweegende Vesels van het Hert, sig weer samentrekkende, soo siet men eerst, dat het Hert sig sluyt ende kleender wort: voorts siet men, dat het de lugt weer in syn Oorcken perst, waar op het terstont roder en min doorschynende wort, en in sig selfs intrekkende sig weer van een gelyke facie vertoont. En alsoo het op die tyt al de lugt, die daar binnen in geblasen is geworden, niet in het Oorcken kan persen, soo sluyten syne beweegende Vesels haar soo ongemeen sterk in malkanderen, dat selfs de lugt, die daar binnen in is, op die tyt verdikt wort. Waar op dan volgt, alsoo het Hert nu minder plaats beslaat, dat het droppelken water, dat in het Pypken van het glase spuytken is, nederwaarts gedrukt wort.

En dit selve heeft ook plaats in het Hert, dat natuurlyk met bloet gevult is geworden, 't geen de omringende lugt wegstoot, als het in syn dilatatie door het bloet wort uytgespannen: en als het sig weer samentrekt, en het bloet uyt sig sloot, soo wort het verkleent, en het wort van de lugt naa proportie soo veel ingevolgt, als het in sig selven intrekt: daar wel op te letten is, alsoo het seer sigtbaar in het leeven is. Ook verdikt sig het bloet eenigfins, wanneer als het Hert, sig selven daar sterk omtoetrekt, en het met geweld uitdryft. En als wederom het Hert, door het nieuw ingestorte bloet, gedilateert wort, soo wort ook het bloet eenigfins verdunt: waar meede dat dese natuurelyke actie van het Hert en het bloet, met de actie van het Hert en de lugt in dit experiment, over een komen. En hoewel men sou mogen tegenwerpen, dat 'er natuurlyk in het leeven geen lugt tot het Hert nadert, nog dat deselve daar van weg gestooten wort; soo blykt

Animali, aër nequaquam ad Cor accedat, ideoque & minime ab hoc repellatur. At prorsus sane contrarium in Gyryno patefcit; utpote in quo externam cutem a Corde micante commoveri, hujusque in systole & diastole reciprocari videmus: quod perinde est, ac si aër quam proxime circum Cor versaretur. Id ipsum vero simili ratione in aliis omnibus Animantibus, quae Pulmonibus Branchiisque instructa sunt, & Pectore mobili gaudent, obtinere neutiquam negari potest: imo vel in quibuscunque etiam Musculorum motibus, dubio procul, locum habet.

Quodsi deinde Cor Ranae, minime inflatum, sed simpliciter saltem de corpore exsectum, modo descripto in siphonem vitreum reponatur; patebit iterum, guttulam aquae eadem, ut antea, lege moveri: quamvis id longe heic minus notabile sit, quam si cum Corde inflato instituat experimentum. Interim aqua tamen sic quoque simili ratione deorsum movebitur, quando Cor sese contrahit. Quin docuit experientia, istum guttulae aquae descensum in hoc experimento saepiuscule adeo esse exiguum; ut non, nisi microscopio, observari queat: quod quidem inde proficiscitur, quia Cor tum ex parte in contractione sua persistit, neque ab Auricula dilatatur; utpote quae operi huic praestando jam inepta est; quum nec Sanguinem, nec aërem, quo Cor distendi possit, protrudat. Unde necessario consequitur, ut contractio Cordis tanto debilior fiat, & motus aquae hinc etiam tanto minus observabilis sit. Si vero vel sola saltem Auricula tum inflatur; ut haec, se contrahendo, aërem in Cor propellere queat; mox experimenti eventus spectabilior redditur.

At si quis alium quoque, loco Cordis, Musculum adhibere vellet; is juxta modum, quem Icone octava repraesentavi, procedere potest. Vitreus nimirum siphunculus *a* Musculum ibi intus *b* in cavo suo continet: Nervus autem, de Musculo pendens, tenui quodam filo argenteo *cc*, in se circumflexo, absque laesione aut pressu, comprehenditur: quod filum deinde per foramen fili aenei, *d* siphonis embolo ferruminati *d*, trajicio. His omnibus ita dispositis, guttula aquae *e*, per subtile infundibulum, in tenuem siphunculi tubulum immittenda est. Quodsi dein filum argenteum, manu suspensa *f*, prudenter, per annulum fili aenei, inter embolum & internam siphonis si perficiem, eoque protrahitur,

blykt dat heel contrarie in de Gyrynus, daar men het kloppent Hert de uysterlyke huyt siet beweegen, die dan het Hert in de klopping wykt en involgt; dat deselve saak is, als of de lucht immediaat tot het Hert naderde: en soo moet dit ook van alle andere Dieren verstaan worden, die Longen of Kuwen hebben, en alwaar de Borst beweegelyk is: ja het heeft cok sonder alle twyfel plaats in alle de beweegingen der Spieren.

Soo men nu een Hart uyt de Kikvorsch neemt, dat niet opgeblasen is, maar enkelyk uyt het lichaam gesneden, en dat men het selve op de beschreeve manier in de glase spuyt plaatst, soo sal men van gelyken sien, dat het nederdalen van het droppelken water daar ook soo geschiet; maar op ver naa soo opmerkelyk niet, als in het opgeblaase Hart; hoe-wel egter dat het water op deselve wys syn beweging naa beneeden sal neemen, als het Hert sig contrabeert. En de ervarentheid heeft my ook geleert, dat veeltyts dese nederdaling van het droppelken water soo weynig is, dat het niet als door een Vergrootglas is te bemerken. Het geen syn oorspronk neemt, door dien het Hert in syn contractie ten deele blyft, en dat het door het Oorken niet ge-extendeert wort, dewelke ook daar toe onbequaam is, alsoo het geen Bloet nog lucht dan voortdryft, om het Hert te dilateeren. Waarom het dan ook nootzakelyk is; dat de contractie soo veel kleender is, en de beweeging in de droppel soo veel minder om te observeeren. Maar soo men op die tyt maar het Oorken alleen opblaast, en dat sy door haar contractie de lucht in het Hert perst, soo is dit experiment kennelyker.

Maar of men nu een Spier selfs wilde neemen, in de plaats van Hert, soo kan men procederen, als in de agtste figuur van my afgebeelt is: alwaar het glase Spuytken *a* de Spier van binnen *b* in sig besluyt, synde syn byhangende Senuw, sonder te quetsen of te perffen, in een samen geboogen en subtiel silver draatken *cc* gevat, het welk ik dan doerplassen door het oog van een koperdraat, dat op de swyger van de Spuyt vast gesoldeert is *d*. Dit alles soo bestelt hebbende, soo moet men een droppelken water *e* in het fyne Pypken van de Spuyt, door een subtiel tregterken laten loopen: en als men het silverdraat langzaam met de hant *f* door het koper ringeken, tusschen de swyger in het glas van de Spuyt doortrekt, tot dat de Senuw daar tusschen in komt geirriteert te worden; soo siet men,

Ff ff ff ff ff 2

dat

tur, donec Nervus interpressus irritetur; Musculus iste simili se modo, ac de inflato Corde memoravi, contrahere observatur: quum aquae etiam guttula tunc simul aliquatenus deorsum movetur; quamvis postea haud iterum sursum elevetur. Interim sensibile admodum est hoc experimentum, & tot conditionum accuratorem reposcit; ut vel sine taedio vix institui queat. Quam ob rationem aliud, captu facilius, excogitavi.

Tab.
XLIX.
Fig. IX. a.

Praesto fit vitreus siphunculus *a*, prope gracilioris tubuli sui principium, Adamantis *b*. ope, perterebratus *b*. Per hoc foramen se-
c. paratus Musculi Nervus *c* transmittatur. Quandoquidem verò aër, dum Nervus ad contractionem irritatur, facillimè simul per oscillum istud transmeat; ut hinc descensus guttulae aquae tunc inhibeatur; ideo praeprimis necessarium est siphunculi illam aperturam, per quam Nervus foras exsertus fuit, occludere: quod Ichthyocolla & Amylo commode perficitur. Attamen, ut verum fatear, guttula aquae hoc in experimento tam parum quoque deorsum movetur; ut motus vix ac ne vix quidem percipi possit. Hinc ejusmodi experimento instituendo, prae aliis omnibus Musculis, Cor aptissimum est; utpote quod satis diu & fortiter motum, quem semel accepit, continuat, priusquam is exstinguatur.

Nec desunt rationes, ob quas experimentum istud circa alios Musculos haud adeo notabilem, ac circa Cor, eventum sortitur. Profecto enim penitus inquirenti differentia in eo sita esse videtur, quod nec detur Antagonista, quo Musculus foris dilatari queat; nec etiam Sanguis intromissus, qui vasa sanguifera extendere, Musculumque sic intrinsicus etiam nonnihil dispendere possit: quae tamen omnia necessaria sunt, & ad perfectam Musculi contractionem obtinendam vel maxime requiruntur.

Experimenta autem, quae aliquo abhinc tempore in medium prolata fuere ad demonstrandum, quod Sanguis ad Musculorum contractionem necessario requiratur, nullius plane sunt momenti. Praecipuum namque eorum argumentum in Aortae constrictione, juxta methodum *D. Stenonis* institutâ, situm est: id quod tamen neutiquam huc quadrat, nec, nisi prima fronte, imponere minus circumspicere valet. Si enim adtente saltem consideretur, quod Vertebrae, complures Nervi, & vel ipsa etiam Medulla Spinalis, quae omnia ligamento

Ste,

dat dese Spier sig op deselve wys contrabeert, als van het ópgeblasen Hert gesegt is; en dat ook de droppel water sig meede eenighns naa beneden beweegt, sonder datse opwaarts beweegt wort. Dan dit experiment is seer teer, en daar moeten soo veel omstandigheeden omtrent waargenoomen worden, dat het selfs verdrietig is. Waaron ik een, dat lighter is, heb wygedagt.

Het selve bestaat, in dat men een glaase Spuytken neemt *a*, dat met een Diamant omtrent syn spitze eynde door gedriit is *b*. Waar door men de gesepareerde Senw van de Spier moet plaatsfen *c*: maar alsoo de lugt door die opening heel ligt, als men hem tot contractie irriteert, kan passeeren, dat het neerdalen van het droppelken water belet; soo is het voor al nodig, de opening van het Glas, daar de Senw door gepasseert is, te sluyten: dat men met wat vislym en styffel seer gevoegelyk doen kan. Dan om de waarheid te seggen, het droppelken water word soo weynig neerwaarts ook in dit experiment bewogen, dat het haast onopmerkelyk is. Waaron dan om dit experiment te doen, niet beter als het Hert is, dat een redelyk langen tyt, en genoegsaam in syn beweeging continueert, die het eens ontfangen heeft, tot dat deselve verdwynt.

En soo men de oorsaaken aanmerkt, waarom dit experiment soo sensibel, omtrent de Spier, als wel omtrent het Hert, niet en is: soo vind ik die te bestaan, in dat daar geen tegenoverstaande Spier omtrent is, die hem van buyten dilateert, of ook geen ingedreeve Bloet, dat de Bloetvaten uytset, en hem op die wys van inwendig ook een weynig extendeert. Dat alles seer nodige vereyftens syn, om een volmaakte contractie van een Spier te hebben.

Maar de experimenten, die over eenigen tyt bygebragt syn, dat het Bloet tot de contractie der Spieren nootwendig is, die syn van gansch geen gewicht, alsoo het principaalste argument daar van is de toebinding van de groote Slagader, volgens de manier van de Heer Stenonis, dat daar niet te pas komt, als maar een Argument synde, dat niet als in syn eerste aansien ons sou kunnen overreden. Want soo men wel aanmerkt, dat de Wervelbeenen, verscheyde Senuen, en selfs het Ruggemerg, die alle in de Bant van de Heer Stenonis begreepen worden, op die tyt te samen werden gedrukt en geforceert;

Stenoniano comprehenduntur, tum temporis comprimantur ac violenter adficientur; ultro sane sequitur, determinati nihil inde concludi posse. Longe autem minus adhuc ex alio illo experimento, quo Sanguis, aquâ per siphonem adaptâ, e Musculis expellitur, inferre quidpiam licet; quandoquidem id motrices Musculorum fibras quam maxime laedit: ut ideo rude istud experimentum inconsiderata solummodo ratiocinatio dicenda sit, quae, omni caeterum destituta fundamento, ad prius duntaxat D. Stenonis experimentum stabilendum temere excogitata est. Valentiora igitur argumenta proferre oportet ad rem tanti momenti demonstrandam: cui proposito ligationes Arteriarum in Femore, & praesertim quidem in Rana, magis apposite infervire possent.

D. Stenonis laudanda est circumspectio, quae se continuit, quo minus modum, juxta quem motus Musculorum perficitur, determinaret: quapropter etiam minime pro certo adferre ausus est, eundem novae cujusdam materiei influxu excitari. Postquam vero mea, quae haecenus enarravi, experimenta elapsis abhinc aliquot annis ipsi exhibuissim; rotunde is coram me profiteri non dubitavit, se porro haud vereri adferere, quod in Musculorum contractione nihil novae materiei invehatur: ut adeo momentosa hac de re nequaquam dissentiamus.

Quin egomet ipse etiam meorum, quae proposui, experimentorum fretus pondere, haud difficulter nunc sustinere valeo, quod Musculus, sua in contractione, suppositorum ope Spirituum animalium influentium & effervescentium, nequaquam infletur aut intumescat; verum quod contra potius, tempore contractionis suae, detumescat, vel, ut mentem meam dilucidius explicem, minus spatium occupet.

Et sane luce meridiana clarius id patescit; siquando Cor aëre, loco Sanguinis, repletum, aut etiam minus repletum, ac vacuum, adhibetur. Tum vero in priore horum experimentorum quam plurima insuper animadvertenda occurrunt, quae omnia in Musculorum contractione locum habere possunt. Primò nimirum, aër intus in Corde condensatur & in se ipsum cogitur. Secundò, simul tunc, qui Cordis superficiem circumstat, aër dilatatur. Tertio, Cordis fibrae, hac in actione, quam validissime constringuntur, & cavernulae inter eas mediae comprimuntur: ut hinc, si quis in earum interstitiis versetur, aër eadem opera

EXCU-

ceert; soo volgt daar van selve uyt, dat daar niets determinatifs uyt kan beslooten worden. En veel minder nog uyt het experiment, waar door het Bloet uyt de Spieren, door het indryven van water, gespuyt wort, dat t' eenemaal de bewegende Vesels der Spieren kwetst: en daarom soo is dit rouwe experiment niet als voor een onbedagte redencaveling te agten, die geen fundament heeft, als maar om het eerste experiment van de Heer Stenonis te bevestigen. Daarom moet men gewigtiger argumenten hebben, om een saak van gewigt te bewyfen: gelyk men dat omtrent de Slagaders in de Dye, en in die van de Kikvorsch toe te binden, sou kunnen experimenteeren.

De Heer Steno is seer voorzigtigh geweest, in dat hy sig heeft onthouden, van de manier te determineren, op welke dat de beweging der Spieren geschiede; en daarom heeft hy het ook voor onseker geoordeelt, dat deselve sou geschieden door een invloeying van een nieuwe materie. Maar na dat ik hem myne voorgestelde experimenten, nu eenige jaaren geleeden synde, getoont had, soo heeft hy my determinatief gesegt, dat by nu dorst staande houden, dat'er in de contractie der Spieren geen nieuwe materie ingevoert wiert; soo dat wy in dit gewigtig point t' eenemaal accordeeren.

En ik kan nu ook makkelyk uyt de gewigtigheid van myne voorgestelde experimenten staande houden, dat een Spier in syn contractie niet opblaast of opswelt, door de gesupposeerde invloeyende en opbruisschende dierlyke geesten; maar dat een Spier in syn contractie veel eer ontswelt, of om myne gedagten beter uyt te drukken, dat hy minder plaats beslaat.

En dit blykt meer als kennelyk, wanneer het Hart met lugt, in plaats van met bloet, gevult is, of ook dat het ongevuult en leeg is. Alwaar dan omtrent het eerste verscheyde Zaaken in aanmerking komen, die alle in de contractie der Spieren kunnen plaats hebben. Als 1. dat de lugt inwendig in het Hert gecondenseert of in een geperst wort. Ten 2. dat dan de lugt rontsom het Hert gedilateert wort. Ten 3. dat de Vesels van het Hert, in die actie, dan seer vast komen in een te sluyten, haare holligheeden tusschen beyden toegedrukt te worden; en soo daar eenige lugt tusschen beyden is, dat deselve daar uyt komt bewoogen te worden. Het welk alles als dan voornamelyk blykt, wanneer het Hert als voor een

G g g g g g g g

ogt.

excutiatur. Atque haec quidem omnia tum temporis praecipue innotescunt, cum Cor pro momento veluti in contractione sua cessat. Quarto deinaer internus, in Corde, rursus rarefit. Quinto externus contra condensatur, aut e loco suo protruditur. Sexto demum Cordis fibrae denuo extenduntur five dilatantur.

Si vero quispiam forte mihi objecerit, aërem heic praeter naturam dari, ei quod regeram in promptu habeo, aërem quandoque in Hominum recens mortuorum Cordibus quoque a me deprehensum esse. At, quum id tamen minus etiam ordinarium sit; propterea in locum aëris, quem in Corde posui, Sanguinem substitui velim. Sanguis nimirum, in cavo Cordis contentus, ab hoc contracto itidem conquassatur, densatur ac expellitur. Quin similia quoque patitur, qui per ipsius Cordis Venas Coronarias tum fluit Sanguis, atque de his excutitur: quam ob rationem Cordis substantia etiam sub id tempus notabiliter pallidior evadit. Porro dum Cor sic in se ipsum compingitur, extrinsecus ambientis aëris rarefactio pariter locum habet. Tandem & motrices Cordis fibrae simili modo fortiter quoque constringunt, ac de inflato Corde paullo ante memoravi. Imo, quae ibidem recensui, phaenomena ultima, primis opposita, heic itidem in subsequente Cordis naturaliter constituti dilatatione veniunt consideranda.

Ex hisce igitur omnibus abunde elucescit, longe plura profecto in Musculorum contractione animadvertenda esse, quam ea, in quibus haftenus Auctorum se exercuit industria. Et praeprius quidem accuratissime observandum est, quanta vi motrices Musculorum fibrae, dum contrahuntur, in se ipsas coeant: ut sane viderim, eas, quibusdam in Animantibus, vel triplo etiam crassiores tum temporis reddi, quam sub perpetua & naturali sua contractione fuerant. Quapropter & contenta earum omnia, quae in vasa, ipsas permeantia, influxerant, violento isthoc motu validissime inde exprimebantur. Unde id quoque proficiscitur, quod Musculus Animalis fanguinei contractus longe pallidior sit semet ipso non contracto: prout D. Stenonis itidem animadvertit.

Quin ratio etiam hinc patet, cur determinatus atque reiteratus Musculorum motus naturalis notabilem in corpore calorem excitet. Quandoquidem enim Musculi velocissimis suis contractionibus Sanguinem ex se propellunt; non potest non tantò celerior inde motus at-

ogenblik in syn contractie ophoud. Wanneer ten 4. de inwendige lugt in het Hert weer verdunt wort. Ten 5. de uytwendige verdikt, of van syn plaats gestooten. En ten 6. dat de Vefels van het Hert weer uytgerekt of gedilateert worden.

Maar alsoo men my kan voorwerpen, dat dit tegenatuurlyk is, soo kan ik daar op antwoorden, dat ik ook somtyts wel lugt in de Herten der Menschen, die even gesturven waren, heb aangemerkt. Maar alsoo dit meede niet ordinaar is, soo moet men in de plaats van de lugt, die in het Hert van my gestelt wort, het Bloet neemen, dat in de contractie van het Hert aldaar geschud, verdikt, en uytgestooten wort, als ook het Bloet, dat in de Kroonaders van het Hert selfs is, en dat aldaar uytgedrukt wort; waarom het Hert ook op die tyt merkelyk bleeker wort. Ten anderen, als het Hert soo in syn selven inkrimpt, soo heeft de verdunning van de uytwendige lugt meede syn plaats, en eyndelyk soo sluysten de beweegende Vefels van het Hert dan meede vast in malkanderen, als dadelyk van het opgeblase Hert gesegt is: en welkers contrarie men ook hier in de volgende dilatatie van het Hert moet considereeren.

Uyt alle het welke dan blykt, dat daar vry meerder saaken in de contractien der Spieren moeten geconsidereert worden, als tot nog toe gedaan is. Synde voor al wel in aanmerking te neemen, hoe sterk dat de beweegende Vefels der Spieren in haare contractie in een krimpen, soo dat ik se wel bykans driemaal dikker in sommige Dieren op die tyt heb sien worden, als wanneer sy in haare geduurige en naturelyke contractie waren. Waar door dan alle haare inhoud, die in de vaten, derwelke daar door liepen, ingevloeit was, met kragt uytgeperst wierd. Waarom ook een gecontrabeerde Spier in een bloetryk Dier veel bleeker is, als een Spier, die niet gecontrabeert is, als ook van de Heer Stenonis is aangemerkt.

En soo is dit ook de reeden, dat de gedetermineerde, of de gereitereerde naturelyke beweegingen der Spieren, een kennelyke warmte aan het lichaam veroorsaaken, door dien sy het Bloet door over snelle contractien uyt haar stootende, de gansche massa bloeds soo veel te veerdiger beweeging en circula-

que circuitus sanguineae massae conciliari: quod Chirurghi, solâ docti experientiâ, pulchre sub phlebotomiis in usus suos convertere norunt; quippe qui scipionem aut simile quidpiam aliud illi, cui Vena fecanda est, manu tractandam rotandumque exhibent; ut Musculis sic ad motum excitatis Sanguis celerius e Venis protrudatur. Imo vel sola etiam imaginatio id ipsum efficere apta nata est: quum Musculi nostri ab hac itidem diversimode determinentur, prout tristes vel jucundas nobis in animo imagines, quae Cor constringunt ac claudunt vel dispendunt, effingimus.

Ipse ego Leidae in nosocomio puerum vidi, cujus de pedibus corrupta per gangraenam Cutis & Caro novissime abscesserat; qui solo Musculorum suorum motu, absque ulla spiritus compressione, ingentem Sanguinis copiam, per apertum vulnus, cum libitum ipsi erat, exprimere valebat: id, quod in motibus multorum Animantium pariter observamus; utpote quorum Sanguis eo tempore, quose movent, citatus e vulnere profluit: quamvis vel Pulmonibus etiam destituta sint.

Imo eo usque haec se res extendit; ut ipsa quoque lassitudo inde pendeat, quod Musculi nimia Sanguinis mole distraherentur, sicque ad contractionem suam inepti evadant: quemadmodum prima vice observavi, cum vitrum ad flammam lampadis liquatum inflando fingerem: Musculi enim mei Buccinatores hoc sub opere tam violenter Sanguine distendebantur; ut facultas eos contrahendi, ac vi eorundem aëra ex ore proflandi, me demum penitus deficeret.

In Insectis admiratione dignum est, quod ea tempore hyemali, cum Sanguis & humores in vasis ipsorum veluti concreverunt atque congelantur, omnes quoque Musculorum suorum motus simul amittant: ut hinc eorum Membra & Pedes, si absque illata vi extrorsum retorquantur, hoc tum in statu permaneant. Quin observamus movendi hancce potestatem ipsis haud prius restitui, nisi cum benignior coeli redit temperies, aut ubi prope ignem collocantur: hujus enim exiguo saltem calore fota ad vitam quasi reducuntur, sese movent, versant, imo currunt atque volitant; donec Sanguis & humores eorum paullo post iterum condensentur, & pristina hinc immobilitas ipsis rursus inferatur. Celebrem illam Herbam dictam Sensitivam mensibus autumnalibus, quam aestivo tempore, longe minus mobilem esse, pariter animadverti.

culatie toebrengen. Het welk de Chirurghyns, alleen door haar ervarentheid, wel weten te pas te brengen in het Aderlaaten; wanneer sy ymant een stok of iets diergelyks in de hant geeven, om die met de hant omdrayende, en de Spieren beweegende, daar door het Bloet snelder uyt de Aderen te doen loopen. Dat ook de imaginatie selfs doen kan, die van gelyken onse Spieren op verscheyde wyzen determinineert, naa dat men sig droevige of vermakelyke objecten voorstelt, die het Hert sluyten of samen trekken en dilateeren.

En ik heb selfs een jongen te Leyden in het Gasthuys gekent, van wiens voeten het gegangreneerde vel en vleesch effen gesepareert waaren, dewelke, als het hem believde, een groote quantiteyt Bloets door de ope wonde, alleen door de beweeging syner Spieren, kon uytdrukken; sonder dat hy syn aassens inhielt. Gelyk dat ook in de bewegingen van veele Dieren te sien is, welkers Bloet snelder uyt de wonde loopt, als sy haar roeren, dan als sy stil leggen; hoewel sy selfs geen Longen hebben.

En dit gaat soo verre, dat selfs de vermoeytheit hier in bestaat, soo dat de Spieren door het overvloedig Bloet geforceert, en onbekwaam tot haar contractie worden: dat ik de eerstemaal heb geobserveert, wanneer ik glas aan de lamp kwam te blaasfen, waar door myne Wangspieren soo dik van het Bloet opswollen, dat ik ten laatsten geen kragt meer hadt, om die te contrabeeren, en de lugt daar door uyt de Mont te blaasfen.

Het is wonderbaarlyk in de Insecten, dewelke des Winters, alsoo haar bloet en vogtigheid als in de Vaten stolt en als bevroest, dan ook alle de bewegingen haarer Spieren verliezen, soo dat haare leeden en voeten in dat postuur blyven staan, als men se, sonder haar te forceeren, dan uytwaarts buygt: en men siet, dat dese beweging haar niet eerder weder gegeven wort, voor dat de Lugt gematigder is; of dat men se by het vuur brengt, daar een kleene warmte haar doet als berleeven, bewegen, roeren, jaa lopen en vliegen: tot dat haar bloet en vogten weer een weynig daar naa verdikt worden, dat haar onbeweegelyk maakt op een nieuw. In dat vermaarde Kruidje roer my niet heb ik ook aangemerkt, dat het in de Herfst maanden sig vry minder beweegt, als in de Somertyt.

Verum interrogaverit forte quispiam, ecquid igitur naturalis, determinata, aut etiam arte ac extrinsecus concitata illa Nervorum irritatio intus in Musculo proprie efficiat? Siquidem statuere haud liceat, Nervo stimulado, sensibilem quandam materiem in Musculum devehit, aut localiter inferri; sed potius contra affirmandum fit, quod Musculus tum, quam continet materiem, ex se propellat, ac minus spatium occupet.

Fateor, difficilem sane & arduam esse hanc quaestionem, nec forte prius solvi posse, quam vera Musculi ipsius constructio examuffim fuerit detecta: quae quidem me hucusque latet, vix nisi catenatis demum longissimi temporis laboribus eruenda. Quapropter jam in hac re determinanda ingrediari viam, qua ad usus oculi notitiam est perventum: modus enim, quo visus peragitur, absque vera oculi cognitione detectus est. Hinc, sicubi rudi quadam similitudine rem hanc illustrare liceret, existimarem, eam haud aliter sese habere, ac si quis liquas Herbae Impatientis Dodonei, aut Balsamitae alterius Fabii Columnae, lenissime adtrectaret; quae quidem, dum per duas tresve nervosas & herbaceas fibrillas dilatantur vel extenduntur, momentanea isthac irritatione vim acquirunt subtilissime ac celerrime semet contrahendi. Et sane si fibrillae istae, quae, femine etiam nondum penitus maturato, tam subito sese contrahunt, haud in unum crispantur atque excuterentur, sed, instar corii coacti, rursus dilatari, novaque irritatione ad iteratam contractionem excitari possent; singularissimum omnino in iis Musculi exemplum ob oculos poni mihi videretur: quum praecipua hujus actio pariter in contractione, dilatationem sequente, sita sit: ut hinc contractio, nequaquam autem dilatatio, verum Musculorum officium dici mereatur; quandoquidem ii, mortuo etiam Animali, semet contrahere adhuc conantur. Imo observavi Musculum, quem aliquot per annos in Balsamo conservaveram, cum dein eodem in Balsamo a me coqueretur, vel tum quoque semet contraxisse.

Verum ut ut se habeant memoratae similitudines; firmissimo saltem talo istud nititur experimentum, quod Musculus ilico contrahatur, cum Nervus ejus commovetur. Quum vero insuper demonstraverim, Musculum in contractione sua, minus, quam in sua dilatatione, occupare spatium; evidentissime etiam inde sequitur, quod nulla in eum influat materies dispandens, sed ultra, quam comprehendi potest, subtilior esse

Maar mogt ymand vraagen, wat veroorzaakt nu eygentlyk de naturelyke gedetermineerde, of ook de kunstige en uytwendige irritatie der Senuen binnen in de Spier? Alsoo men daar niet van kan seggen, dat daar een sensible materie, als de Senuw geraakt wort, tot de Spier over passeert, of daar plaatselyk in beweegt wort; maar dat de Spier ter contrarie een materie uyt sig stoot, en een minder plaats beslaat.

Sekerlyk dat is een harde en sware questie, en mogelyk niet te solveren, als uyt de gansche kennis van de waaragtige structuur der Spier selve, die my nog onbekent is, en seer verre te soeken. Daarom sal ik hier handelen, gelyk men met het gebruik van het Oog gedaan heeft, welkers manier, hoe het gesigt geschiet, men sonder het Oog waarlyk te kennen, heeft aangewezen. Daarom soo het my geoorloft was door een rouwe gelykenis de saak te verklaren, ik sou seggen, dat het in dese gelegenheid ging, gelyk met ymant, die seer sagt de Saadkokers van het Kruidje Roer myniet van Dodoneus, of de andere Balsamita van Fabius Columna kwam aan te raaken, het welk door twee a drie Senuw en kruidagtige Veselkens gedilateert of geëxtendeert synde, dan door die momentelyke irritatie de kracht verkrygt, om sig seer schielyk en geswint te contraheren. En in der daat, indien dese Veselkens die haar soo schielyk contraheren, self eer haar saar ryp is, niet in een kronkelden en weg sprongen, maar datse, gelyk het in een gekrompe leder, haar weer lieten dilateeren, en op een nieuw door irritatie te samen trekken; men sou daar ontrent een seer raar voorbeelt van een Spier vinden, wiens voorname actie in een contractie bestaat, die op de dilatatie volgt: waar door dat de contractie, en niet de dilatatie, het eygentlyke officie der Spieren is: dewelke haar geduurig, selfs naa de doot der Dieren, tragten te contraheren, jaa ik heb ondervonden, dat een Spier, die ik eenige jaaren in een Balsam bewaart had, sig nog contraherde, wanneer ik hem naderbant in de selve Balsam opkookte.

Maar dese gelykenissen daar latende; soo staat dit experiment onweersprekelyk vast, dat als de Senuw van een Spier geroert wort, dat dan ook dadelik de Spier geroert wort. En alsoo ik heb aangewezen, dat de Spier in syn contractie minder plaats beslaat, als in syn dilatatie, soo volgt daar ook onweersprekelyk uyt, dat daar dan geen nieuwe opblaasende materie invloeyt; en dat het een onbeswattelyk subtielder materie moet syn, die op dat ogenblik,

esse debeat substantia, quae, illo temporis momento, tantopere mirabilem in Musculo motum excitat: quamvis interim minime constet, aliud quidpiam ab hac in Musculo effici, quam quod ventus, digitus, bacillus, aut seta, in contractili Herbae impatientis filiqua, ad fibrillas hujus contrahendas, producit.

Quocirca, ut supra jam indicavi, existimo hinc inferri jure posse, quod, sicubi Nervus continenter irritetur, ipse etiam ejus Musculus assidua in contractione, aut saltem perpetuo in conatu & nixu ad contractionem, constitutus esse debeat: quemadmodum olim in Tractatu meo de Respiratione jam memoravi, moxque nonnihil clarius adhuc ob oculos ponam, methodum exhibiturus, qua juges Musculorum motus aliquatenus considerare licet.

At priusquam hoc facere adgrediar, finemque sic dissertationi huic imponam; animadvertere ac contemplari oportet, quam rationem constituti sint Musculi, quando nunquam adhuc motum suum exercuerunt. Id, quod praecipue circa Insecta observari potest: quin & circa Musculorum rudimenta in Animantibus majoribus hoc ipsum patet; utpote in quibus Musculi eo tempore plerumque in se coacti, albi, membranacei, in ipsis primordiis suis velut ex humore gelatinoso compositi, deprehenduntur. In Insectis autem vel maxime notabile est, quod Musculi sub id tempus, quo Animal aliam induit figuram, quasi invisibiles sint, & citissime tum magnopere augeantur ac crescunt. Imo vel circa totos etiam artus id ipsum obtinet: uti praecipue in Cruribus horumque Musculis est videre; quippe quae mirandum in modum accrescere, impulsisque humoribus, aut Sanguine, haud aliter dispanendi cernimus, quam si liquidis supervacaneis turgescerent: quo fit, ut partes istae, progressu temporis, veluti contra naturam suam exporrigantur, & arcus instar tendantur. Attamen in Insectis hoc praecipue locum habet; quorum Musculi itidem longe diutius sese movent, quam aliorum quorumcunque Animantium, & vel per aliquot etiam dies, postquam Caput de corpore rescissum fuit, motum suum conservant. Animadvertimus insuper, cum Insecta de exuviis suis prorumpunt, eorum corpora quam subitissime grandescere atque expandi: quod ipsum in Animantibus, calidiore Sanguine instructis, proportione itidem obtinet. Hinc autem proficiscitur, quod illorum Musculi quoque tanto se fortius iterum contrahere ac in se ipsos coire conentur. Denique manifeste etiam conspicimus, quod

blik, sulc een wonderbarelyke beweeging daar in veroorzaakt. Sonder dat men seggen kan, datse iets anders in de Spier doet, als de wint, een vinger, een stoksken, of een borstel, tot de samentrekkende Saadkoker van het Kruidje roer my niet doet, om haare Veselkens te doen contrabeeren.

Waar wyt ik dan voordeel te volgen, als boven alreede gesegt is, dat als een Senuw geduurig geirriteert wort, dat dan ook de Spier in een geduurige contractie, of ten minsten in een gestadige tragting en renitentie tot deselve sou weesen. Als ik voor deesen in myn Tractaat van de Adembaaling heb aangeweesen. En ik nu terstont wat klaarder sal openen, door een manier voor te stellen, waar door men de geduurige beweegingen der Spieren eenigfins kan considereeren.

Maar eer ik daar toe kom; en te gelyk dit discours eyndige, soo is het seer nodig aan te merken en te sien, op wat manier de Spieren gestelt syn, eer sy haar ooit beweegt hebben. Het welk voornamelyk omtrent de Insecten te bespeuren is, en omtrent de begintfelen der Spieren in grooter Dieren, alwaar men dan siet, datse meesten tyt in een gedrongen syn, en van couleur wit en vliesagtig; synde heel in haar begintfel als wyt geleyagtige vogtigheeden bestaande. In de Insecten is dit seer aanmerkelyk, datse in die tyt, wanneer het Dier een andere gestalte sal aanneemen, als onsigbaar syn, en in een geringe tyt seer toenemen en aangroeyen, dat ook gansche leedematen doen, als voornamelyk omtrent de Beenen en haare Spieren geschiet, die men verwonderlyk siet aangroeyen, en door ingedronge vogtigheeden of bloet uytgeset te worden, even als met een opspanning van overtollige vogtigheeden. Waar door dan die deelen met 'er tyt, als tegens haar natuur, uytgerekt en als een Boog gespannen worden: dat voornamelyk in de Insecten plaats heeft, welkers Spieren ook veel langer beweegen, als die van eenige andere Dieren, zelfs naa dat het Hoof al eenige dagen van het lichaam gesneeden is geweest. En men siet ook, dat als se wyt haare afgelegde hnt breeken, dat dan ook haare lichamen seer schielek groot en uytgespannen worden. Dat ook naa proportie stant grypt in de Dieren, die een heter bloet hebben. En het geen te weeg brengt, dat haare Spieren sig soo veel te sterker dan weer tragten te contrabeeren, en in sig selven te krimpen. Ook siet men klaarlyk, dat als de Spieren haar nu beginnen te beweegen, datse door het bloet, dat zig inwendig indringt, en haar voor een gedeelte dilateert, veel roder worden, en datse door de Bloetvaten, die haar door

quod Musculi, dum se primitus movere incipiunt, vi Sanguinis, in eorum substantiam sese penetrantis, hancque ex parte dilatantis, longe reddantur rubicundiores, atque a Vasis sanguiferis, ipsos permeantibus, ac fibras eorum motrices extendentibus, magis dispendantur.

Ex quibus innotescit, quod omnes Musculorum contractiones necessario praecedere debeat quaedam dilatatio. Hanc autem pono triplicem. Prima nimirum, in naturalibus & voluntariis Musculorum contractionibus, ab introducto Sanguine, qui Musculos ex parte dilatat, perficitur. Secundam, cui in naturalibus contractionibus locus est, contentis adtribuo, quae fibras motrices extendendo, dilatando, Sanguinemque ideo copiosorem in eas derivando, sic efficiunt, ut vis ipsarum contractilis laceffatur. Tertia, quae in voluntariis contractionibus obtinet, dilatatio a determinatione Musculorum Antagonistarum produci videtur; quippe qui in Musculos ipsis oppositos simili ratione agunt, ac contenta in Musculos, quorum motus naturalis est.

Quidnam verò subtilis illa materies, quae per Nervos in Musculos jugiter influit, ad horum contractionem conferat; utrumne ad motrices forte fibras adpellatur, ac Vasa quaedam sanguifera, Nervis intra Musculum circumcincta, aperiat; aut & cum Sanguine mista hunc de subito ebullire ac effervesce faciat, primumque sic motum suscitet, quo ille e Musculis denuo excutiat; ita ut puncto temporis post fibrarum motricium contractio subsequatur? De omnibus hisce necquicquam determinare valeo: quapropter aliis ea, tanquam foecundam contemplationum materiem, relinquo pensitanda.

Quantum autem ad reliqua, quae hactenus proposui, adinet; videor mihi equidem, jure ac legitima sequela, firmiter inde concludere posse. I^{mo}. Quod omnes Musculi naturaliter, id est, cum nunquam adhuc actionem suam exercuerunt, contracti sint. II^{do}, quod eorum contractio, ab humoribus, Sanguine v. g. & similibus, per vasa in ipsos influentibus, ex parte destruat ac extingatur: quae prima veluti causa est, qua Musculi quodammodo expanduntur aut dilatantur; quamvis in contractionis suae statu adhuc persistant. Interim hac vi tamen ambiens quoque aer ea proportione, qua Musculi expansi sunt, suo e loco truditur atque in unum compingitur. III^o, quod ingesta vel contenta viscerum, cavitatum, & tubulorum corporis, circum quae motrices fibrae feruntur, ad plenam Musculorum distensionem aut dilata-

loopen, en haar bewegende Vessels uytrekken, meerder werden uytgeset.

Waar uyt blykt, dat in alle de contractien der Spieren een dilatatie moet voorgaan, die ik drie-sins stelle, als eerstelyk, in naturelyke en vrywillige samentrekkingen der Spieren door het ingedronge Bloet, dat haar voor een gedeelte dilateert. Ten tweeden in naturelyke samentrekkingen door de inhoud, die de bewegende Vessels uytrekt en dilateert, waar door haar nog meerder Bloet ingewoert wort, en sy tot haar contractie gedisponeert worden. Ten derden in vrywillige samentrekkingen, door de determinatie van de tegenoverstaande Spieren, die omtrent de tegengesteide Spieren het selve effect doen; dat de inhoud doet omtrent de Spieren, die haar naturelyk beweegen.

Maar wat nu die subtielē materie, die door de Zenuen in de Spieren geduurig invloeit, tot haare contractien doet; en of sy de bewegende Vessels aansoot, en eenige Bloetvaten, die van de Zenuen in de Spier omwonden worden, opent; of wel, datse haar met het Bloet vermengende, dat schieklyk doet opwellen, opbruijschen, en de eerste beweging geeft, om weer uyt de Spieren gedreeven te worden, soo dat daar in een ogenblik de contractie van de bewegende Vessels op volgt; van dat alles kan ik niets determineren. Soo dat ik het selve, om verder naer te denken, daar late.

Maar wat de vordere saaken van my voorgestelt aangaat, daar omtrent meen ik met een goet fundament te kunnen vast stellen. 1. Dat alle Spieren naturelyk, dat is eer sy haar actie oit gedaen hebben, gecontrabeert syn. Ten 2. dat haare contractie voor een gedeelte cesseert en als ophout, door de vogten van bloet of diergelyke, die tot haar door de Vaten inwendig ingewoert worden. Waar door sy dan, als door een eerste oorzaak, eenigermate uytgespannen of gedilateert worden, blyvende nog in haar contractie: maar waar door evenwel de omringende lugt nae die proportie uyt syn plaats gestooten en op een gedrongen word, nae de welke sy geëxpandeert syn. Ten 3. dat tot het volkomen uytspannen of dilateren der Spieren, als een tweede oorzaak seer veel doet, de inhoud der Ingewanden,

tationem, tanquam causa secundaria, in naturalibus motibus obtinens, plurimum faciunt; dum interim in motibus voluntariis contrariae potissimum Antagonistarum determinationi tantundem in acceptis est referendum: Fibrae enim motrices in ambabus istis, diversimode collocatis, Musculorum speciebus, per binas haec causas notabiliter dispanuntur, ipsarumque Vasa sanguifera ad longe majorem Sanguinis copiam excipiendam disponuntur; ut hinc, dilatatione nunc ad summum perductâ, tantò validior mox contractio in iis rursus expectanda sit. IV^o. Huic autem promovendae vel maxime infervit ante repulsus atque condensatus aër; qui cum per atmosphaerae aequipondium continenter ad sui dilatationem urgeatur, Musculos vicissim tantò impellit acrius ad se restituendum in pristinas ac naturales suas contractiones, ad quas vel sponte etiam naturae suae jam jam denuo permoventur. Accedunt V^o perpetuae ac naturales irritationes, quae per Nervos in ipsis Musculorum fibris motricibus excitantur, hasque perpetuo ad sese contrahendum laceffunt: illos nimirum stimulos heic volo, qui a Sanguine circumducto, & per Arterias indefinenter in principium Medullae Spinalis atque omnes Nervos investo, jugiter producuntur; aut qui ab objectis externis, Sanguinis motum alterantibus, cum Medullae Spinalis principio atque Nervis communicantur. Hinc itaque VI^o Musculi, tam naturales, quam imperio voluntatis subjecti, necessario disponuntur & veluti coguntur, ut in pristinam suam & naturalem contractionem se restituant. Unde VII^o legitima conclusione infero, quod in omnibus Musculorum contractionibus reciprocis contenta horum rursus inde exprimantur; quandoquidem extensae fibrae motricum denuo ad se mutuo coeunt, & arctè in se ipsas compinguntur, pristinum, in quo ante dilatationem suam erant, statum recuperantes. Quapropter minus etiam spatium necessario tunc occupant; ut ut nonnullos in Musculis tumores eo tempore nasci animadvertamus: hi enim arctiori solummodo fibrarum motricium, Musculos constituentium, compactioni suam debent originem, & revera pro detumescencia saltem habendi sunt; quamvis eorum causam haecenus inflationi adtribuerint Auctores. VIII^o igitur hinc tandem concludo, quod omnes Musculorum actiones in contractione, id est, in reditu ad illam figuram atque dispositionem, cujus ante dilatationem suam compotes erant Musculi, consistant: ut ideo Musculi, quando vel supra dictâ ratione,

den, holligbeden, en pypkens des lichaams, daar de bewegende vesels om heen loopen, dat in de naturelyke bewegingen plaats heeft: en dan ook bysonderlyk de contrarie determinatie der tegenoverstaande Spieren, dat in de vrywillige bewegingen stant grypt; alsoo de bewegende vesels door beyde dese oorsaaken, en in beyde dese verscbillig geplaatste Spieren, merkelyk uytgespannen worden, en de Bloetvaten derselve gedisponeert, om nog een veel groter quantyteyt bloets in haar te ontfangen, als ook om haar weer te sterker te contraheeren: synde nu volkomen gedilateert. En dat ten 4. soo veel te meer, alsoo de weg gestooten en verdikte lugt, die geduurig tot syn dilatatie door het evenwigt der lugt bewoogen word, de Spieren soo veel meerder komt aan te persen, om haar eerste en naturelyke contractien, daar sy van selver ook nu toe bewoogen worden, weer te herneemen. Waar by dan komende ten 5. de geduurige en naturelyke irritatiën, die door de Senuwen in de bewegende Vesels der Spieren selfs verwekt worden, en waar door se tot haare contractien gestaadig door het circulerende bloet aangeport worden, dat het begin des Ruggemergs en alle de Senuen onophoudelyk door de Slagaderen word ingeperst; of ook door de uytwendige objecten, die het bloet verscbeydelyk komen te beweegen, aan het begin des Mergs en de Senuen word gecommuniceert: Soo worden ten 6. de Spieren nootzakelyk gedisponeert en als gedwongen, om haar eerste en naturelyke contractie weer te herneemen, het sy dat die naturelyk of vrywillig syn. Waar uyt ik dan ten 7. als een nootzakelyk gevolg kom vast te stellen, dat in alle weerkeerige contractien der Spieren, als dan haare inhoud weer uyt de selve komt uytgeperst te worden: alsoo de uytgerekte bewegende vesels dan weer tot malkanderen koomen in te dringen, en digt in een te sluyten; even al eens gelyk sy voor haare dilatatiën waaren. Waarom sy dan nootzakelyk een kleender plaats beslaan, niettegenstaande men siet, dat daar eenige zwellingen in de Spieren komen te ontstaan, dewelke alleen uyt die in een krimping haarer bewegende vesels haar oorspronk neemen: hoewel dat men de oorsak daar van tot nog toe aan een opblaasung toegeschreeven heeft, die men eygentlyk een ontswelling moest noemen. Waar uyt ik dan ten 8. vaststel, dat alle de actiën der Spieren in haare contractiën bestaan, dat is in de wederkeering tot die figuur en dispositie, die sy voor haare dilatatie hadden. Waar door dan als de Spieren op deselve wys, of ook door haar inhoud, of de tegenoverstaande Spieren, weer gedilateert, of tot de tegenoverstaande syde gedetermineert worden, sy haare contractiën geduurig maaken:

vel

Hh hh hh hh hh z

het

vel per contenta sua, vel & per Musculos Antagonistas, denuo dilatantur aut in contrariam partem determinantur, contractiones suas jugiter iterum repetant; sive naturalibus sive voluntariis motibus fuerint destinati.

Quamvis autem id generatim, & praecipue circa naturales Musculorum motus obtineat; tamen & in voluntariis horum motibus habere locum animadvertitur: ut ut ad posteriores consensus voluntatis insuper requiratur. In omnibus enim Musculorum motibus voluntariis internam semper externamve causam atque objectum, cujus interventu Antagonistarum contractio in contrariam partem determinetur, necessario exigi videmus.

Cum itaque omnes Musculi in perpetua contractione constituti sint; haud porro difficile est comprehensu, non nisi minimam quandam determinationem, quacunque demum e causa oriundam, requiri ad Musculos eo disponendos, ut corpus moveant, de loco in locum transferant, progredi faciant, aliisque modis innumeris agitent.

Neque id solummodo circa motus naturales perquam manifeste conspicuum est: quemadmodum in Pupillae contractione patet; quippe quae eodem momento per Musculos suos sese coarctat ac dilatat, prout Oculus magis minusve a lucis radiis irritatur. Quod ipsum circa fibras motrices Intestinarum pariter in propatulo est: hae enim semet itidem proportione jugiter contrahunt, rursusque dilatant, prout Intestina plus minusve materiae continent: unde tum temporis motus in iis haud aliter, ac maris undae sese mutuo pellentes, recipiuntur.

Imo verò frequentissime etiam animadvertimus, naturalem contractionem in illis ipsis Musculis, qui ad voluntatis imperium moveri dicuntur, obtinere: quemadmodum in gressu, statur, motu nostrorum Brachiorum &c. manifestum est; quum sane millies millenis vicibus, absque ulla animi adtentione, artus nostros moveamus. Ita vi objecti externi, quando cum alio ambulamus, multoties ideo saltem salutamus obvium; quia comes noster caput ei aperit; aut quoniam ab externo hoc objecto permovemur: quamvis interim haud sciamus, quisnam is sit, quem salutavimus; imo ne quidem, quod actionem istam fecerimus. Quare hinc constare videtur, quod, uti memoria nostra localis est, & ab una re ad reminisceniam alterius, in infinitum usque, deducitur, ita nostrae Musculorum contractiones quoque natu-

bet sy in naturelyke of in vrywillige bewegingen.

En hoewel nochtans dat dit in het generaal, en bysonderlyk syn stant grypt omtrent de naturelyke bewegingen der Spieren, soo siet men egter, dat het ook in de vrywillige bewegingen derselve syn plaats heeft, en dat niet tegenstaande, hoewel de toestemming der wil in de vrywillige bewegingen der Spieren vereyft word. Door reden, dat men in alle vrywillige bewegingen der Spieren siet, dat daar altyt een inwendige of uytwendige oorzaak en object nodig is, dat de contractie der tegenoverstaande Spieren tot de tegenoverstaande syde moet determineeren.

En alsoo valt het dan ligt te begrypen, door dien alle Spieren in de staat van een geduurige contractie syn, dat daar niet als de minste determinatie maar nodig is, het sy uyt wat oorzaak dat die spruyt, om haar het lichaam te doen beweegen, te verplaatsen, voort te gaan, en op andere oneyndige manieren meer te doen roeren.

Dat niet alleen omtrent de naturelyke bewegingen seer kennelyk is, als in de contractie van de Oogappel blykt, die haar door haare Spieren op het selve ogenblik sluyt en dilateert, naa dat het Oog meer of minder van het licht geirriteert word; gelyk men dat ook siet omtrent de beweegende vesels der Darmen, die naa proportie haar geduurig contrabeeren en weer dilateeren, na dat de inhoud daar minder of meerder in is, en op welke tyt de eene beweging de ander aldaar vervangt, als de baaren der zee doen, die malkanderen volgen:

Maar selfs blykt het ook, dat 'er oneyndigmaal een naturelyke contractie plaats heeft in de Spieren, die wy vrywillig seggen te beweegen: als in het gaan, staan, het beweegen onser Armen, enz. blykt: die wy duysent en duysentmaal roeren, sonder dat de wil daar tenige attentie toe heeft. En op die wys sullen wy door een uytwendig object, als we met een ander wandelen, veelmaal ymand groeten, om dat ons geselschap syn hoet afneemt, of dat ons dat uytwendig object beweegt; sonder dat wy weeten, wie wy gegroet hebben, of selfs dat wy die actie hebben gedaan. Soo dat het schynt, dat onse contractien der Spieren al soo naturelyk syn, en geduurig door de eene oorzaak, die haar heeft doen beweegen, tot een tweede en derde beweging gebragt worden: als dat onse memorie plaatselyk is, en door het eene subject op het anders

rales

ders

rales sint, Musculique in nobis ab una itidem causa, quae motum ipsorum excitavit, ad alterum jugiter tertiumque motum porro lacefantur.

Simili ratione, cum igni propius adfidemus, vi irritantis solummodo objecti inde retrocedimus, & membra nostra variorum ope motuum, absque ulla voluntatis nostrae adtentione, restituimus. Ut hinc videatur innotescere, quod ne voluntarios quidem motus unquam vere exerceamus; nisi cum voluntas ipsa ab objecto commovetur, suoque dein motu alterum motum producit: sicubi enim flamma fuerit vividior, palpebras nostras claudimus, caputve avertimus, pluresque alias motuum species instituimus; prout videlicet ad hoc illudve faciendum ab objectis excitamur.

Haec igitur omnia abunde tandem comprobant, quod ipsi etiam illi Musculi, quorum ope voluntarios motus perficimus, semper naturaliter moveantur; tum quod non nisi internum externumve principium, causa, objectum &c. requirantur ad eos determinandos; imo quod motus voluntarius nunquam producatur, nisi principium ejusmodi determinans, quaecumque demum, licet vel incidens saltem aut excitata quaedam fuerit cogitatio, prius in nobis praecedat. Nonne enim simplex etiam somnium, aut magicum aliquod phantasma, noctu nobis obversans, efficere potest, ut nos moveamus, agitemus, e lecto fugiamus, clamemus, vociferemur? Quae quidem omnia eam solummodo ob causam fiunt, quia Musculos nostros, jam jam in actione constitutos, tum temporis saltem in contrariam partem determinamus. Imo similia quoque circa ipsos motus spontaneos five naturales observamus: quamvis hi rarissime tantum, nec nisi certis sub conditionibus, a nobis determinari queant. Voluntas namque nostra, uti principio jam memoravi, perparum habet potestatis ad Musculorum illos, qui Antagonistas carent, determinandos: & sane, si Antagonistas nobis Natura non dedisset, immobilitate Plantis Arboribusque, quae se movere non valent, haud absimiles essemus.

Ex omnibus itaque hactenus dictis liquido innotescit, quod innumerae res in Musculorum contractione concurrant, & quod universa corporis nostri machina, imo elementa etiam, quibus circumcingimur, cognita requirantur; priusquam vel uni-

cum

dere komt te denken; dat tot het oneyndige voortgaat.

Op de selve wys, als we by het vuur sitten, soo retireren wy ons, door de force van het irriterende object, daar van daan, en wy herstellen onse leedematen, door veele beweegingen, sonder de minste attentie van onse wil; soo dat het schynt, dat wy ons selfs ook niet vrywillig beweegen, ten sy de wil selfs syn object heeft, en dat alsoo haare beweeging een tweede veroorzaakt. Want de vlam te groot synde soo sluyten wy onse oogleden, of wy verdrayen ons hoofd, en wy maaken alderbande andere soorten van beweegingen, na dat de objecten ons daar toe irriteren.

Dat alles voor een genoegsaam bewys kan dienen, dat selfs onse Spieren, waar door wy ons vrywillig beweegen, ook altyt natuurelyk bewoogen worden, en dat daar niet als een inwendig of uytwendig beginsel, oorzaak, object enz. noodig is, om die te determineeren; en selfs dat dit beginsel tot de determinatie eerstelyk in ons moet voorgaan, eer wy ons vrywillig beweegen. Al was het maar een invallende of verwekte gedagte, dat selfs soo ver gaat, dat wy des nagts, door een simpele droom of magische phantasy, ons roeren, beweegen, uyt het bed loopen, schreeuwen en te roepen koomen; dat dan alles nergens door geschiebt, als dat wy daar door onse Spieren, die alreede in actie syn, maar contrarie determineren. En selfs observeert men dese dingen omtrent de zelswillige of natuurelyke beweegingen; hoewel die seer weynig als in seekere opsigten van ons kunnen gedetermineert worden: want gelyk in het begin gesegt is, onse wil heeft seer weynig magt om die Spieren te determineeren, daar geen tegenoverstaande Spieren syn: en indien ons die niet gegeven waren; wy souden in der waarheid de onroerlyke Planten, en de Bomen, die haar niet beweegen, gelyk syn.

Het geen ons dan alles klaarlyk leert, dat daar oneyndige saken in de contractien der Spieren te samen lopen, en dat de gansche machine van ons licbaam, en de elementen die ons omringen, dienen gekent te worden, sal men een eenige Spier en syn actie regt explicereen. En seker de lugt, het

Ii ii ii ii ii

in-

cum faltem Musculum, hujusque actionem, examuffim explicare liceat. Profecto enim & atmosphaera, & ingestum alimentum, & Sanguis, Cerebrum, Medulla, Nervi, & subtilissima illa materies, quae puncto temporis ad fibras motrices devehitur, & vel plura quoque heic consideranda veniunt; si intaminatae demum veritatis perspicientiam acquirere desideramus. Quantum ad me adinet; fateor equidem, quod hac de re quidpiam in medium proferre sim conatus: verum novi simul probe, quod nihilo plus tamen egerim, quam si lucidissimos Solis radios carbone depingere studuissem. Unde tractatus hicce meus nullo hactenus alio, jubare refulget, nisi quod a candida veritatis luce, quae suo tempore in eo manifestabitur, tandem adepturus est. Is vero dies tum demum illucescet, quando omnes istae res a felicioribus ingeniis in apricum erunt prolatae: quod quidem certo certius denique eveniet; modo Naturam eo semper sine perscrutemur sedulo, ut, inani nostrummet gloriae nunquam intenti, Solius DEI laudibus duntaxat inserviamus. Tum quoque ardens ille scribendi amor haudquaquam adeo vehementer nos stimulabit, nec tanta adficiet oblectatione: quandoquidem omnes, quarum scopus unicus in sola DEI gloria situs est, actiones cum in modum comparatae sunt; ut quibuscunque corruptae indolis nostrae motionibus resistent. Haec enim laudibus ac adulatione delectatur, famamque eruditae scriptionis appetit: quae tamen omnia nonnisi pro vanitatis vanitatum habeo; quia veritas sane unica illa res est, qua, tanquam fundamento, niti, qua gloriari nos decet. At vero quis tandem nostrum veritatem detegat? Quum vel visibilibus hisce in rebus adeo caecutiamus. Hinc finem faciens concludo, quod omnes bonae veraeque scientiae atque inventiones benigna Divinae gratiae dona sint, quae DEUS pro liberrimo suo arbitrio distribuit, & quo ipsi lubitum est, tempore manifestat. Quae porro de Nervis observavi, in explicationibus historiae Scarabaei Nasicornis reperiri possunt.

F I N I S

Historiae Ranarum.

ingenomen Voetsel, het Bloet, de Herffenen, het Merg, de Senurwen, en die subtiële Materie, die in een oogenblik tot de beweegende vesels overgevoert word, moeten hier alle in geconfidereert worden, en nog meerder; sal men cyndelyk eens tot de klaare waarheid komen. Wat my belangt, ik beken, dat ik yets getragt heb om te seggen, maar ik weet ook, dat ik gehandelt heb, als of ik de heldere stralen van de Son met een houte kool heb willen afmaalen; soo dat in myn Verhandeling geen andere glans is, als die sy verkrygen sal, door het heldere ligt der waarheid, dat deselve daar in te syner tyt sal openbaaren. Het geen als dan weesen sal, soo wanneer alle dese dingen door gelukkiger verstanden ontdekt syn. En dat sal gewisselyk gebeuren, indien wy de natuur tot GODS eer, en niet tot onse eyge en verwaande glorie onderzoeken. En als dan sal men ook soo veel vergenoegen en eygen bebaagen in die brandende lust van schryven niet vinden: alsoo het werken tot GODS eer een bedryf is, dat tegent alle de bewegingen van onsen verdurven aart stuyt, dewelke altyt zoekt gepreesen en gestatteert te weesen; en de naam te hebben, van wel te hebben geschreeven, dat ik ook oordeel een ydelheid der ydelheeden te syn, om dat de waarheid alleen ons fundament en onsen roem moet weesen. Maar wie sal die wytvinden, daar wy selfs soo onwetent in dese sigtbaare saaken syn? Waarom ik dan besluit, dat alle goede en waaragtige wetenschappen en ontdekkingen milde gaven GODS syn, die hy geeft aan wie het hem beliest, en die hy op syn tyt ontdekt. Wat ik nu voorts van de Senurwen aangemerkt hebbe, dat is in de uytleggingen van het Traetaat van de Neusboornige Schalbyter te vinden.

E Y N D E

Van de Beschryving van de Kikvorschen.

COMPARATIO VERGELIJKINGE

Mutationum CARYOPHYLLI HORTENSIS cum iis, quae circa NYMPHAS INSECTORUM observantur.

TABULA XLVI.

Iconibus hujusce Tabulae repraesentamus
N^o. I. Caryophyllum hortensem in prima sua Cute five Tunica, qua conclusus Semen etiamnum vocatur.

II. Memoratam istam Tunicam five Cutem depositam.

III. Caryophylli novellum Germen.

IV. Germen istud in foliola quaedam evolutum.

V. Id ipsum Germen, quando Folliculus feu Gemma audit, & tanquam Nympha a nobis consideratur.

VI. Caryophyllum ipsum, postquam e Gemma sua prorupit, Seminique exhibendo aptus natus est.

Quandoquidem similitudinem, qua Plantarum ac Vegetantium mutationes cum illis Insectorum congruunt, pagina quadragesima tertia & quarta, in Tomo priore hujus Operis, jam jam exposuimus; hoc demum loco eam ipsam, ut tanto clarius innotescat, speciatim in Caryophyllo hortensi, iconibus repraesentatam exhibemus.

Tab. XLVI. I. Primo igitur Caryophylli Semen nativa forma depictum sistimus: quod ipsum deinde ad literam A magnitudine aucta conspicuum est. Circiter in medio ejus alba animadvertitur exstantia, gibbosa, per quam id, quousque in loculo suo continetur, haud aliter ac Insecti Semen in Matrice five Ovario suo, augetur, accrescit & nutritur: ut hinc memoratum hocce vestigium, quod quibuscunque etiam aliis in Seminibus obtinet, tanquam cicatricem Funiculi Umbilicalis, ligatura intercepti, in Semine Caryophylli considerare liceat. Porro in eodem hoc Semine eminentiae quaedam veluti ferratae, striatae, nigrisque punctis conspersae, perquam elegantem in modum comparent; quarum respectu id inaequalem corii illius asperi, quod Zegrinum audit, scabritiem prae se fert, nec male huic corio comparari possit.

II. Secundo Tunicam monstramus, quam Caryophylli Semen, sub specie Germinis III inde

Van de Veranderinge der GENOFFELBLOEMEN, ANGELIEREN, of TESTE-BLOEMEN, met de POPKENS der Bloedloose Dierkens.

TAFEREEL XLVI.

In dese Afbeeldingen vertoonen wy

N^o. I. Den Angelier in syn eerste Vel of Vlies, waar in deselve Saad genoemt werd.

II. Het genoemde Vel of Vlies afgelegd.

III. Den Angelier nieuwelyks uytgesprooten.

IV. Het genoemde uytspuyselken, in eenige bladeren vergroeit.

V. Het eyge uytspuyselken soo als we het een Knop noemen, ende als een Popken aanmerken.

VI. Den Angelier uyt syn Knopken gepuylt, ende tot Saad te winnen bequaam geworden.

De overeenkominge der veranderingen van de Planten, ende de Gewassen, met die der Bloedloose Dierkens op ons drie en vier en veertigste blad, in het eerste Deel van dit werk alreede aangeweesen hebbende; soo is 't, datwe alhier tot meerder klaarheid het selve omtrent een Angelier, door middel van afbeeldingen vertoonen.

I. Ten eersten, soo verbeelden wy het Saad van den Angelier naa het Leeven. Het welke wy vervolgens by de letter A weeder in het groot vertoonen. In het selve openbaart sig omtrent in het midden, een wit geboggelde verbeevenheid, door welke, wanneer het nog in syn Huisken is, het even gelyk het Saad van een Bloedloos Dierken in syn Lyfmoe-der of Eyerstok toeneemt, aanwast, ende gevoed werd. Soo datwe het genoemde teeken, 't geen ook alderhande Saatkens gemeen is, even als den afgebonden Navel van het Angeliersaad soude kunnen aanmerken. Vorders worden seer aardig op het genoemde Saad vertoont, eenige kartelige, striemige, ende stippel-swarte verbeeventheeden, waar door het selve met de oneffene rompeligheid van het zegryn leer overeen komt: ende daar meede vergeleeken sou kunnen werden.

II. Ten tweeden, soo vertoonen wy het Vlies, 't geen het genoemde Saad, wanneer het in gestalte van

li ii ii ii ii z

een

inde prorumpens, haud aliter ac *Insecta*, deponit.

Tab.
XLVI.

- Postquam externam Seminis Caryophylli formam N^o. I & A, tum depositam ejus Cutem sub B. N^o. II repraesentavimus; porro jam, ad lit. B, veram exhibemus speciem intus reconditi Seminis Caryophylli ad vivum delineatam: quod C. ipsum sub lit. C magnitudine aucta itidem depictum damus; ut tantò quis perfectiorem ejus ideam acquirere possit. Praeprimis maximè quidem in hoc Semine duo observari merentur: prominulus videlicet ejus apiculus; tum bivalvis illa discretio vel partitio, quae in reliquo ipsius corpore animadvertitur. Semine enim terrae mandato, prostantem illum conum semet deorsum inflectere, extremoque suo egerminante radicem, N^o. III, producere videmus; dum interim corpus Seminis reliquum magis magisque dehiscens, externa Tunica sua N^o. II tandem nudatum, primigenia duo foliola constituit.
- III. III. Quemadmodum sub numero Tertio ad vivum repraesentavi. Duo nimirum illa prima foliola, una cum radice & hujus fibrillis, adeoque tenellum Germen totum, sive Caryophylli pullulantis rudimentum, *Insecto*, quod prima e Tunica vel Cute sua prorepsit, ad amuffim simile, nitide heic depicta exhibeo.
- IV. IV. Quarto dein ostendimus Caryophylli Germen paullo provectius, pluribusque in ambitu excrescentibus foliis, quae cum elegantissimis pilorum fasciculis, e corpore Erucarum progerminantibus, comparare merito liceat, exornatum.
- V. V. Quinto ob oculos ponimus, quam ratione Caryophylli Germen denique in Gemmam seu Calycem accreverit, extuberaverit, ac pullulaverit; qui quidem Caryophyllum intra reconditum, similiter ac Nympha aut Chryfallis Animalculum intus delitescens, concrispatum atque complicatum in se complectitur. Id tamen heic discriminis datur, quod Caryophylli partes, uniformiter continuata quadam Tunica vel domuncula, haud aliter ac Pullus suo putamine, circumcingantur: dum contra omnes Nympharum vel Chryfallidum artus sua singuli cute peculiari obvolvuntur ac investiantur, nec unquam cortice uniformi contacti inveniuntur, nisi in illis speciebus, quae postremam cutem suam minime exuunt: prout in Quarto Ordine nostro obtinet.
- VI. VI. Ultimo tandem Caryophyllum ipsum, postquam effloruit, depictum damus; qui quidem

een *Angelier-spruytselken* III. daar uytberst, op de wyse van de *Bloedeloofse Dierkens*, komt af te leggen.

De uysterlyke gedaante van het *Angelier Saad* by I. en A. vertoont hebbende: ende het afgeleide *Vlies* by II.; soo verbeelden wy vervolgens aan de letter B, de waare gedaante van het inwendig verborgen *Angelier Saad*, naa het leeven. Het welke wy om een netter begrip daar van te verkrygen, wederom by de letter C, in het groot afmaalen. Het voornaamste, 't geen daar in te sien is, is het voor uytsteekende puntken, ende de gespleete scheidinge of deeling van het vordere lichaam des Saads. Waarom, wanneer het Saad in de Aarde geworpen wort; soo bevinden wy, dat het genoemde uytsteekende puntken sig om laag buygende, ende op het uytteynde uytbottende, de wortel III. maakt; ende het vordere lichaam des Saads sig meer en meer open splytende, ende van het uysterlyke *Vlies* II. sig ontbloot hebbende, maakt de twee eerste blaatkens:

III. Als by het derde getal na het leeven afgebeeld is. Alwaar wy de twee eerste *Blaatkens*, met *Veselselkens* of *Bywortelkens*, ende alsoo het geheele tengere *Uytspruytselken*, ofte den *Angelier* in syn begintfel; ende eeven als een *Bloedeloos Dierken* uyt syn eerste *Vlies* of *Vel* gekroopen synde; nettelyk afmaalen.

IV. Soo vertoon wy ten vierden, het *uytspruytselken* van den *Angelier* wat grooter geworden synde, ende rondsom met eenige uytbottende *Bladeren*, dewelke by de *uytspruytende cierelyke haarbosshen* der *Rupsen* soude kunnen vergeleeken worden, verciert.

V. Ten vyfden wort vertoont, hoe het *Angelier spruytselken* eyndelyk tot een *Knopken* aangegroeit, uytgepuylt, ende uytgebot is: soo dat het den inwendige verborgen *Angelier*, dewelke kreukelig ende geplooit daar binnen in gevonden werd, eeven gelyk een *Popken* of *Guldepopken* het inwendig verborge *Dierken*, komt te bevatten. Dan met dit onderscheit. dat de deelen van den *Angelier* van een eenparig-verknogt *Vlies* of *Huysken*, gelyk als een *Kuyken* van syn *schaal*, bevat werden: daar in tegendeel alle de leeden van de *Popkens* of *Guldepopkens*, bysonderlyk van haar *huylt* omvangen ende bekleet werden; ende nooit met eenparige *schellen*, ten sy datse haar laatste *huyltken* niet af en stroopen, als in onse vierde order plaats heeft, bedekt syn.

VI. Ten laastten, soo teekenen wy den uytgesprooten *Angelier selve*; dewelke als een cierelyk *Kappelleken* uyt

dem ubi simili modo, ac nitidissimus Papiliunculus e Nympha vel Chryfallide sua, paulatim e Calyce five Gemma protuberavit, plenamque demum nactus magnitudinem, Semini producendo maturus evasit, specioso amictu comparem quoque suam, more Insectorum, expectare videtur. Cum vero Summus Architectus localem huic Flori motum coitumque haud concesserit; hinc jugi fragrantissimorum odorum evaporatione, tanquam totidem ardentissimorum amoris desideriorum expiratione, suam is animam sensim exhalat, nonnisi in morte tandem interituque proprio foecunditatem adepturus.

Caeterum ejusmodi etiam Insecta in rerum natura invenimus, quibus, licet Masculino ac Foeminino sexu inter sese distinguantur, coitum tamen itidem negavit Natura: prout alibi jam memoravimus, atque in Ephemero locum habet. Quin vel sanguineis pariter in Animantibus, v. g. in Piscibus, id ipsum obtinere animadvertimus.

Quocirca, si tam Mutationum, quam Accretionum in membris ordinem, & quae huc pertinent alia, in Insectis, Animantibus sanguineis, ac Vegetantibus, accurate consideremus; Sole meridiano clarius profecto elucescit, quod omnia DEI Opera iisdem planè regulis fundata sint, & harmonia incomprehensibili inter se conspirent. Hoc ipsum vero si animo gnaviter volvatur, revolvatur & pensiculate reputetur; equis, amabo, possit, imo quis ausit sustinere, casu fortuito quidquam sub coelo generari, ordinari, cogitari, effici, aut unquam perfici?

Quodsi igitur Generatio, Educatio, Accretio, Mutatio, millies millenis vicibus repetitae in Pediculo, Libella, Formica, Papilione, ac Musca, flato semper ordine ac lege immutabili definiuntur ac limitantur; quis posthac inficias ire audeat, reliquas etiam hujus Universi partes sapientissime gubernari? Quis deinceps in Ter Optimi, Maximi, Conditoris Providentia haud acquiescet? Imo quis, inquam, saluberrimis Ipsius consiliis atque destinationibus semet submittere, ac Omnipotentem DEI Dexteram omnique admiratione majores Ejus actiones humillimo animo venerari detrectabit?

uyt syn Popken of Guldepopken, allengskens uyt syn Knopken gepuylt weseude, ende tot volle grootte, ende als bequaam om Saad te setten geworden synde, met een pralend gewaad, de wederhelft, op de wyse van de Bloedeloofse Dierkens, als te gemoet siet. Maar, gelyk de Opperste Maker haar het plaatselyk beweegen ende de vermenging niet gegeven heeft: soo is het, datse haar leeven in overgeurige dampen, als door soo veel uytboesemingen van heete sugten, allengskens verliesende, haare vrugtbaarheid niet als door de dood ende het verderf vinden kan.

Behalven datwe in den aard der dingen ook soodanige Bloedeloofse Dierkens aanmerken, dewelke, hoewelse Mannelyk ende Vrouwelyk syn, de Natuur de vermenging meede geweygert heeft: als elders alreede gesegt is, ende omtrent het Haft plaats grypt. Soo bevinden wy ook het selve omtrent de Bloedryke Dieren, als by voorbeelt de Visschen, plaats te hebben.

Waarom indienwe omsigtig, soo de Order der der Veranderingen, als die der Aangroeyingen in leedematen, en wat diergelyk meer is, omtrent de Bloedeloofse, de Bloedryke, ende de groeyende Schepselen bemerken: soo blykt immers klaarelyk, dat alle Gods werken op deselve regelen gegrontvest syn; ende onnadenkelyk onder malkander over een koomen. Het welke ernstig bedenkende, ende overleggende: wie sal kunnen, ja wie sal durven staande houden, dat 'er iets by geval onder den Hemel gebooren geschikt, gedagt, uytgewerkt, ofte volbragt word?

Indien dan de Voortteeling, de Opkweeking, de Aangroeying, de Verandering, ende wederom de Voortteeling, de Opkweeking, enz. van de Luys, de Puystebyter, de Mier, de Kappel, ende de Vlieg, geregelt ende bepaalt is? Wie sal durven lochenen, dat alle de andere deelen van dit Al niet geschiktelijk geregeert worden? Wie sal niet in ende onder den Grooten ende den Heereyken Schepper sig gerust stellen? Ja wie sal seg ik in syne schikkingen sig niet vergenoegen? Ende onder syne hand ende over wonderlyke werkingen ootmoedig sig neerbuigen?

EPILOGUS

BESLUYT

AD LECTOREM.

AAN DEN LEESER.

Ut igitur tandem Operi huicce nostro finem imponamus; videtur profecto tam in iis, quae hactenus pertractavimus, quam in reliquis omnibus Insectis, animadversione dignissimus, ac longe maximi momenti esse mirabilis ille ordo ac modus, quo Animalcula isthaec injurias frigoris, Brumaeque inclementiam, effugiunt. Eum vero quadruplicem esse experiundo nobis constitit.

Primo nimirum observamus, Insecta ipsa, ultimam suam perfectionem jam adeptam, per totam Hyemem superesse: quo quidem tempore omnis plane motus expertia sunt; ut ideo, sicubi forte leculo suo, in quem, veluti tutum in latibulum, indoli suae prorsus respondens, autumnali tempore semet receperunt, ejiciantur, nulla penitus sese restituendi potestate gaudeant. Quod si vero manu calida foveantur, aut igni propius admoveantur; pristinam non tantum se movendi vim recuperare incipiunt: imo vero Alarum suarum remigio etiam huc illic circumvolitant, nec iterum ad quietem sese component; nisi postquam vel ambientis atmosphaerae vi rursus obriguerunt, vel commodam denuo, in qua tuto delitescere queant, sedem invenerunt. Neque tamen motus isthaec amissio Insectis omnibus communis est: prout, inter alia, exemplo Apum patet; utpote quae tempore Brumali non solum ostia suorum domiciliorum aperire ac obsignare solent; verum media etiam Hyeme progeniem suam benignè nutricantur, & solitudine ac amore singulari educant. Hinc primo Vere non tantum Apes juvenulas in Alveariis reperire licet; sed pervulgato quoque inter Cultores Apum proverbio fertur, quod Apiculae juniores Hirundinesque eodem tempore in conspectum prodeant.

Hirundines insuper Apibus, aequae ac Insectis aliis, alimenti loco utuntur, & haec vel in ipso etiam volatu perquam expedite aucupari norunt. Unde coelo pluvio, cum nulla in aëre Insecta oberrant, his in escam potiundi gratiâ telluri propius advolant Hirundines: id quod originem dedit perversissimae illi opinioni, qua Hirundines ingruentem procellam prospicere perhibentur. Interim, ut mox memoravi, haud alio fine, cum pingue, nubilum, triste, aut vento immanius saeviente perturbatum est coelum, humiliter eae propter terram volitant;

Maar om eyndelyk eens te besluyten, soo dunkt ons, soo omtrent deese, als alle de vordere Bloedeloofse Dierkens seer aanmerkelyk, ende van een groot ende gewigtig nadenken te weesen, de order ende de manier, dewelke sy onderhouden, om de selheid van de Vorst ende de wreetheid van de Winter te ontvlieden: het welke wy van haar op vierderhande wyzen gedaan te werden, ondervinden.

Voor eerst bevinden wy, dat de Dierkens selve de gansche Winter overblyven: in welken tyd sy haar niet het geringste roeren ofte beweegen; soo dat, indien se van de plaats, daar se haar in het najaar, als in een sekere schuyf-boek, ende met haar aard geheel overeenkoomende, geset hebben; werden afgestooten, sy om haar weer op te regten, haar ganschelyk niet beweegen kunnen. Maar indien een warme hand daar omtrent komt, ofte dat se by het vuur gebragt werden, soo beginnen sy haare voorige beweeging niet alleen weer te verkrygen; maar haar van plaats tot plaats door de beweeging van 'er Vleugelen omvoerende; soo en koomen se niet eer te rusten, voor dat se of van de omfweevende lugt verstyft syn geworden, of dat se een verseekerde verblyfplaats wederom voor haar uytgevonden hebben. Dan dit verliesen van beweeging is niet gemeen aan alle, als onder anderen omtrent de Byen aan te merken is: dewelke niet alleen de uytgangen van haare wooningen in de Winter openen ende toefegelen; maar sy koomen ook midden in den selve haare jongen mildelyk te voeden, ende vol sorg en liefde op te kweeken. Soo bevinden wy niet alleen in het begin van Lentemaand jonge Byen; maar by de Byen-houders is ook seer gemeen, dat se seggen; de jonge Byen met de Swaluen te gelyk voor den dag te koomen.

Soo dienten ook de Byen, ende andere Bloedeloofse Dierkens de Swaluen tot voetsel, dewelke sy seer behendig al vliegende weeten op te vangen: waarom als het regent, ende datter geen Bloedeloofse Dierkens in de lugt bevonden werden; soo begeeven sy haar, om deselve tot 'er voeding op te zoeken, na de aarde. Waar uyt seer verkeert gesprooten is het gevoelen, van dat de Swaluen het aanstaande onweer soude voorsien kunnen. Dan als gesegt, het is niet als om haar voetsel op te zoeken, van dat se in een dikke, donkere, betrokke, ende seer windige lugt, in dewelke de Bloedeloofse Dierkens altyt rusten;

nisi

27*

nisi ut pabulum suum, Insecta videlicet, quae tali tempestate semper se quieti dant, venentur. Hanc etiam ob rationem crediderim, Hirundines jugiter Solis cursum sequi, & Hyeme nostras regiones infestante, sub aliis coeli tractibus, qui tum vel jucundo Vere, vel fertili Aestate, aut temperiore Autumno gaudentes, sufficiens ipsis alimentum suppeditant, commorari.

Secundo, Insectorum nonnulla in suis saltem Vermiculis Hyemem perdurare animadvertimus: quae quidem non solum supra & subter terram, in arborum cavernis, in contextis Vegetantium foliis, mediisque in fructibus & exerescentiis; imo vel ipsas quoque intra aquas, sub quibus saepiuscule etiam gelu constringuntur, delitescunt. Id vero admodum heic notari meretur, quod horumce Insectorum pleraque, quousque Vermiculorum habitum adhuc prae se ferunt, longe robustioris sint naturae, quam postea, cum, mutationibus suis defuncta, ad generandum evasere idonea. Sic Vermem aquaticum, e quo Ephemerum nascitur, tam valida vitae vi esse donatum, observamus; ut vel acicula perterebratus ad aliquot dies etiam vitam protrahat: cum tamen is ipse, post peractam mutationem, ne minima quidem laesione adflictus, vel quatuor etiam horarum spatio haud superstes maneat. Porro id pariter experimur, quod Animalcula isthaec, ut ut admodum robustae indolis sint, facillime tamen intereant; si latebram suae naturae convenientem deligendi copia destituantur. Docuere id nos, praeter alia, Vermiculi, qui intra Nuces Avellanas reperiuntur: nisi enim in humida hos arena conservaveris, in qua nonnullas sibi cavernulas, hybernaculorum vice infervientes, fodere queant; non solum facile admodum moriuntur, sed vel unius etiam noctis spatio eousque indurantur & exarescunt; ut nullo negotio in pulverem comminui possint. Quin hoc ipsum similiter in illis deprehendimus Vermiculis, qui intra tubercula foliorum Salignorum inveniuntur: quamvis hi tamen minime cavernulas sibi in terra conficiant, in quibus Hyemem perdurent; verum telâ semet obtexendo commodissime frigoris inclementiam sic perficiant.

Tertio, Insectorum alia, sub Nymphae habitu constituta, hyemali tempore in vivis permanere observamus. Has Nymphas itidem in telluris superficie, aequae ac gremio, quin ipsis quoque in aquis, reperire licet: quibus equidem

om laag ende langs der aarde vliegen. Om welke reedenen wy gelooven, dat de Swaluen den loop van de Son geduurig volgen, ende haar, wanneer het Winter by ons is, in soodanigen lugt-streek onthouden, alwaar of een aangenaame Lente, of een vrugtbare Somer, ofte een getemperde Herfst, haar genoegsaam voetsel kan verschaffen.

Ten tweeden, soo ondervinden wy, de Bloedloose Dierkens ook in haare Wurmen overblyven; ende dat niet alleen op ende onder de aarde, in de holle boomen, t'saamen gesponne blaaderen, ende midden in de Vrugten en wytwassen: maar zelfs binnen in de waateren, waar onder sy ook dikmaal bevrooren werden. Dan 't geen seer aanmerkelyk hier is, is dat we ondervinden, het meeste getal deeser Dierkens, als se nog in gestalte van Wurmen syn, veel sterker van aard te weesen, als wanneer se de verandering ondergaan hebben, ende tot de voortteeling bekwaam syn geworden. Soo bevinden wy de Water-Wurm, daar het Haft syn oorspronk uyt neemt, soo sterk van leeven te syn, dat wanneer als by met een spelt doorboort wort, by nog eenige daagen het leeven komt te behouden; daar by naa syn verandering, sonder eenigfins gekwetst te werden, geen vier uren in 't leeven blyft. Soo bevinden wy vorder, wanneer deese Dierkens haar selven geen plaats, dewelke met haar aard overeenkomt, kunnen verkiesen; dat se, hoewel se al seer sterk syn, ligtelyk de geest koomen te geeven. Dit hebben wy onder anderen ondervonden omtrent de Wurmkens, die we binnen in de Haasnooten gewaar werden; want soo deselve in geen nat sand bewaart werden; waar in se haar eenige holligheeden, om de Winter over te blyven, maaken; soo koomen se niet alleen ligtelyk te sterven, maar se worden in een nagt van de omswevende lugt soo seer verhard en uytgedroogt; dat se ligtelyk tot stof kunnen gemaalt werden. Het selve bemerken wy vorders omtrent de Wurmkens, dewelke binnen de wytwassen op de bladeren der Wilgen bevonden werden; dan deselve blyven in geen holligheeden, die se in de aarde maaken, over, maar haar omsponnen hebbende, soo is 't dat se seer ligtelyk de felheid van de vorst, daar in en door, ontkoomen.

Ten Derden, soo bevinden wy deese Dierkens over te blyven, als se nu de gestalte van Popkens aangenoomen hebben: Deese Popkens bevinden wy ook soo wel onder als op der aarde; ende binnen in de wateren: alwaar se sonder eenig voetsel te

Kk kk kk kk kk 2 nut-

dem in locis, ullo sine alimento, per aliquot menses delitescunt. Praeterquam enim, quod, tum ob membrorum suorum imbecillitatem, tum ob ingentem, quâ turgent, superfluum humorum copiam, capiendae alimoniae nulla ratione habiles sint; deprehendimus etiam (uti paullo ante commemoravi), quod vel longe maxima illorum quoque Insectorum pars, quae omnibus jam jam numeris absoluta per Hyemem durant, nullo profus pabulo tum temporis vescantur. Scilicet humores eorum, hyemali tempestate, & lentissime moventur, & frigidiore insuper aëre validius densantur: quae dubio procul jejunii istius causae sunt. Hinc etiam est, quod haec Animalcula, vel minimo saltem calore fota, pristinum denuo motum sensumque recuperent: cum tamen ante non solum omni profus motu destituta essent; verum ne ulla quidem excrementa egerent. Quare hinc innotescit, nullo opus esse nutrimento, ubi nulla fit jactura.

Quarto & ultimo Insecta quoque in Ovis suis superesse experimur; utpote in quibus Nympharum ea speciem prae se ferre saepissime hactenus indicavi.

Quidnam vero utilitatis ex hac Insectorum, Nympharum, & sic porro, in vivis permanente colligere liceat, suo demum tempore enarrabimus, cum descripturi sumus, quomodo ea verno tempore Ovula sua in tenellis plantarum germinibus, arborumque foliis, reconcant: quod equidem, qua ratione ab ipsis perficiatur, hisce ut oculis meis aliquando adspicere mihi contingat, vehementer desidero. Forte tamen media demum inveniam, quorum adminiculo me voti istius compotem reddere poterō. Quum interim neque icones, neque descriptiones, veram horum Animalculorum formam habitumque examussum ob oculos ponant; ideo visum mihi est, eorum plurima, ad centena aliquot, colligere, exsiccare & balsamo condire.

Quod autem omnia hactenus proposita Insecta, una cum suis Nymphis, Chrysalidibus, & Nymphis Vermiformibus, ad ducentorum circiter supra mille numerum, possideamus, cujuscunque, tam inferioris, quam superioris, ordinis Hominum testimoniis comprobare possemus. Interim sufficiat heic, honoris ergo, provocasse solummodo ad Virum eruditissimum aequae ac curiosissimum, Abbatem, Boucaud, qui, postquam prima vice, comite Literatissimo ac Celeberrimo D. Olao Borrichio, in Academia Hafniensi Medicinae Professore, gratiose

nuttigen, eenige maanden lang verborgen blyven. Dan gelyk als se in het alderminste niet bekwaam syn om voetsel te nuttigen, soo door reden dat haare leedematen nog te swak syn, als meede om datse seer veel overtollige vogtigheeden by haar hebben: Soo bevinden wy (als eeven te vooren gesegt,) dat zelfs het aldermeeste gedeelte van de overblyvende Bloedeloofse Dierkens, geen voetsel koomen te nuttigen. Het welke, soo om dat haare vogtigheeden seer traag beweegt werden, als om dat de koude lugt deselve nog meer doet stremmen, sonder twyffel veroorzaakt word. Waarom se ook door de alderminste warmte wederom haar beweegen ende gevoelen verkrygen. Daar se te vooren haar niet alleenganschelyk niet beweegden; maar ook geen overtolligheeden kwamen te lossen. Soo dat daar niet verteert word, daar ook geen voetsel van nooden is.

Ten vierden ende ten laastten, soo blyven ook deese Dierkens over in haare Eyeren; waar ik in haare gestalte van een Popken te hebben nu dikmaal gesegt heb.

Wat we nu voor een nuttigheid wyt het overblyven deser Dierkens, Popkens, en soo voorts, kunnen trekken, sullen wy te syner tyd; wanneer we verhandelen sullen, hoe se haare Eyeren in het voorjaar in de teere gewassen, de planten, ende de bladeren der Boomen opsluyten; voorstellen: dan het welke wy wel wensden eens sigtbarelyk te moogen aanschouwen, daar we mogelyk nog middelen toe vinden sullen. Maar alsoo nog de afbeeldingen, nog ook de beschryvingen, dese Dierkens in haare waare gestalte vertoonen: soo heb ik de meeste der selve willen by een vergaderen, opdroogen, ende balsamen, tot een getal van eenige honderden toe.

Dat wy nu alle de voorgestelde Dierkens, met haare Popkens, Gulde ende Wurmgeelyk-Popkens, tot omtrent duysent ende twee hondert in 't getal, besitten; souden wy met verscheyde soo laage als hooge stants personen kunnen bewysen. Waar van wy geen en sullen voorstellen, als den doorgeleerden Heer l'Abbé Boucaud, dewelke ons voor de eerste reise met de Beletterden ende Wytrugtigen Heer Olaus Borrichius, Opperleeraar in de Geneeskonst tot Coppenhagen, gunstig besogt hebbende; daarna nog verscheyde maalen onse natuurelyke wonderen heeft gelieven te besigtigen: ende den Hooggeede-

ad nos invisisset, dein aliquoties adhuc, quae adservamus, Naturae miracula perlustratum venire haud est dedignatus: tum ad nobilissimum atque accuratissimum Virum, *Paulum Falconierium*, cui haud ita pridem ad nos convenire, nostrasque occupationes honorifica approbatione, & insigni Nominis sui splendore, praeter meritum, condecorare placuit. Attamen monitum heic velim Lectorem, ut ne persuadeat sibi; me omnia illa, quae possideo, Insecta seorsim singula examinasse: imo vero multa eorum, simplici saltem enumeratione, ad Quatuor meos Ordines redege: quemadmodum hocse pervolventi facile constabit; quandoquidem, ne vel alium quempiam, vel & me ipsum, deciperem, abunde id ibi commemoravi. Et sane tantum abest, ut omnes Insectorum species, omnesque singularum specierum mutationes, cognoscere liceat; ut vix crediderim, vel catenatis etiam aliquot seculorum laboribus sola eorum genera ad unum omnia simpliciter saltem posse detegi. Interea unicum mihi Insectum a quopiam demonstrari vellem, quod ad unum ex Quatuor Mutationum Ordinibus, quos haectenus proposui, referri nequeat: si enim ullus heic ratiocinio locus sit; videtur nobis sane fieri haud posse, ut quispiam tale exhibeat. At tempus detegat nostrarum thesaurum veritatem! Quare nec fidem iis, quae in medium profero, haberi velim; nisi quousque ea ab aliis quoque, in ipsa rerum natura, similiter comparata inveniuntur, prout a me, duce experientia, clare ac distincte proposita sunt.

Omnibus igitur, quae nostro quidem animo, tam generatim, quam singulatim, de Insectis dici poterant, prolatis, jam demum peculiariter insuper de Ovo, Vermiculo, & Nympha, dissertationem subjungere constitueram: quam tamen alia forte occasione cum publico communicabo. Quin decreveram quoque singularem de illis Animalculis, quae intra sentientes Creaturas reperiuntur, tractatum conscribere: at nondum omnia haectenus, quae huc requiruntur, experimenta mihi suppetunt: quamvis interim persuasissimum mihi sit, quod ne vel minimus quidem casus fortuitus ullum heic locum habeat.

Verum mitto haec. Cum itaque DEI Opera iisdem omnia regulis inniti, verasque eorum causas, aut primitivas origines, nobis absolute impercrutabiles esse, neque hinc revera, nisi extimam simplicis duntaxat umbrae Divinorum miraculorum superficiem, a nobis cognosci, manifesti-

len ende seer nauwkeurigen Heer Paulo Falconieri, derwelke onlangs ons heeft gelieven te bezoeken; ende onse besigheeden een onverdiende glans ende roem toe te brengen. Alhier wil ik den Leefer nu gewaarfchout hebben, dat by sig niet inbeelde, dat ik alle deese Dierkens, die ik bewaar, particulier sou ondersogt hebben: want ik heb veele derselve alleen maar door optelling in myne vier Ordenen geplaatst, als daar blyken kan; want wy het selve aldaar, soo om niemant te bedriegen, ende ook ons selven niet te misleyden, genoegsaam aangeteekent hebben. Soo bevinden wy ook, dat het ons niet mogelyk en is, alle de soorten deeser Dierkens, ende baare veranderingen te bekennen: behalven nog dat we niet en gelooven; dat in eenige eeuwen de enkele Dierkens kunnen bekent werden. Ondertusschen soo wenschen wy wel eens een Dierken te sien, dat buyten onse vier voorgestelde ordenen van veranderingen sou wesen: want indien de reden eenigzints kan gelden; soo dunkt het ons niet mogelyk te syn, dat ymant het selve soude kunnen aanwyfen. Dan de tyt moet de waarbeyd hier van ontdekken: ende wy verfoeken ook in het geene wy voorgeeven geen geloof, ten sy dat de saaken, derwelke wy, onse onderwindingen volgende, klaar ende onderscheidentlyk voorgesteld hebben; soo in den aard der dingen ook van anderen bevonden werden.

Alles dan na ons oordeel voorgesteld hebbende, wat omtrent de Insecten in het gemeen, en in het particulier, kan gesegt worden: soo was nu myn voorneemen, om van het Ey, de Wurm, ende het Popken, nog een particuliere Verhandeling hier by te voegen, dat op een ander tyt mogelyk geschieden sal. En ook was myn voorneemen, om van de Dierkens, die in de gevoelige Schepselen gevonden worden, een bysonder tractaat te beschryven: maar omtrent het tweede ontbreeken my nog genoegsaame experimenten, hoewel ik heel verseekert ben, dat daar het alderminste geval geen toegang heeft.

Dan dit verlaatende: nademaal alle GODS werken op de selve regelen gegront veest syn, ende wy derselver waare oorsaaken, ofte eige oorspronkelykheeden, geheel ondoorgrondelyk bevinden; ende soo in der waarbeyd niet als den omtrek van de enkele schaduwe syner wonderheeden kennen: soo gelooven

stiffimam sit: hinc pro certissimo habeo, quod omnis Philosophorum cognitio ac sapientia solummodo in accurata perceptione elegantium illorum phaenomenorum, sive effectuum, quae a causis primis producuntur, notabilesque vicissim aliorum saepe effectuum causae sunt, unice sita sit. Quapropter omni etiam studio ac industria in id incumbendum foret, ut isthaec tandem phaenomena exactissime pernoscamus, & ex his dein firmas positiones, regulas, conclusiones, & ratiocinia, legitime deducamus. Alioquin enim, prout in praefatione jam monuimus, facillime a veritatis tramite aberramus; siquando de Natura, quae profus inexhausta est, disputantes sufficientibus destituimur experimentis, quae sola viam nobis, in spississima ignorantiae nostrae caligine, haud aliter ac bacillus caeco, praemonstrare possunt & debent. Imo vel nostra ipsorum culpa tunc contingit, ut, quae in rerum natura levi negotio cognoscenda offeruntur, non solum obscura nobis, sed etiam inexplicabilia fiant, nostramque hinc incertitiam ac caecitatem potius, quam scientiam, magis magisque augeant. Nonne vel unicus id Goedartius suo exemplo comprobatur luculentissime? Is enim, necessaria experimentorum luce orbis, quum perperam sibi imaginaretur, Erucas, sicubi haud affatim prius pastae mutationem subeant, nonnisi mutila ac deformia in Infecta degenerare; falsa hac positione non solum alia omnia experimenta sua Cimmericis veluti tenebris sepelivit: imo vero tantam quoque hinc caecitatem contraxit; ut unam ex rebus omnium excellentissimis, quam tamen suis ipse oculis coram contuitus erat, animadvertere minime potuerit. Superfedeo heic nunc alios porro commemorare, innumeros pene, Philosophos, qui, missis experimentis, suae solummodo rationis ac phantasiae ductum secuti, de veris Infectorum mutationibus, haud aliter ac caecus de coloribus, statuerunt; ut pudeat me & pigeat futilissima illorum ratiocinia in memoriam revocare. Neque interim ulla excusationis species ratiocinatoribus istis relicta est ad diluendam quodammodo pessimam suam audaciam, qua de causis atque principiis harumce rerum, quarum ne phaenomena quidem ac effecta unquam perspexerant, confidenter pronunciare non erubuerunt. Atque, ut candidè, quod sentio, eloquar, si fallax & mancum est omne nostrum ratiocinium, quodcunque experimentis subfulciri ac demonstrari nequit, nec in his ultimo terminatur; sane firmiores atque

wy seekerlyk, dat de eenigste kennis ende wysheyd der Wysgeeren, maar alleen in het gesond begryp van baare nette vertooningen, ofte uytwerkingen, dewelke veelmaal wederom kennelyke oorsaaken van andere uytwerkingen syn, geleegeen is. Waaron wy ook, om die wel te kennen, ende daar vaste stellingen, regelen, besluyten, ende redenen uyt te putten, alle neerstigheyd ende arbeyd behoorden aan te wenden. Want anders, gelyk wy in onse voorreden gesegt hebben, naademaal de Natuur onuytputtelyk is, soo geraakt de waarbeyd ons genoegsaame ondervindingen ontbreekende, ende die ons in de duysterheyd der onwetentheyd als een blinde syn stok moeten leyden, ligtelyk in groot gevaar. Ende wy selve syn oorsaak, dat de saaken, die in de Natuur ligt te kennen syn, niet alleen duyster, maar ook onoplosselyk voor ons worden; ende ons soo in plaats van kennis meerder onweetenheid ende blintheid koomen te baaren. Ende wat behoef ik, om dit te bewyzen, een ander voorbeelt als dat van Goedaert by te brengen, dewelke genoegsaame ondervindingen ontbreekende, ende daarom sig verkeert hebbende ingebeelt, als de Rupsen niet genoeg gegeten hadden, ende dan soo kwamen te veranderen, datse niet als kreupele ende ontaarde Dieren soude voortbrengen; door deese valsche stelling niet alleen alle syne andere ondervindingen als in duysterheid heeft begraven: maar by isser ook onbequaam door geworden, om een van de alderbeerlykste aanmerkingen, dien hy nogtans met eygen oogen sag, te ondervinden. Ende soo ik, wat verder gaande, wilde bybrengen, hoe een oneindig getal van Wysgeeren, de ondervindingen laatende, ende baare reedenen of eigen herffenbeelden volgende, gelyk als een blinde van de verurwen, van de waare veranderingen der Bloedeloofse Dierkens geoordeelt hebben; het sou sig selven schaamen. Ende wat voor ontschuldigen kunnen se bybrengen, datse soo stout van de oorsaken ende de gronden deeser dingen hebben durven reedeneeren; daar haar de uytwerkingen, ofte de vertooningen der saaken selfs, nog onbekent waaren? Ende om openhartig te spreken, indien onse reedenen valsch ende gebrekkelyk is, indien se niet door de ondervindingen kan ondersteunt werden, daar door beweefsen werden, ende in deselve eyndigen, soo dunkt ons, dat 'er geen sterker nogte kragtiger reedenen kunnen weefsen; als dewelke uyt de ondervindingen ende de ervarentheeden selfs, daanse in moeten eyndigen, gebaalt werden. Synde alle andere reedenen, dewelke deese vaste ende onbeweegelyke grontvest niet en hebben, op hoe veel optellingen ende besluyten sy ook steunen, enigints voor verdaght te houden; ende soo se met de ondervindingen niet

valentiores nullae videntur dari posse ratiocinationes, nisi quae ipsis ab observationibus & experimentis, in quibus definere debent, sunt petitae. Unde aliae omnes argumentationes, quae stabili isto ac immobili experientiae fundamento carent; quot & quantiscunque caeterum enumerationibus ac syllogismis innitantur; pro suspectis tamen semper quodammodo habendae, imo, si experimentis insuper minus adposite congruant, prorsus reprobandae sunt. Qua quidem de re consentientem nobis habemus magnum *Cartesium*, qui *Differt. de Method.* ita pronunciat. „ Quippe multò plus veritatis inveniri arbitrabor in iis ratiocinationibus, quibus singuli homines ad sua negotia utuntur, & quorum malo successu paullo post puniri solent, quum non rectè judicant, quam in iis, quas Doctor aliquis, otiosus in musaeo sedens, excogitavit circa entia rationis, aut similia quae ad usum vitae nihil juvant; & ex quibus nihil aliud expectat, nisi fortè quod tantò plus inanis gloriae sit habiturus, quo illae à veritate ac sensu communi erunt remotiores; quia nempe tanto plus ingenii atque industriae ad eas verifimiles reddendas debuerit impendere.

Haec nobilissimi *Cartesii* rationes, aequè ac insignè experientiae pondus & momentum, si accurate consideremus; videmur sane illam mentis nostrae facultatem *Rationis* nomine impertiri jure posse, cujus ope, dum sensibus nostris, per sufficientia prius experimenta ad unguem instructis, rite utimur, claram atque distinctam rerum notionem sive ideam formamus; ita quidem, ut juxta imaginem istam res dein ipsas plenè verèque efficere valeamus. Ea de causa magis minusve claram alicujus rei ideam nobis esse dicimus; prout rem ipsam actu efficere magis minusve possumus, adeoque majorem minoremve ejus potestatem habemus. Hoc posito igitur sequeretur, nullarum nobis rerum perfectè claram ac distinctam esse perceptionem, nisi earum, quae secundum nostram notionem verè ac effective produci quoque possunt: ut ideo solidam ac perfectam cognitionem penes nos quam rarissimam, & angustissimis saltem limitibus circumscriptam, invenire liceret: quod quidem verissimum esse omnino fateri cogimur; nisi nostrae ipsorum ignorantiae, stolidi autophilia fascinati, favere gestiamus. Atque, ut illarum rerum, quae aliquo modo a nobis intelliguntur, specimen quoddam praebeam; crediderim Medicos, si claram distinctamque, cum fabricae

cor.

overeen en koomen, geheel te verwerpen. Hier meede stemt overeen de groote *Cartesius* *Differt. de Method.*: „ *Want my dagt, dat ik veel meer waarheid in de redeneeringen sou vinden, die yder doet aangaande de saaken die hem betreffen, en daar af de uytgank hem haast daar na sal straffen, soo hy qualyk geoordeelt heeft; als in de redeneeringen, die een gelettert Man in syn vertrek doet, aangaande de bespiegelingen, die geen uytwerking voort en brengen, ende die geen ander gevolg in hem hebben, dan dat hy misschien soo veel te meer verwaantheyd daar uyt sal trekken, als sy veerder van de waarheid en 't gemeen verstand af syn; om dat hy soo veel te meer kunst ende vernuft sal behooren bestee te hebben, in te tragten die waarschynelyk te maaken.*

Welke reedenen van den Edelen Heer Cartesius, neffens het weesen ende het gewigt der ondervindingen, wel overweegende: soo dunkt ons, datwe die kragt des verstants Reednen soudén kunnen noemen; waar door, als we onse sinnen, te vooren door genoegsaame ondervindingen ten vollen geregelt synde, wel gebruyken: wy een klaar ende onderscheydentlyk begrip ofte gedenkebeelt van de dingen maaken; soo datwe naa het selve de saaken uytwoeriglyk ende dadelyk in het werk kunnen stellen. Waarom wy oordeelen ons begrip klaar ofte minder klaar van de dingen te syn, na datwe deselve meer of minder kunnen uytwerken; ende die alsoo minder of meerder in onse magt ende vermoogen hebben. Het welke soo synde, soo soude wy van geen saaken een volmaakt, klaar, ende onderscheydentlyk begrip hebben; derwelke na het selve niet haare dadelyke uytwerkingen kunnen hebben: behalven ook dat onse waare ende onderscheydelyke kennis seer kleen, ende eng bepaalt, bevonden sou worden: gelyk wy ook in der daat, indienwe onse onwetentheid niet willen vleyen, moeten bekennen dat deselve is. Ende om een voorbeelt van de dingen, diewe eenigfints verstaan, te geeven: soo dunkt ons, indien de Geneesheeren een klaar ende onderscheydentlyk begrip, soo van het maaksel van ons lichaam, als de beweeging van de vogtigheeden door het selve hadden: dat-

Ll ll ll ll ll z

se

corporis nostri, tum motus humorum per id, notionem haberent, harumce partium minus naturalem dispositionem funditus quoque emendare posse: quandoquidem claras distinctasque suas ideas per experimenta actu exhibita, quae vel ubivis etiam gentium Rationem tollunt, comprobare tunc valerent. Verum uti haecenus circa curationes infelicissimi sunt, & tantum non ubique, ob male institutas ratiocinationes, contrariis eventibus multantur; ita magnus *Cartesius*, summo iterum jure, hac etiam in arte experimenta tantopere commendat.

Ex praecedentibus igitur luce meridiana clarius innotescit, posse omnino res nonnullas in intellectu existere, quae sensibus ante nunquam perceptae fuere: licet eas neutiquam clare atque distincte comprehendamus; nisi denuo in sensus desinant, aut saltem effectivè in hos desinere possint. Praeterea tamen eousque etiam frequenti adtentaque experimentorum ac sensibilibus effectuum observatione Intelligentia nostra demum acuitur; ut &, absque experimentorum adminiculo, de rebus, quas nunquam sensu percepimus, recte ac solide quandoque pronunciare valeamus. Quadrant huc illa *Aristotelis* Lib. III. cap. X. de Gen. Anim. „ Rationi etiam fides adhibenda est, si, „ quae demonstrantur, cum iis rebus conveniunt, quae sensu percipiuntur.”

Quapropter, omnibus rite examinatis, haud absolum videtur statuere, nos, sicubi claram distinctamque & fabricae corporis Humani, & motus humorum in eo, & reliquorum, quae ad id pertinent, ideam haberemus; juxta hanc non solum amissam illius sanitatem actu restituere, sed, Naturae veluti cancellos egrediendo, id ipsum, penitus annihilatum, ab integro etiam reparare posse. Scilicet eo in rebus efficaciter producendis felicior est nostra industria; quo clarius distinctiusque illas comprehendimus: & vice versa.

At quoniam veris experimentis haud ubique locus est; neque hinc quarumvis rerum clara ac distincta perceptio a nobis impetrari valet; (uti sunt, quae, vel ob exilitatem suam, vel nimiam longinquitatem, acumen visus nostri suffugiunt); propterea nemo sibi stolide persuadeat, quod solo Rationis nostrae auxilio unquam genuinas ejusmodi rerum causas, ne dicam vera, quae ab ipsis porro producuntur, effecta funditus cognoscere possimus. Supremum

se ook uytvoeriglyk de onorder dier deelen soude kunnen herstellen. Ende alsoo baare klaare ende onderscheydentlyke gedenkebeelden, in dadelyke ondervindingen, dewelke selfs by alle Natien de Reeden dan weg neemen, doen eindigen. Maar gelyk als die Heeren seer ongelukkig hier omtrent syn, ende haast geduurig, om datse niet wel geredeneert hebben, met tegenstrydige uytwerkingen gestraft werden: soo ist, dat ook omtrent deese saak, de groote *Cartesius* weder met alle reeden op de ondervindingen aandringt.

Soo blykt dan middagklaar uyt bet voorgaande, dat 'er waarelyk eenige dingen in bet verstant kunnen weesen; dewelke te voren noyt door de sinnen begreepen syn: maar dewelke wy niet klaar nogte onderscheydentlyk begrypen; ten sy datse in de sinnen wederom eyndigen, ofte daar uytvoeriglyk in eyndigen kunnen. Behalven nogtans, dat we te voren, door de ondervindingen ende de dadelykbeeden, ons verstant soo regelen: dat we bekwaam worden, om ook sonder de ervarentheeden, van de dingen diewe noyt ondervonden hebben, yets vast en grondigs te verseecken. Ten welken aansien dit van *Aristoteles* in bet X. Kap. van syn III^{de} Boek over de Voortteling der Dieren, komt te gelden. „ De Reeden „ moet ook geloof gegeeven syn, indien de dingen, dewelke voorgestelt worden, met die saaken overeen „ koomen, dewelke door de sinnen begreepen worden. „ Waarom alles wel insiende, soo dunkt ons, indien we een klaar ende onderscheydentlyk begrip, soo van bet maaksel van de Mensch, als de beweeging van syn vogtigbeden, ende soo voorts, hadden: dat we na bet selve niet alleen syn verlore gesontbeyd dadelyk soude kunnen herstellen: maar ook als boven de Natuur stappende, hem, ganschelyk vernietigt synde, weer geheel hermaaken. Soo dat, na bet begrip van de saaken klaarder ende onderscheydender by ons is; wy meer of minder omtrent de dingen uytvoeriglyk gelukken.

Maar gelyk als we van alle saaken geen waaragtige ondervindingen kunnen verkrygen, ende alsoo geen klaar ende onderscheydentlyk begrip van deselve hebben (als van die, dewelke voor ons gesigt te kleen, ende van andere, dewelke daar te ver afgeleegen syn) soo moeten wy ook ons niet dwaselyk inbeelden, van oyt door onse reeden tot de waare ende de eygentlyke kennis van de oorsaaken dier dingen, ik laat staan tot die van haare waaragtige uytwerkingen, te sullen koomen. Leggende gelyk wy ge-

num enim Sapientiae, cujus nos capaces sumus, fastigium, uti paullo ante monui, nequam situm est in cognitione causarum; sed in nitida saltem ac distincta comprehensione verorum phaenomenorum five effectorum, per quae res sensibus se manifestant: horum autem adminiculo dein, tanquam scalis, ad primas demum causas ascendimus, atque innumera porro, quae multifariis usibus commodisque vitae nostrae inserviunt, efficere valemus. Imo ne haec quidem cognitio ulterius procedit, nisi quousque effecta illa, ope sensuum summa circumspeditione adhibitorum, percipi possunt, aut in hos saltem terminantur. Quapropter & ratiocinia nostra, quae, ex praecedentibus experimentis collecta, rebus nondum expertis applicamus, tamdiu velut pro suspectis ac dubiis habenda sunt; donec in experientiam rursus desinant.

Quocirca mirum in modum nobis arrident, quae *Harveus*, in praefatione Tractatus sui de Generatione Animalium praemissa, de methodis inquirendi veritatem differens, in medium profert. „ Quare inepta prorsus, & „ erronea est, usitata hodie veritatis indaganda methodus: dum plurimi sedulo inquirent, non quid res sint, sed quid ab aliis dicatur; deductaque ex singularibus praemis- „ sis universali conclusione, factoque inde saepe perperam analogismo, verisimilia plerumque ad nos, pro veris, transmittunt. „ Hinc factum, ut scioli multi, & Sophistae, aliorum inventa expilantes, eadem passim „ (ordine solummodo, verbisque immutatis, paucisque nullius momenti adjectis) pro suis „ audacter venditent; Philosophiamque (quam certam, & perspicuam esse oportuit) obscuram, intricatam, & confusam reddant. Qui „ enim Auctorum verba legentes, rerum ipsarum imagines (eorum verbis comprehensas) sensibus propriis non abstrahunt, hi „ non veras Ideas, sed falsa Idola & phantasmata inania mente concipiunt: unde umbras quasdam & Chimeras sibi fingunt; „ totaque ipsorum Theoria, five contemplatio, (quam tamen scientiam arbitrantur) „ vigilantium insomnia, aut aegrotantis animi deliria repraesentat.” Et paullo ante inquit: „ Nempe ex sensu permanet sensatum: „ ex permanentia sensati, fit memoria: ex „ multiplici memoria, experientia: ab experientia, ratio universalis, definitiones, & maxima, five axiomata communia, cognitionis „ cer-

gesegt hebben onse aldergrootste Wysheid, niet in de kennis van de oorsaken der dingen, maar alleen in een net ende onderscheydentlyk begrip van derselver waare vertooningen, ofte haare uytwerkingen (dewelke als door een ladder ons naa de hoogste oorsaaken doen opklimmen, ende door welke wy oneyndige saaken tot veelderhande nut van ons leeven kunnen uytwerken) geleegen. Dan niet als voor soo verre, alffe van de sinnen met alle omsigtigheyd te werk gestelt synde, begreepen kunnen worden, ofte ten minsten daar in eyndigen. Synde dan soo onse reednen, dewelke wy uyt de voorige ondervindingen putten, ende tot die dingen, die wy nog niet ondervonden hebben, toepassen; soo lang als voor verdagt te houden, ende daar als van te twyfelden, tot se in de ervarentheeden wederom eyndigen.

Soo dunkt het ons ook wonder wel gesegt te weesen van *Harveus*, handelende, in de voorreeden synes Boeks van de Teeling der Dieren, van de wysen om de waarheyd te onderzoeken. „ Weshalven „ de tans gewoone manier, om de waarheyd te onderzoeken, ganschelyk verkeerdt en ongerymt is: „ terwyl veele naarstig onderzoeken, niet wat de „ dingen sijn, maar wat van andere daar over „ gesegt word: en een algemeen besluyt uyt voor „ afgegaane bysonderbeden getrokken, en daar door „ dikwils een verkeerdt vergelyking gemaakt zynde, „ stoppen sy ons gemeenlyk waarschyndlykheden, voor „ waarheden, in de hand. 't Is daar van daan gekomen, dat veele Wyshoofden en Sophisten, de „ uytvindingen van andere ontfteelende, deselve „ gemeenlyk (de order en woorden maar een weynig verandert, en weynige dingen van geen belang daar bygevoegt zynde) stoutelyk voor de hunne verkoopen, en de Philosophie (welke zeker en „ klaar hoorde te sijn) duyster, ingewikkelt, en verward maaken: Want die de woorden der „ Schryveren leesende, de beelden der saaken selfs „ (in hunne woorden bevat) door hunne eygene sinnen daar niet van aftrekken, die begrypen met „ hun verstand geen waaragtige denkbeelden, maar „ valsche verbeeldingen en ydele droomen; waarom „ sy sig eenige Schaduw en Chimeren maken; „ en hunne geheele beschouwing (welke sy evenwel „ voor wetenschap houden) vertoont niet anders dan „ wakende droomen, en raaskalingen van een siek „ gemoed.” Ende een weynig daar te vooren. „ Namelyk uyt het gevoel blyft het gevoelde: uyt „ het verblyf van het gevoelde komt de gebeugenis: „ uyt veelvuldige gebeugenis ondervinding: uyt

M m m m m m m m m

„ 013-

„ certissima principia. ” Postea vero in Exerci-
 ratione quadragesima quarta sic loquitur. „ Qua-
 „ re haud mirum est, plurimos errores, ab ulti-
 „ ma antiquitate unanimi consensu traditos,
 „ ad nostra usque tempora descendisse: viros-
 „ que, alias ingeniosos, egregie hallucinatos
 „ esse; dum sibi abunde satisfactum arbitran-
 „ tur, si ex aliorum libris sapiant, & docto-
 „ rum virorum sententias in memoria habeant.
 „ Equidem, qui hoc pacto, veluti ex tra-
 „ duce (ut sic dicam) philosophantur; haud
 „ melius sapiunt, quam eorum libri, quos pe-
 „ nes se fervant. ”

Simili ratione magnus etiam *Cartesius*, to-
 tam aetatem suam in eo collocare animatus,
 ut Philosophiam Theoreticam, in Practicam
 commutando, tam inventioni variarum artium,
 quam vitae sanitatisque commodis aptaret;
 animadvertens interim, vitae forsan brevitatem
 atque experimentorum penuriam sibi in
 executione propositi hujus esse obstituras; per-
 spicacioris ideo ingenii Homines quam fidelissi-
 me adhortatur, ut, pro sua quisque facultate, in
 experientia efficacissime promovenda omni stu-
 dio elaborent. Quem in finem *Dissert. de*
Meth. ita differit. „ Cum autem proposuerim
 „ totam meam vitam collocare in scientiae ad-
 „ eo necessariae investigatione, & inciderim
 „ in viam, quae mihi talis videtur, ut, si quis
 „ eam sequatur, haud dubie ad optatum fi-
 „ nem sit perventurus; nisi aut brevitate vi-
 „ tae aut experimentorum defectu impedia-
 „ tur: judicabam nullum melius esse adver-
 „ sus duo ista impedimenta remedium, quam
 „ si fideliter publico communicarem id omne,
 „ quantumcumque esset, quod reperissem,
 „ & praeclara ingenia incitarem, ut ulterius
 „ pergere contenderent, singulique, quod in sua
 „ facultate esset, ad experimenta facienda con-
 „ ferrent, atque etiam eorum omnium, quae
 „ addiscerent, publicum particeps facerent, eo
 „ fine, ut ultimi incipiendo ubi praecedentes
 „ desissent, & ita multorum vitas & labores
 „ conjungendo, omnes simul longius progred-
 „ deremur, quam singuli privatim possent. Quin
 „ etiam de experientia observabam, eas tantò
 „ magis necessarias esse, quantò quis majorem
 „ notitiam est adeptus.

Quin *Illustris etiam ac Celeberrimus Robertus Boyle*, qui admirandis suis scriptis ab orbe
 universo gratiam inivit, non solum totus sem-

„ *ondervindinge een algemeene reden, bepaalingen,*
 „ *en de grootste of gemeenste stelregels, de allerse-*
 „ *kerste beginselen van kennis. ” Ende naderhand*
 „ *in syn vier en veertigste oeffening. ”* *„ Waaron*
 „ *het geen wonder is, dat de meeste dwalingen,*
 „ *van de laatste oudheyd eenstemmig overgeleverd,*
 „ *tot onse tyden toe afgedaalt syn, en dat Mannen,*
 „ *anderfins verstandig, braaf gemist hebben, ter-*
 „ *wyl sy sig overvloedig voldaan rekenen, als sy*
 „ *wyt de boeken van andere maar wys worden, en*
 „ *de gevoelens van geleerde Mannen in het gebeu-*
 „ *gen hebben. Waarlyk, die op die wys, als by*
 „ *overlevering (om so te spreken) filosofbeeren,*
 „ *die syn niet wyser, als de boeken der geener, wel-*
 „ *ke sy by sig bewaaren. ”*

Soo bevinden wy verder, dat den grooten *Car-*
tesius, voorgenoomen hebbende syn geheele leven
 te besteeden, om de beschouwende ofte de bespiege-
 lende *Wysgeerte*, soo tot vindinge van verscheydene
 kunsten, als tot nut van het leeven ende de gefont-
 heyd, in een werkende te veranderen; maar siende,
 dat mogelyk het leeven ende de erarentbeeden
 hem hier toe souden ontbreken; de voortreffelyke
 verstanden, om yder na haar vermoogen, de onder-
 vindingen ten uystersten voort te setten, getrouwelyk
 aanport. Syne woorden (*Dissert. de Meth.*) luyden al-
Fig. V. a. Ex cavo hujusce Fistulae nonnullas aliquando fibrillas teneras, albicantes, propendere vidi a: quae an secundum, an praeter naturam, ibi sitae fuerint, me latet; quum Animal isthoc nunquam, nisi mortuum, examinaverim. Figura caeterum unici hujusque Testiculi aliquantum ovata est, infra quodammodo in a. b. cumen convergens b. In medio ejus collocata cernitur particula, quae Parastatis, aut corporibus Variciformibus Quadrupedum, imo & c. Hominum, quam proxime respondet c. Constat particula haecce cavo canaliculo, qui plurimos in flexus elegantissime contortus, atque in se ipsum revolutus, tandem rectiore ductu d. exporrigitur d. At quo loco incipiat desinative hoc vasculum, haecenus nondum detexi. Interim, quo particula ista propius ad Testiculum accedit; eo paulatim latior fit: quod praepremis observare licet, siquando Testiculus invertitur, suisque, quibus gaudet numerosissimis, membranis nonnihil denudatur e. Quin videor mihi videre, quod universus Testiculus in unicum evolvi ac explicari possit canalem; qui quidem principio aliquantum angustior foret, in medio amplior, dein rursus arctior redditus curvaretur, tandemque in gracilius desineret Vasculum, elegans, ac crispatum. Omnium istarum partium textura glandulosa est. In angustiore Canalis modo descripti tractu album reperitur Sperma, concreti instar lactis, de illo fauciato profluens. Qua vero amplior is fit, pellucidior intus continetur substantia. Denique qua amplissimus est, infinito repletus animadvertitur numero aliquot

een gedeelte door het vel heen te sien syn z, daar sy in het kwartier der Kuwen te vinden syn.

De Saatdeelen in het Manneken kan men in drie distincte deelen onderscheyden, als in een Saadballeken; en in twee Klieragtige deelen, waar tusschen men nog een klieragtig lighaam ingeplaatst siet, dat in verscheyde kwabbekens gedeelt word; en dan in een particulier klieragtig en spongieus lighaam, dat van figuur als een Hert is, en waar boven dat het Inkt-blaasken geplaatst bevonden word.

Het deel, dat ik van wegens syn uysterlyke figuur de Saadbal noem, is van sulc een raren maaksel, dat het te boven gaat al het geen, wat ik tot nog toe van de Spaansche Zeekat gesegt hebbe. Het selve heeft een particuliere en openstaande Pyp, 't geen als de regte Darm los in den Buik fluctueert u, en waar uyt het syn saad schiebt, soo dat men het in alle reeden het afbrengende Vat aldaar kan noemen.

Uyt de Holligheyd van deese Pyp siet men somtyts eenige teere en witte pennekens uythangen a, dat ik niet weet, of het naturelyk of tegens de natuur is; om dat ik dit Dier noyt, als doot synde, heb geëxamineert De vordere figuur van dese eenige Saadbal is een weynig eysgewys, lopende van onderen wat spits toe b. Op syn midden siet men aldaar een deel geplaatst, dat seer naa overeen komt met de Parastaten of Aderspat-gelykende lighamen, in de viervoetige Dieren, als ook in de Menschen c. Dit deel bestaat uyt een hol pypken, dat menigmaal en seer cierelyk geboogen, en op malkanderen gewolys is geworden, tot het eyndelyk regter word d. Maar waar het begint of eyndigt, heb ik tot nog toe niet ontdekt. Hoe nu dit deel de Saadbal meer nadert, hoe dat het allengskens wyder word: het geen men siet, als men de Saadbal omkeert, en hem van syn vliessen wat ontbloot e, die daar menigvuldig syn. En het schiebt my, dat de gansche Saadbal in een canaal sou kunnen uytgerekt of geëxpliceert kunnen worden, die in syn begin dan naauwagtig sou syn, wat op syn midden ruymmer, en daar na weer verengt en geboogen, en eyndelyk in een cierelyk en gekronkelt nauwer Vaatken eyndigende. De structuur van alle dese deelen is klieragtig; en in het vernaauwde canaalken vint men een wit Saad, dat als men het quetst, daar als een geronnen melk uytloopt. Daar het wat wyder word, bevat het een doorlugtiger substantie, maar daar het heel wyt is, siet men het vervult te syn, van een onnoemelyk getal

Tab. I. II.
Fig. VI. f.

quot millium Paxillorum albicantium, tenerorum, nonnihil incurvatorum; qui posteriore suo extremo omnes liberi sunt, nusquam adhaerentes *f*; anteriore vero in subtilissimum singuli abeunt filamentum *g*, quo inter sese veluti implicantur. Subtile isthoc filum ad duplam usque Paxilli sui longitudinem evolvi potest: quodsi autem prensatur, & una cum Paxillo suo; in aëra sustollitur; tunc ilico; ut filum a Bombyce ductum, indurescit, satisque validum, speculi instar, coruscat ac scintillat.

Hoc tamen vel maxime singulare heic est; quod, sicubi Paxilli isti in pelvim aqua plenam conjiciantur, ibique aliquamdiu relinquuntur, omnes semet movere incipiunt, & extremo posteriore, quandoque etiam anteriore, dehiscunt, albam, quae intus conclusa erat, particulam subito excutiant; quae quidem, serpentino more, tum se convolvit atque crispat *b*, Paxillo interim exinanito nequaquam concidente aut cavum suum constringente. Albicans isthaec, ejaculata, particula si microscopio objiciatur; caudidissimum refert Lumbricum terrestrem, plurimis interstinctum annulis, minutissimis. Quodsi autem aliquo tempore in aqua relinquatur; paulatim ea magis magisque imbibitâ aquâ sese dispandit: quod me inducit, ut credam, aquam forte mirabilis illius motus, quem Paxilli isti, in aquam conjecti, excitant, causam esse.

Testiculo toto in Spiritum Vini reposito, omnes istae, modo descriptae, particulae naturalem suam situm servant, & nequaquam dehiscunt.

Paxilli memorati quam distinctissime per tunnicam, quae Testiculum investit, transparent, inque plures series intus dispositi conspiciuntur: imo quandoque jam tum serpentinis sese in spiras evolvisse, albamque portionem suam excussisse observantur; ut ut Testiculus nondum fuerit dissectus *ii*.

Fig. V. ii.

Quodsi horumce Stilulorum quidam microscopii ope examinetur, clarissime & structura ejus detegitur, & quomodo is extremo suo posteriore, quo liber nusquam adhaeret, prorsus pellucidus appareat *a*; tanquam si bullulam aëris intus reconditam gereret. Paulo altius illa ejus regio cernitur, intra quam ante memorata albicans substantia, quae inde erumpit, continetur *b*: licet interim longe eam heic loci delineaverim brevior, quam sub microscopio sese exhibet; ne Icon ad nimiam magni-

Fig. VII. a.

van eenige duysenden witte en teere pennekens, die een weynig krom geboogen syn. Van agteren syn sy alle los *f*, maar van vooren eyndigen sy in een seer subtiel draatken *g*, waar meede sy in malkanderen als verwarren. Dit syne draatken kan men eens soo lang uytrekken, als het penneken selver is, en als men het draatken opneemt, en met het penneken in de lucht tilt, soo verhart het sig datelyk, als de gesponne draat van een syde-wurm doet; en het glimpt ende slikkert als een spiegel, synde ook redelyk sterk:

Maar dat bysonderlyk raar is, als men dese pennekens in een schotel met water schut, en haar daar eenige tyt in laat leggen; soo siet men, dat sy haar alle beginnen te beweegen, en van agteren openbarstende, en somtyts ook wel van voren, soo schiet het witte gedeelte, dat daar in beslooten was, seer schielyk daar uyt, en het krimpt en wint sig in malkanderen als een slangeken *h*, sonder dat het leeg penneken toevalt of te samen sluyt. Het welke witte uyt geschoote gedeelte als men met een vergrootglas besiet, soo vertoont het sig, als een spierwitte Pierwurm met seer veele kleene ringkens. En soo men het eenigen tyt in het water laat leggen, soo siet men, dat het sig allensskens meer en meer door het indringende water dilateert. Dat my doet oordeelen, dat het water de oorsaak wel kan syn van dese wonderbarelyke beweging, dewelke alle dese pennekens maaken, als sy in het water gewurpen syn.

Maar soo men de gansche Saadbal in Brandewyrt legt, soo houden alle dese deelkens haar naturelyke situatie, sonder dat se open splyten.

Deese pennekens siet men seer distinct door het vlies heen, dat de Saadbal bekleet: en men sietse in verscheyde ordenen leggende daar doorschynen; als ook dat se somtyts haar slangsgewys ontslooten, en dat haar witte gedeelte daar uytgevloeyt is, sonder dat de Saadbal geopent is geweest *ii*.

Als men een van dese pennekens onder een Vergrootglas besiet, soo ontdekt men heel klaar syn structuur. En hoe het van agteren, daar het los is, t'eenemaal sig doorlugtig vertoont *a*, in manier als of daar een belleken lucht binnen in verborgen was. Wat hooger siet men de plaats, daar de witte substantie verborgen leyt, die daar uytbarst *b*, dewelke ik veel korter heb afgebeeld, als sy haar onder het glas vertoont, om myn figuur niet te groot te maaken. Wat meer na vooren is, het weer doorlugtig *c*, gelyk van agteren: en heel omtrent syn

ht-

Tab. LII.
Fig. VII. c. gñitudinem excreferet. Aliquantò magis anteriorum is denuo, uti circa extremum posteriorum, sese diaphanum praebet c. Ipsa autem extremitas ejus anterior nitidissime concripta est d; e qua subtile illud proficiscitur filamentum, quod, instar fili Bombycis, in aëre induratur ee.

Utrum autem filum hocce intus cavum sit; & num in Paxillis istis, tanquam totidem in tubulis feminariis, Semen generetur, atque inde postmodum rursus excernatur; an vero hi ipsi omnes simul; tempore excretionis Seminis, e Testiculo excutiantur; quaestiones sunt obscurissimae, quibus explicandis haecenus non sufficio. Quapropter satis mihi fuerit, harumce partium constructionem supra modum elegantem, atque artificiosissimam simpliciter solummodo, in sempiternam omnipotentis Architecti gloriam, proposuisse, qui meam in caeteris ignorantiam candide fateri nullus dubito.

Fig. VIII.
aa. Quantum ad alteras partes, quas insuper ad Organa Genitalia referendas esse cenfeo; adhibet; perquam singularis quoque harum fabrica est: Scilicet e duabus veluti compositae videntur Glandulis, distinctis, in utroque Abdominis latere collocatis, ibique ad Branchias, de quibus eas rescidi, adnexis aa. Cuius istarum particularum, quae albo sunt colore, aliud adhuc Glandulosum ejusmodi corpus, interventu glandulosae ac tubulosae Fistulae, quae id innititur, cohaeret bb. Corpuscula haec paullo magis griseum prae se ferunt colorem, atque notabili ambo rima sive hiatu patent, cujus in fundo complura aperiuntur oscilla, per quae materies feminalis, tam in his ipsis, quam in subtus positis particulis generata; excernitur.

Fig. LI.
Fig. I. Seminalis isthaec materies; postquam ex Glandulis suis profluxit, inde in cavum, qui a latere situs est, Saccum defertur, Tab. LI. Fig. I. sub lit. r exhibitum, e quo dein per distinctos duos Tubulos foras e corpore promovetur. Tubulorum horumce ostia quam distinctissime ad utrumque Intestini recti latus hiantia conspiciuntur; ut vel materies etiam intus contenta ibi de iis exprimi valeat. Modo allegata Tabula, eadem ipsa Figura I. sub lit. qq. Tubulos hos jam jam repraesentavi. At vero qualesnam istae revera partes sint; & num Prostatae merito vocari queant; ego quidem haecenus certò adfirmare non possum.

Porro inter descriptas partes situm cernitur

begin is het cierelyk in, en door malkanderen gekrinkelt d. Waar uyt dan het fyne draatken spruyt; dat als de draat van een zyworm in de lugt verbart word ee.

Maar of nu dit draatken hol is, en dat in deese pennekens, als in soo veele Saadpypkens, het Saad gegeneert word, en daar uyt weer geëxcerneert word dan of sy alle te gelyk, ten tyde van de uytfschieting des Saads buyten de Saadbal, uyt het ligbaam geschooten worden, dat syn seer donkere saaken voor my om te expliceeren. Waarom ik my alleen sal vergenoegen, met de bovenmaate fraaye en seer kunstige structuur deser deelen, tot een eeuwigen roem van den alles vermogenden Architect voorgesteld te hebben; en daar in myne onwetentheyd beleeder te hebben.

Wat de andere deelen belangt, die ik oordeel tot de Saadvoaten te behooren, deselve syn meede seer raar van maaksel, als uyt twee distincte klierkens bestaande, die aan weersyden in den Buyk geplaatst syn, alwaar sy met de Kuwen samengebegt worden, daar ik se van afgesneeden heb a a. Met yder van deese deelkens, die wit syn, siet men, dat nog een paar andere en diergelyke klieragtige lichaamen syn vereenigt b b; en dat door middel van een klieragtig en tubuleus Pypken, daar sy opstaan. De couleur deser deelkens is wat gryser, en sy hebben alle beyde een merkelyke spleet of opening, in welkers gront verscheyde saatkens syn, daar de saadstof uyt gefecerneert word: en dat soo wel die in dese deelkens selve gegeneert word, als in die daar sy opstaan.

Deze Saadagtige stof, uyt haar klierkens gelopen synde, valt daar beneffens in een holle Sak, die op de 2^{de} Tafel in de eerste figuur by de letter r aangeweesen is; waar uyt sy dan door twee distincte Pypkens buyten het ligbaam gevoert word. Deese Pypkens siet men seer distinct, dat haar openingen hebben, aan weersyden van den regten Darm, daar men ook haar materie door uytperffen kan. Gelyk dan deese pypkens ook alreede vertoont syn in de geciteerde Tafel, en deselve eerste figuur by de letters qq. Maar wat nu dese deelkens eygentlyk syn, en of het de Prostaten souden kunnen weesen, dat kan ik niet affirmeeren.

Voorts siet men tusschen de beschreeve deelen een klier-

Tab. LII.
Fig. VIII.

corp^{us} Glandulosum, in Lobos divisum *cc*, & tenerarum aliquot Membranularum ope connexum *dd*. Lobuli isti rursus quasi in ramos, permultis obfitos Glandulis, tenellis, & veluti membranaceis, elegantissime subdividuntur: quod sane in Animali ipso gratissimum oculis praebet spectaculum. Ex hocce corpore alia iterum materiei spermaticae species emanat. Dicti autem ejus Lobuli, horumque Glandulae, haud omnes unicolores sunt, sed partim albicante, partim magis griseo colore gaudent. Imo vel ipsum quoque illud corpus Glandulosum, quod Ventriculo adhaerescens ante delineavi, istis cum Glandulis communicare mihi videtur: quod tamen adeo nondum exploratum habeo, ut pro certo adfirmare auserim. Hinc plura adhuc subiecta prius perlustranda forent, antequam firmi quidpiam circa haec omnia statuere liceat. Quin Sepiam quoque tum temporis examini subicere necessum esset, cum Semen ea suum nondum excrevit. At plurimi hae res otii sunt, indefessique laboris.

Tab. III.
Fig. I. t.

Pars tertia, quae ad Vasa Spermatica pertinet, Tab. LI. Fig. I. lit. *t*. jam jam exhibitae est per cutem transparentis. Jacet ea in inferiore Abdominis regione; Atramentique Vesicam sibi superpositam gestat. Caeterum substantia gaudet glandulosa ac spongiosa, albamque continet materiem feminalem, quae pressu elici inde potest. Superior ejus regio nonnihil depressa & planiuscula est *a*; inferior quodammodo in apicem convergit bipartitum *b*: ut hinc figuram cordis propemodum aemuletur. Emissarium, quo haec pars spermaticam suam materiem excernit, demonstrare nequeo; quippe quod laesum ac defractum fuit, quum illam de corpore eximere conarer.

Tab. LII.
Fig. IX. a.

Organa Genitalia Foeminae Sepiae hac vice haud accurate examinavi; tum quia, ut pluries jam memoravi, subiectorum laborabam penuria; tum quoniam ambo erant Mares, in quibus haecenus enarratas observationes cepi. Hanc ob rationem haud par sum ad amissum exponendo, quaenam in Foemella partes conspicuae sint, & utrum nonnulla istis quoque reperiantur membra Genitalia, illis, quae in Mare modo depinxi ac descripsi, respondentia. Igitur heic nunc Iconem saltem interea adjungam Genitalium Sepiae Foemellae, multis ante annis a me confectam; donec opportunitatem aliquando, otium, animumque nactus fuere, partes has de integro perscrutandi.

Pri-

klieragtig lighaam geplaatst, dat in verscheyden kwabben verdeelt word *cc*, en daar door eenige teere vlieskens geconnecteert word *dd*. Dese kwabkens siet men ook, dat seer fraay als in takken, met verscheyde teere en als vliesige klierkens beset synde, gesubdivideert te worden: dat een seer fraay gesigt in het leeven geeft. En uyt dit lighaam siet men nog een ander soort van een saadagtige stof vloejen. Ook syn deese kwabbekens en haare klierkens niet alle van een couleur, maar sy syn onderscheyden in eenige, die witagtig, en in andere, die gryser syn. En voorts komt het my voor, als of ook dat klieragtig lighaam, 't geen ik aan de Maag heb uytgebeelt, met deese klierkens communiceerde, dat ik egter niet durf affirmeerden, alsoo ik daar nog onseker in ben. Waarom dat 'er verscheyde subiecten nog omtrent moesten naagesien worden, om van dit alles volkome sekerheyd te hebben. En dan moest men ook dit Dier examineeren, op de tyt als het syn Saad nog niet geexcreneert had, daar moeyte en tyt toe van noden is.

Het derde deel tot de Saadvoaten behorende, is in de 2^{de} Tafel in de 1^{ste} figuur, by de letter *T*, alreede door het Vel schynende vertoont. Het leydt onder in den Buyk, daar het Inkt-blaasken boven op geplaatst is. Syn substantie is klieragtig en spongieus; en het bevat een witte saadagtige stof, die daar uyt vloeyt, als men het perst. Syn figuur is van bovenen wat platagtig *a*, en van onderen wat spitzagtig geklooven *b*, ten naasten by als een hart. De plaats, waar 'dit deel syn saadagtige stof door ontloft, die kan ik niet aanwysen; alsoo ik deselve in het uyt nemen buyten het lighaam had komen te quetsen en af te breeken.

De Teelleeden van het Wyfken heb ik voor dese maal niet nauw geexamineert, soo om dat my subiecten ontbraaken, als nu veelmaal gesegt is, als ook om dat het twee mannekens waaren, daar ik dese tegenwoordige observatie in gedaan heb. En daarom kan ik niet distinct seggen, wat deelen daar in te sien syn, en of daar ook eenige Teelleeden in bevonden worden, dewelke overeen komen, met die ik alreede in het Manneken uytgebeelt en beschreeven heb. Daarom sal ik hier alleen by voegen een figuur, die ik overlange jaaren van de Teelleeden in een wyfken heb gemaakt; wagtende tot ik occasie, tyt, en lust heb, om deese deelen aldaar op een nieuw eens weer naa te sien.

Het

Tab. LII. Primum itaque, quod Icone repraesento,
 Fig. X. a. Intestinum Rectum est a, cujus lateri adhae-
 r. rens Atramenti Emissarium depinxi b. Hujusce
 c. dd. Sacculus sive Vesica c Ovario dd incumbit.
 Altero Fistulae Intestini recti latere hians cerni-
 e. tur Fistula, sive Ductus e, quo Ova excer-
 f. nuntur. Tria simul Ovula f exhibeo; quae
 tamen naturaliter altero tanto majora sunt,
 quam Icone hac exprimentur. Porro, super
 Ovario, & Vesicula Atramenti, collocata mon-
 23. stro duo Corpora Glandulosa elegantissima gg;
 de quibus interim nequicquam hoc tempore
 pronunciare valeo: pristinae enim meae obser-
 vationes maximam partem iconibus duntaxat
 constant, quibus simplicem tantum explicatio-
 nem adscripsi. Super binis istis Corporibus, aut
 potius medio inter eorum Appendices loco,
 sita conspicitur singularis quaedam particula,
 h. ovata, quae humorem rubellum continebat h.
 Utroque tandem omnium dictarum partium
 ii. latere, depictae offeruntur Branchiae ii, una
 cum Vasis atque divisionibus suis, nativo in
 situ constitutae.

Finem heic nunc Tractatui huic impone-
 rem; nisi ordo juberet de Osse Sepiae adhuc
 nonnulla commemorare. Unicum hoc Os est,
 quod in universo mirabilissimi istius Piscis cor-
 pore reperitur. Hujus superficiei undequaque
 adposita est Caro Sepiae: prout in Hominibus
 multisque aliis Animantibus quoque obtinet. Ut
 Os istud in conspectum producat; cutem
 saltem in dorso incidere, tumque Os ipsum
 de membranis atque involucris suis separare
 oportet: quod quidem levi negotio fieri po-
 test.

Os isthoc, cum recentissimè e Sepia exfe-
 ctum est, medio velut inter siccum & humi-
 dum modo sese habet; quamvis interim, ilico
 tum in aquam conjectum, hujus superficiei
 innatet: quod dubio procul effecit, ut Spumae
 Maris nomen ipsi datum sit. Hinc etiam, men-
 sibus aestivis, quamplurima ejusmodi Ossa se-
 cundum litora maris nostri fluctuare, & in haec
 ejici tandem observamus: prout nimirum major
 minorve Sepiarum numerus interiit. Ossa haec
 a Piscatoribus colliguntur, variisque dein arti-
 ficibus, quibus in usu sunt, venundantur.
 Ingens profecto tractatus conscribendus foret,
 si omnia, quae in hujusce Ossis figura, colo-
 re, fabrica, aliisque qualitatibus animadvertuntur,
 miracula describere susciperem. Qua-
 propter brevissime saltem rationem exponam,
 ob quam id necessario superficiei aquae innatat.

Quodsi

Het eerste, 't geen ik dan in die figuur vertoon,
 is de regte Darm a, waar neffens ik de uytloop
 van den Inkt heb afgebeeld b. Welkers Beursken
 of Blaasken c men siet, dat op het Eyerneft ge-
 plaatst is dd. Aan de andere syde van de Pyp des
 regten Darms vertoont sig de Pyp of Canaal e,
 waar door de Eyeren geëxcerneert worden: van de-
 welke dat ik daar drie vertoon f, die eens soo klein
 syn afgebeeld, als sy in het leven bevonden worden,
 Voorts vertoon ik boven op het Eyerneft en het Inkt-
 blaasken twee seer aardige klieragtige ligbamen gg,
 waar van dat ik niets voor tegenswoordig kan seg-
 gen, alsoo ik by myne voorige observatiën, die
 meest in figuren bestaan, niet als de simpele ver-
 klaring gevoegt hebbe. Hier boven, of liever tus-
 schen de Aanhangsels deser twee lichamen, siet men
 een particulier en ovaalagtig deelken, het welk een
 roodagtige vogt in sig bevatte h. En aan weerfsy-
 den van alle deese deelen, siet men de Kurwen in haer
 natuurelyke situatie afgebeeld ii, neffens ook haare
 Vaten en verdeelingen.

Hier sou ik nu eyndigen, ten sy de order ver-
 eyste, om yets van het Been van de Spaansche
 Zeekat te seggen, dat het eenige Been is, dat in
 het gansche lighaam van dese seer wonderbare
 Visch gevonden word; en waar rontzom syn Vleesch
 geplaatst is, als in de Menschen en veele andere
 Dieren stant grypt. Om dit Been te sien, beboeft
 men niet als de Huyt op de rug te openen, en het
 Been van syne vliessen en bekleetselen te separeeren,
 dat sonder veele moeyten heel ligt volbragt word.

Dit Been, als het uyt de Spaansche Zeekat effen
 gesepareert is, dat is tusschen droog en nat, hoewel
 dat het terstont dryft, als bet in het water gewor-
 pen wert, waar door bet sonder alle twyfel de
 naam van Zeeschuym heeft verkreegen, soo dat men
 bet ook in een seer groote menigte, in de Somer
 maanden, aan onse Zeestranden siet dryven, en
 daar op geworpen te worden, naa dat dese Vijschen
 min of meer syn komen te verongelukken. Welke
 Beenderen dan de Vijschers versamelen, en aan ver-
 scheyde kunstenaars verkoopen, die het selve gebruy-
 ken. Het sou een gansch tractaat vereytschen, in-
 dien ik nauwkeurig en omstandig alle de wonderen
 van de figuur, de couleur, het maaksel, en wat
 men meer raars in dit Been bemerkte, wilde beschry-
 ven. Waaron ik alleen kortelyk de reeden sal voor-
 stellen, waaron dat het nootsakelyk dryft op het
 water.

T t t t t t t t

Als

Quodsi Offis istius, in dorso Sepiae reperiendi, dura crusta, latitudine aliquot digitorum ab extremo ejus anteriore; limae opere perfectetur, hocque segmentum tunc ibi loci porro defringatur; mox observare licet, ex plurimis id lamellis testaceis componi *a*. Harum quidem lamellarum superiores maxime inflexae ac longissimae sunt, multoque pressius in se invicem compactae, quam inferiores, quae, ad duram hujus Offis crustam, delimitam, adplicatae, longitudine prioribus aliquantum cedunt *b*. Ratio autem, ob quam hae lamellae subtus multo laxius inter se mutuo compositae sunt, quam supra, in eo sita esse videtur, quod infimae, in principio accretionis Sepiae, copiosius acceperint nutrimentum, adeoque supremis validius increverint. Imo dura etiam Offis crusta illis proximè supponebatur: qua quidem sat firmitatis atque roboris acquirebant; ut compactione arctiore minus indigerent.

Lamellis istis plurima cernuntur intersita filamenta, quae, ab una earum ad aliam sese exporrigentia, totidem instar transtillorum aut columellarum, illas sustinent, impediuntque, ne in se mutuo collabantur. Atque in hac istarum particularum constructione ratio vertitur, ob quam Os Sepiae non potest non, haud aliter ac spuma, in aquae summo enatare.

Si volupe est oculis hanc rem usurpare; binas dictarum laminarum, quae maxime a se invicem distitae sunt, de medio aliarum quam circumspicissimè emovere oportet: quod quidem facillime fieri potest. Haud enim alià opus est encheiresi, nisi ut, subtilis aciculae cuspide, transtilla, quae lamellas proxime adfatas disjungit, perrumpantur: id quod, ob incredibilem tenuitatem ac subtilitatem istorum transtillorum, quae minima vi perfringi possunt, levi negotio efficere licet.

Hunc in modum praeparata pars si microscopio dein conspiciatur; clarissime detegitur, quonam ordine dicta illa transtilla *c*, inter laminam superiorem *d*, & inferiorem *e*, collocata sint. Quin simul tunc animadvertitur, quaenam eorum & figura sit & constructio: quum plurimis ex fibrillis constant subtilissimis, quae porro ex globulis veluti compositae esse adparent. Imo transversae insuper observantur fibrillae *f*, quae, ab una columella ad alteram protensae, has inter se connectunt, atque firmant. Praeterea etiam cernitur, columellarum

Als men omtrent een paar vinger breed van voren de harde korst van dit Been, 't geen men in de rug van de Spaansche Zeekat siet, doorvylt; en het dan aldaar afbreekt: soo bemerkt men terstont, dat het uyt verscheyde schuylapige lagen samengesteld word *a*. Waar van de bovenste het meeste geboogen ende het langste syn; en sy staan veel digter op malkanderen, als de onderste; dewelke wat korter synde, tegens de doorgevyilde harde korst van dit Been aansluuyten *b*. De reeden nu; waar door sy van onderen veel wyder van malkanderen geplaatst syn als van bovenen, die schyn te bestaan, in dat deese deelen, in het begintfel van de aangroeying des Diers, het meeste gevoet syn geworden, en het sterkste aangegroeit. Waar by komt, alsoo de harde korst van het Been daar geplaatst wiert, datse daar door genoegsame styfte en sterkte ontfingen, sonder datse selve digter op een behoefden geplaatst te worden.

Tusschen deese lagen siet men, dat verscheyde draatkens syn ingeplaatst, die van de eene laag tot de andere gaan: en die als soo veele balkkens of pylaarkens syn, waar door dese lagen ondersteunt worden, op datse niet tot malkanderen souden komen neer te vallen. En in de structuur van dese deelen bestaat de reeden; waar door het Been van de Spaansche Zeekat nootsakelyk op het water als een schuym moet dryven.

Wanneer men dit sien wil, soo moet men heel voorzigtig twee van dese lagen, die het wytste van een staan, uyt het midden van de andere separeren, dat heel ligt kan geschieden. Want men behoeft niet, als met de punt van een fyne naalt, de Pylaarkens, die tusschen de naast aangeleegen lagen staan, door te breeken; dat heel bekwaam kan te weeg gebragt worden, van wegens de ongelowelyke dunte en subtielbeyd deser Pylaarkens, die van het alderminste gewelt doorbreeken.

Dit deel soo geprepareert synde, en dat men het dan met een vergrootglas besiet, soo ontdekt men seer klaar, op wat order dat dese Pylaarkens *c* tusschen de bovenste laag *d*, en de onderste laag *e* ingeplaatst syn. En men siet van gelyken, wat figuur en structuur sy hebben, als bestaande uyt verscheyde seer fyne Veselkens, die als klookkens geconstitueert schynen. En ook siet men, dat daar van het eene pylaarken tot het andere dwars lopende Veselkens *f* gaan, die haar alle aan malkanderen tot meerder vastigbeyd connecteren. Van gelyken ontdekt men, dat het eene pylaarken dieper inwaarts als het

alias

an:

alias aliis profundius introrsum fitas esse, passimque figura multum discrepare.

Ut autem tota harumce partium structura, & quod in iis latet, artificium ad unguem manifestetur; particulam methodo mox expositam praeparatam, amyli interventu, alicubi adglutinare, sicque tamdiu, donec exaruerit, relinquere oportet. Quo facto deinde in id incumbendum est, ut lamina superior de memoratis columellis, absque injuria his illata, amoveatur: qui quidem conatus pulchre quandoque mihi successit. Sic vero demum innotescit, quod omnes istae columellae totidem quasi tubuli sint cavi, subtiles g, naturaliter aërem in se continentes; quo fit, ut Sepiae Os, in aquam coniectum, necessario hujus superficiei innatet.

Aliae quidem dictarum columellarum totaetum tubulatae, aliae irregulares, multaeque aliae, papyri instar diversimodè complicati, eleganter inflexae conspiciuntur. Accedit flexio isthaec quam proxime ad similitudinem illius structurae, quae intus in naribus Canum odoriferorum, venaticorum, & Equorum, animadvertitur; utpote in quibus Officulum istud, quod odores excipit, simili propemodum ratione convolutum est. Attamen haec columellarum fabrica, microscopii ope, haud detegitur prius, quam lamellarum una de iis amota fuerit: alioquin enim omnes adparent teretes; quia pellucidae sunt. Proprium namque id Conspicillis est, quod omnia propemodum corpora cava, diaphana, sub specie rotundâ repraesentent.

Substantia, quae crustam lamellarum & columellarum hujusce Sepiae Offis constituit, Alcalino velut Sali similis est, cum Acidis violentissime effervescentes. Quod si autem Membranae, duram istius Offis crustam a tergo vestientes, inde separentur; elucescit itidem, crustam hanc ex eadem profus compositam esse materiem, qua lamellae, hisque interfitae columellae, constant. Quapropter haud absque ratione hinc concludi posse videtur, lapideum illud & salinum Os, quod in Sepiae dorso invenitur, ex induratis membranarum originem trahere: id, quod vel tanto etiam clarius patescit, si illam Sepiae Offis partem, quae intra Caudam haeret, membranasque eam investientes, quae, microscopio examinatae, eadem ratione, qua columellae ac lamellae ipsae, constructae adparent, accuratius consideremus. Interim nonnihil difficile est istam membranarum separa-

andere staar, en datse hier en daar veel in figuur verscheelen.

Maar om nu volkomen de structuur en kunst, die in dese deelen syn, te sien, soo moet men dit geprepareert deelken met styffel ergens op vast kleeven, en laten droogen, en dan vervolgens tragten, de bovenste laag van dese pylaarkens ongeschonden af te ligten, dat my somtyts gelukt is. En dan siet men, dat alle dese pylaarkens, als soo veele holle ende subtile pypkens syn g, dewelke natuurelyk lugt in haer besluuten: waar door het Been van de Spaansche Zeekat dan nootsakelyk komt te dryven, als het in het water gewurpen word.

Eenige van dese Pylaarkens siet men als dan dat gansch pypagtig syn, andere syn irregulier, en verscheydene andere worden cierelyk geboogen, gelyk een papier dat verschillig gevouwen word. En het is niet beter te vergelyken als met de structuur, die men inwendig in de neus der Brakken, Windbonden, en Paarden siet: alwaar het Been selve, dat de lugt om te rieken ontfangt, op dese manier ten naasten by geboogen word. Maar dit ontdekt het vergrootglas omtrent dese Pylaarkens niet eer, voor dat men een der lagen van deselve heeft afgeligt: alsoo andersins dese Pylaarkens haer alle ront vertoonen, door reden datse doorlugtig syn. En het is eygen aan het vergrootglas, dat meest alle doorsigtige holle ligbaamen in een ronde figuur van het selve vertoont worden.

De substantie, waar uyt de korst der lagen ende Pylaarkens van dit Been van de Spaansche Zeekat gecomponeert word, die is als een Alkalisch Sout, dat seer sterk met Suur opbruyft. En als men nu de vliessen, die de harde korst van het Been van de Spaansche Zeekat van agteren bekleeden, daar van afsepareert; soo siet men van gelyken, dat dese korst even van de selve substantie is, als de Pylaarkens en de lagen, daar sy tusschen staan. Waar uyt men niet ongefondeert sou kunnen besluuten, dat dit steenige Soutbeen, 't geen op de Rug van de Spaansche Zeekat gevonden word, uyt verharde vliessen syn oorspronk neemt. Het welk te klaarder blykt, als men het gedeelte van het Been van de Spaansche Zeekat, dat in de staart legt, wel considereert, neffens dan ook syne vliessen die het bekleeden; en die haer onder het vergrootglas van deselve structuur te syn betoonen, als de Pylaarkens en de Lagen selver. Men moet med eenige moeyte dese separatie der vliessen aldaar

Tab. LI.
Fig. XI. b.

rationem perficere; quoniam cum dura Offis
crustra ibi loci quam fortissime connexae sunt.
Quodsi autem circumspēcte eas tandem amove-
ris; videbis Sepiae Os in acutam ibi Caudam h
excrescere, quae in Sepiis adultioribus multò &
longior & magis cuspidata est, quam in mino-
ribus: quandoquidem membranae in his non-
dum induratae sunt. Ex omnibus igitur ha-
ctenus dictis legitime inferre licet, quod Sepiae
isthoc Os lapideum simili ratione, qua Hominum,
Quadrupedumque Ossa, generetur. Imo vel
clarissimè insuper observamus, Vasa sanguife-
ra in Os istud penetrare, ejusque per superfi-
ciem semet distribuere.

Sic igitur tandem observationibus hifce co-
lophonem addens, Conditori Optimo, Maximo,
laudes ac gratias refero, quod tot ac tanta mi-
rabilia, infinitaeque sapientiae specimina, ab
Ipso in Creaturis recondita, nobis patefacere
benignissime voluerit. Nostrum sane est, vi-
cissim omnem, quae hinc redundat, gloriam
honoremque Ei Soli tribuere, & flexis geni-
bus immensam Divini Numinis Majestatem
venerando, sanctissimae Ejus voluntati humil-
lime nos submittere; ut denique aliud porro
agamus nihil, nisi quod gratum Ipsi acceptum-
que est: in hoc enim unicum nostrum bonum,
& aeterna felicitas consistit.

F I N I S.

TRACTATUS
DE
PHYSALOE. ZEE SLAK.

Physalus, quem *Rondeletius*, cum juxta suas
met observationes, tum ex *Aeliano*, de-
scribit, in Mari etiam Germanico reperitur,
mensibusque aestivis saepiuscule in hujus litora e-
jectus deprehenditur: ut hinc ejusmodi quendam
hodieque demonstrare possim, qui per aperturam
in Dorso factam stupa infartus, rursusque
confutus, cutem nunc suam in verae quasi A-
lutae speciem mutatam exhibet. Hac aestate
aliquoties Piscatoribus mandavi, vellent hoc
Animal mihi comparare: quandoquidem adse-
verabant, sese id frequenter reti suo vivum de
mari protrahere. At vero frustranea haectenus
fuit

doen, van weegens de sterke connexien, die sy met
de harde korst aldaar hebben: en als men se voor-
sigtig weggenomen heeft, soo siet men, dat het Been
van de Spaansche Zeekat aldaar in een scherpe
Staart uytgroeyt h, die in groote Spaansche Zeekatten
veel langer en puntiger is, als in kleene, alwaar
de vliessen nog niet verhard syn. Uyt al het welke
dan ligt te besluuyten is, dat dit Steenbeen in de
Spaansche Zeekat op de selve manier syn begin-
neemt, als het Been in de Menschen en de viervoet-
tige Dieren doet. Want men siet ook klaar, dat de
Bloetaderen dit Been ingaan, en haar in syn opper-
vlakte aldaar verspreyden.

Waar mede ik dan dese observatie sal besluuyten,
en den Grooten Schepper loven en pryzen, voor dat
by soo veele wonderen en Wysbeyd, die by in de
Schepselen opgeslooten heeft, ons soo goedgunstig
heeft gelieven te ontdekken; op dat wy hem al-
leen de eer en glorie daar van souden geven; en
op dat wy, nederknielende voor die Hooge Maje-
steyt, ons synen beyligen wille souden onderwer-
pen, om alleen te doen, dat hem behagelyk is;
als synde dat ons eenig goet en eeuwig deel.

E Y N D E.

VERHANDELING
VAN DE FLUWEELE

De fluweele Zeeslak, derwelke *Rondeletius*, soo
uyt synre eyge observatien, als uyt *Aelianus*
beschryft, die vint men ook in de Duytsche Zee,
en sy word dikmaals, in de Somermaanden, als
daar aan de stranden gevonden, soo dat ik daar
een van kan vertoonen, die met werk door de Rug
opgevult is, en weer toegenait: vertoonende haar
syn Huyt tegenswoordig, als een waaragtig Seem-
leer. Deese Somer heb ik eenige malen aan de
Visschers last gegeven, my dit Dier te bestellen,
alsoo sy my versekerden, dat sy het veelmaal lee-
vendig met haar wand hadden uyt Zee opgetrok-
ken. Maar myn verwagting is tot nog toe vrugte-
loos

fuit mea expectatio. Quapropter impraesentiarum eo saltem modo id describam ac repraesentabo, uti olim levi duntaxat brachio a me examinatum & delineatum est: quamvis interim isthaec mea observata iis, quae *Rondeletius* de *Physalo* scripsit; praesertim vero, quae de inflatione ejus ex *Aeliano* adlegavit, haud parum lucis adlatura sint.

Physalus, in dorsum resupinatus ^a, in medio semet exhibet latiusculum; anterius vero circa Caput nonnihil angustior est, & circa Caudam in acumen convergit. Universum ejus Abdomen rugis inaequale, subtilibusque, veluti byssinis, Pilis obsitum cernitur. Utroque corporis latere viginti & octo ipsi datae sunt particulae prominentes, sive, juxta ac dorsales a *Rondeletio* vocantur, *Verrucae*, e quibus ^{aaa} *Setae rigidissimae* exsurgunt ^{aaa}. Doctissimus *Oligerus Jacobaeus*, qui, cum in *Hollandia* versaretur, ejusmodi quoddam Animal dono mihi dedit, modo dictas partes *Pedum* nomine impertit: quod tamen quonam jure faciat, ego quidem nescio; quum *Physalus* iis incedere nequaquam possit: nisi forte eas, tanquam remos, in aquis commovendo natatum exerceat. Praeter istas 28 partes nonnullis insuper aliis gaudet *Physalus*, minoribus quidem & magis acuminatis, at simili tamen ratione fabrefactis.

In aliquot harum *Verrucarum*, quas de ^{Fig. IX. b.} lateribus corporis rescideram ^b, sedecim observabam *Setas*, quae intrinsecus tres in ordinibus ^{Fig. X. c.} digestae, simulque & proprio *Ligamento* ^c, & alio quodam communi, inter se conjunctae erant. In ordine primo duas istarum *Setarum* ^{d.} reperiebam maximas & modicè rigentes ^d: in altero numerabam sex ^e: atque in tertio decem octo ^f; quae structura; longitudine, & rigiditate inter se discrepabant. Omnium harum *Setarum* color ex nigro coruscans erat: quamquam & *Physali* inveniantur, quorum *Setae* aureo colore refulgent; quales *Jacobaeus* in *Actis Medicis Hafniensibus* memorat, egoque ipse etiam conplexi. Quin dantur insuper viridibus *Setis* instructi: prout testatur *Rondeletius*, qui *Setas Pilos* vocat virides. Quum deinde *Setas* istas, quarum respectu *Physalus* veluti *Histricem* similat, microscopio examinarem; nonnullas earum subplanas ^{Fig. XI. g.} & acutas esse deprehendebam ^g; alias vero ^{Fig. XII. b.} teretes & circa anteriora nonnihil crassiores ^b, moxque deinde obtusum in apicem desinentes.

loos geweest. Waarom ik het tegenswoordig soo sal beschryven ende vertoonen; gelyk ik het voor deesen alleen ter loops heb geëxamineert, en uytgeteekent; en waar uyt egter, het geen van *Rondeletius* bygebragt is, geen weynig ligt sal ontfangen; voornamelyk omtrent het geen, dat hy van het opblasen van dit Dier uyt *Aelianus* getuygt.

De fluweele Zeeslak op syn rug geleyt fynde ^a, die siet men, dat in het midden breetagtig is; voor aan omtrent het Hooft is by wat smalder, maar omtrent de Staart loopt hy spitz toe. De gansche Buik is vol ployen, en met fyne vlaschagtige hayrens beset. Aan weersyden van het lichaam heeft hy ses uytsteekende deelen of wratten, gelyk *Rondeletius* deselve op de rug soo noemt, waar uyt seer styve borstels spruyten ^{aaa}: De geleerde *Oligerus Jacobaeus*, die my een van dese Dieren; wanneer hy in *Holland* was, vereert heeft, die noemtse *Voeten*, maar door wat reeden weet ik niet, alsoo by daar niet meede gaan kan; ten zy dat by in het water daar meede swimt, en die als dan gelyk riemen beweegt. Behalven deese 28 deelen, heeft hy daar nog eenige andere, die kleender en spitzer syn, en van het selve maaksel.

In een of twee van deese leeden, die ik van de syden des lichaams afgesneden had ^b, daar in bevond ik sestien borstels, die daar binnen in in drie ryen geplaatst waren, en te gelyk door een bysondere band ^c, en dan ook door een algemeene band, aan malkanderen verbonden waren. In de eerste ry vond ik twee van deese borstels, die de grootste en redelyk styf waren ^d. In de tweede ses ^e, en in de derde agt ^f, die verschillig van maaksel, langte, en styfte waren. De couleur van alle deese borstels was blinkent swart, hoewel men daar ook fluweele Zeeslakken vint, die goutverwige borstels hebben, als *Jacobaeus* in *Actis Danicis* & *Medicis* aantekent, en ik ook gesien hebbe. Synde daar ook eenige die groene borstels hebben, als *Rondeletius* getuygt, die haar groene hayren noemt. Als ik nu dese borstels, waar door het Dier wel een *Pennevarken* gelykt, onder een vergrootglas besag, soo bevond ik, dat eenige platagtig en spitz waaren ^g; andere waren ront, en van vooren een weynig dikker ^h, waar na sy op haar top stomp toeliepen.

Tab. X.
Fig. VIII.
iii.

Fig. XIII.
k.

Fig. VIII. l.

Sub haecenus enumeratis artibus, horumque Setis, in utroque corporis latere dispositus cernebatur ingens subtilium Pilorum; lanuginosorum, colore aureo splendentium, numerus; quos quidem in altero saltem latere, omittis Setis, depictos exhibeo *iii*. Pili isti nonnullis itidem nascebantur e tuberculis, quorum superficiem obsidebant confertissimi, inde, tanquam communi e centro; pullulantes *k*. Tubercula autem haecce proxime sub Tuberculis, Setas continentibus, collocata erant, memoratosque Pilos; floccorum in speciem compositos, ita emittebant; ut hi vel ipsis etiam Setis ante descriptis intermiscerentur: id, quod in superiore corporis regione; & utroque latere, praepriis conspicuum erat. Anterior, prope Caput, apertura Oris *l* cernebatur; supra quam porro particula; constructione ac figura Barbulam Piscium barbatorum referens, prominerebat.

Fig. XIV.

Ex modo dictis itaque clarissime elucescit, quam ratione Animal istud in supina corporis sui regione, sive Dorso, comparatum fuerit *a*. Scilicet totum ibi loci ex Pilis setaceis atque lanuginosis undequaque constructum adparebat. Praeterea rotundior erat ac convexior isthaec ejus superficies; & quae hanc occupabant, Tubercula cum longitudine, tum mole, ab illis, quae circa artus, Pedes vocatos, in lateribus corporis sitos, ante exhibui, superabantur.

Fig. XV.
a a a a a a.

Fig. XVI.
b b b b.

Quum deinde Dorsum hujusce Animalis aperirem; animadvertentem, cutem universam ibi loci laxam liberamque esse, neque ullo modo cum partibus subjacentibus, quas obtegebat, connexam. Porro ingens ibidem occurrebat numerus Foraminum, in utroque corporis latere fitorum *a a a a a a*; quae quidem, stilo immisso, subter & inter Tubercula setacea, utramque corporis oram cingentia, quae ante descripsi, foras hiare deprehendebam: ut ideo aqua commodissime per haec ostia introrsum extrorsumque moveri posset; quando Animal, Branchias suas humectandi gratia, superiorem suam cutem alternis dilatabat atque contrahebat. Reliquae, quas sub istius cutis lacunari conspiceret licebat, partes Branchiae erant *b b b b*, ad similitudinem squamarum, quae imum Serpentum ventrem obsident, satis propinque accedentes. Membranacea haec textura, plana que gaudebant superficie, & pulchro ordine eum in modum sibi mutuo adplicatae cernebantur; ut superiores, inferioribus libere incum-

Onder deese opgetelde leeden en hare Borstels, sag men aan weersyden des lichaams, een seer groot getal fyne wollige hayren van een goutgeele couleur geplaatst, gelyk ik dat aan de andere syde des lichaams, sonder de Borstels te vertoonen, afbeelde *iii*. Deese hayrkens die sprooten meede uyt eenige Wratkens, alwaar men deselve in een groot en menigvuldig getal geplaatst sag, en als uyt een middelpunt voortkoomen *k*. Sy waaren effen onder de wratkens, die de Borstels bevatten, geplaatst, daar men haar by vlokken sag uyt sprayten, en haar ook tusschen de Borstels vermengen; dat men bysonderlyk boven op en aan weersyden van het lighaam sag. Voor aan by het hoofd sag men de opening des monts *l*, waar boven sig een deelken vertoonde, dat van maaksel en figuur was als de Baard in de gebaarde Visschen.

Uyt het geen nu gesegt is, soo blykt middag klaar, op wat manier dat dit Dier aan de bovenste syde of op de rug van maaksel was *a*, namelyk dat het heel en al uyt borstelige en wollige hayrkens sig aldaar van structuur te syn vertoonde, waar by dat het wat ronder en verhevender van figuur was, en de wratten soo lang nog groot niet; gelyk omtrent de leeden aan de syden is vertoont, die men Voeten noemt.

Als ik nu dit Dier op de rug opende, soo ontdekte ik, dat het gansche vel aldaar los was, en sonder eenige connexie de onderleggende deelen bedekte. Voorts sag men aldaar een seer groot getal gaten, aan weersyden van het lighaam geplaatst *a a a a a a*, waar door als ik een stilet stak, soo bevond ik, datse onder, en tusschen de beschreeve borstelige wratten, die aan weersyden van het lighaam geplaatst waren, haar uytgank hadden. Soo dat het water heel bekwaam in en uyt dese openingen kon bewoogen worden, wanneer dit Dier syn bovenste huut, om syne Kuwen te bevoogtigen, kwam te dilateeren of te contraheeren. De andere deelen, dewelke men onder de concameratie van dese huut geplaatst sag, dat waren de Kuwen *b b b b*; dewelke haar niet kwalik van gedaante vertoonden, als de schobben, die men onder aan de buyk in de Slangen geplaatst siet. Deselve waren van een platte vliesige structuur, en seer ordentelyk op malkanderen geplaatst,

bentes, quandam harumce partem jugiter tegerent.

Quodsi hanc corporis constructionem accuratius ponderemus; explicatu porro haud difficile est; quoniam modo Physalus aëre semet inflare, tumefacere, rursusque dein disrumpi, sive, ut mihi dicitur; collabi denuo possit. Ad haec enim efficienda aliud requiritur nihil, nisi ut superiorem is partem suae cutis dilatet: ex quo necessario consequitur, ut, Physalo extra aquam constituto, aër; loco aquae, cavitatem, quae supra Branchias ejus, sub cutis dorsalis fornice, datur, repleat: unde est, quod is, hoc tempore in aquam conjectus, hujus superficiei innatet. Quin facile etiam hinc intelligi potest, quanam ratione Physali dein sequatur disruptio: quando enim dilatata is sui corporis partem rursus contrahit, aëremque inde expellit; universa dorfi cutis iterum collabatur necesse est. Imo vel patet insuper, quam ob rem Physalus, tempore dispersionis suae, diaphanus evadat: subtilior enim aër; tum intra cutem ejus adactus, istam huic limpiditatem conciliat; quandoquidem efficit, ut radii lucis commodius pertransire queant.

Quantum ad Viscera hujusce Animalis attinet; plurima haec & multivaria sunt, oppidoque simul singularia. At quoniam parum admodum circa ea speciatim adnotavi ac depinxi; ideo nec multa sunt; quae impraesentiarum de iis commemoranda habeo. Id solum memini animadversum mihi esse, quod Oris partes in Physalo haud aliter, ac in Cochlea, mobiles sint, figuraque pyramidali & fabrica sane artificiosissima gaudeant. Cor quoque & Vasa sanguifera in eo pulchre conspicua sunt. In medio corporis pars quaedam comparebat, quae antè Ventriculo; inferius autem Intestinis respondere videbatur. Plures haec divisa erat in ramificationes, quae, mutuis veluti anastomosibus inter se junctae, excrementis terrei quasi coloris, atque in glebulas discerptis, rugebant. At quum hoc Animal nonnisi mortuum, marisque fluctibus huc illuc in litore jactatum; conspexerim; hinc vix multa de eo singularia, ut certa, proponere valeo. Nec novi etiam, utrum id venenatum sit: quemadmodum *Rondeletius* circa Canem obtinere memorat. Quin satis quoque firmiter determinare haec non possum; ad quamnam Animantium speciem Physalus proprie referendus sit: quamvis inter *Echinos* collocari posse videatur. *Ronde-*

plaatst, soo dat de bovenste de onderste voor een gedeelte bedekten, en daar los boven op laagen.

Soo men nu dese structuur des ligbaams wel considereert, soo valt het ligt te explicceeren, op wat manier dat dit Dier syn selve met lugt kan opblasen, sig verdikken, en dan weer barsten, dat ik samen vallen noem: want daar toe behoeft hy niet, als het bovenste deel van syn huyt te dilateeren, waar op nootsakelyk (wanneer hy bnyten het water is) de lugt, in de plaats van het water, dese holligheyd boven syne Kuwen moet vervullen. Soo dat hier helder klaar de reeden uytblykt, waarom het boven op het water dryft, als het op deese tyt daar dan in geworpen word. En ook kan men ligtelyk de manier verstaan, hoe het gedisrumpeert word: te weeten, wanneer het syn gedilateerde deel des ligbaams weer komt te contrabeeren, en de lugt daar uyt te persen, op welke tyt het gansche vel op de rug concideert. Van gelyken soo blykt ook op wat wys dat het dan doorlugtig wort, door reede dat de subtile ingeperste lugt als dan dese couleur in syn vel komt te veroorsaaken; door dien de stralen van het ligt daar niet meer bequaambeyd dan kunnen door passeren.

Wat de ingewanden van dit Dier belangt, die syn veele en verscheyden, en ook seer raar, maar alsoo ik daar heel weynig van in het bysondor genoteert en gedelineert hebbe, soo kan ik daar ook niet veel tegenswoordig van seggen. Alleen hengt my geobserveert te hebben, dat de deelen van de Mont daar in beweegelyk syn, als in de Slak, haar figuur is als een Pyramide, en seer curiens van maaksel. Het Hert en de Bloetvaten syn daar ook bysonder in kennelyk. Midden in het ligbaam vertoont de sig een deel, dat voor aan met de Maag, en van beneeden met de Darmen, scheen over een te komen. Het was in verscheyde ramificatien verdeelt, en met malkanderen als door inmondigen vereenigt, die vol vuyligheden waren, van een aartagtige couleur, en in brokskens verdeelt. Maar alsoo ik dit Dier niet als doot, van de Baren der Zee op de Stranden heen en weer gerolt, gesien heb; soo kan ik daar niet veel vaste particulariteyten vans voorstellen. En ook weet ik niet, of het sennyg is, als *Rondeletius* dat omtrent de Hond aantekent. Onder wat soorten van Dieren dat het eygentlyk behoort, is my meede nog kwalyk te oordelen, hoewel

letius illum Erucis marinis adnumerat: quarum tamen similitudinem in eo penitus nullam animadverto. Quapropter finem nunc historiae huic impono, quam tempore commodiore, si quando data mihi fuerit opportunitas, porro pertexere conabor.

F I N I S.
Historiae Phycali.

D E
**FILICE MARE
DODONAEI**

DISSERTATIO EPISTOLARIS.

